


Ex Libris Joannis Załuski

Praefecti Culinae M D Littvaniae mp

quia ebrii promptiores ēē solēt ad iniurias inferendas q̄z sani et sobrii vel ut consuetudini potandi occurreret, q̄a q̄o frequentior ē frequentiora q̄q sunt crimina [illegible].

8. Italus Regiensis Cuius leges de Orphanis et [illegible] et homicidiis n̄ erāt q̄spia sed ab aliis legislatoribus decerptæ. Atq̄ sic Aristoteles de legislatoribus et Rerump. Scriptoribus Observatione finiuit suam: reliquis q̄ sequuntur libris in [illegible] de arcanis Politiæ tractatione aggressurus ē.

AXIOMATA CAP.

Primū Solon sapientissimus legislator fuisse dicis q̄d et Oligarchiā effrena: tā sustulerit et à populi ceruicibus iugū seruile repulerit, et Repub: [illegible] de integro patriā Democratiā constituerit.

2. Pittacus legem tulit ut ebrius si quem pulsauisset actionibus suppliciis coer: cerentur q̄m si sed sobrius fuisset.

FINIS LIBRI SECVNDI POLITICORVM ARISTOTELIS.

Ex Libris Ioannis [illegible] à [illegible] Præfecti [illegible] M. D. Lithuaniæ



IN OCTO LIB: POLITICO: RUM ARISTOTELIS: PRAEFATIO

Quam postliminio a primis quasi incivi aggredimur Politicae discipli: nae tractationem eam non solum fideliter redeam feruenter mimoq[ue] cum conatu ac desiderio explicare ac perficere debemus. Cum preterim Politica sit scia: rum regina, utrorumq[ue] formatrix praestantior. Enimvero haec imperioso munere et ceteri amdulissimum opus vernum procedet: fauebunt tota venustionis statis matutina: fauebit post illos ceruinos temperataeq[ue] sonoras, dys: statis matutina: fauebit tractatus ipsa, quia varietate re: rum ipsorum vissitudo non ingrata, fauebit tractatus ipsa, quia varietate re: cunda, iucunditate varia lenitateq[ue] plena, veritate in discutiendis antiquis opinionibus certissima: fauebit denique prentis ipsa seculi solertia cla: ritas quae possibilis intactum quod non sit valde, nihil inexploratum quod omnino sit necessarium, nihil invium quod non adhibere potentiali possit. monstrabitur ac relin: quetur ad imitationem.

In hoc Opere Politicae disceptationis quae in via Artis inscribitur facie: mus in gratiam nostrorum recentius sorgium superiorum duorum librorum Ethi: norum Saleotim in eos. Recapitulationem. Quod antequam efficiemus. 1mo Quae sit propria Politicae sedes. et Quod illius subiectum quisq[ue] apud varios Autores Auctores breviter inveniemus ut clarius eius dignitas elucescat. +narrones

Quantum ad primum. Cum secundum doctrinam Aristotelis lib: 8. Topicorum Cap: 2.
duo sint genera scientiarum. Primum Contemplativum ad quod referuntur Phy=
sica Mathematica, Metaphysica quod consistit in ipsa cognitione. Aliud Pra:
cticum quod in dirigendis humanis Actionibus versatur, atque hoc duplex est
Activum, quod Actiones ad opus dirigit quae in ipso agente manent quales
sunt actiones voluntatis. Aliud Effectivum quod Actiones in rem externam ab
agente exeunt quo referuntur opera Artificum sic e.g. Actio aedificatoris
transit in domum. Unde Politica (quod eam Ethicam et Oeconomicam
continet) in medio genere scientiarum collocatur. Sic enim est Practica ut in dire:
ctione Actionum versetur quae quidem transeunt et in directione Actionum
Voluntatis quae in ipso agente manent: Unde Practica Activa vocari potest.
Quod attinet Subiectum hoc in Practicis plerumque scilicet, quamquam improprie cum
fine convenit: tale in Politica statuitur, publica felicitas et beatitudo
Civitatis. Omnes enim Actiones Civiles ad hunc finem diriguntur ut publicum bo:
num salus et integritas Civium pax et tranquillitas regnorum promoveatur reti:
neaturque: hac enim scientia viri Principes instructi omnium regnorum stabilitudine flo:
rentes Rempub: reddiderunt. Et Hebraeorum quidem Rempub: Moses, Abraha:
mus, Josephus, David, Salomon, Daniel et caeterique rectores divino consilio
sapientissime rexerunt ac propagarunt. Ut Carol: Sigonius et Petrus Cunaeus
et Philo Judaeus deduxerunt, Graecorum Rempub: suis legibus illustrarunt
Lycurgus, Solon, Nestor, Ulysses, Pericles, Epaminundas, Demosthe:
nes, Socrates, Isocrates, Plato, Xenocrates, Theophrastus, sed in pri:
mis Peripateticae familiae Princeps M. Alex: Praeceptor Aristoteles

Ridonq[ue] io Rempub: primū Reges: deinde Consules: tandē tempore uni
cū Tribuni plebis cū Consulibus: insuper praestantissimi qq. uiri et heroes
consulo veteres atq. Duces ut Catones, Scipiones, Lalium, Fabii Maximi
optimis moribus intenuerunt: donec tandem in unius Julii Caesaris per-
uenit potestatē à quo ceteri Imp: et Caesares iure quasi haereditario Mo-
narchiam ac deinceps tyrannidē exercuerunt. Quod Cornel: Tacit: ab ini-
tio lib: 1. Annal: breviter descripsit. Urbē inqt Romā à principio Re-
ges habuere. Libertatē et Consulatū Lu: Brutus instituit. Sed scripto-
res et Auctores veteres Remp: l. 2. Cap: potissimū Salomo Arist: perre-
qr.

LIBRI PRIMI
POLITICORV ANAKEPHA LAIOSIS.

Continet Cap: 18: quibus Auctor elementa Civit: explicat et primo defi.
Civitatis ponit quod nimirū sit societas praestantissima praestantissimi boni
Causa constituta ut eò percipiatur quomodo Civitas sit praestantissima societas
alias societates induit, quae sūt partes Civitatis ut ē Connubium, Domus, Vi-
cus Herilis potestas ut ex earū collatione praestantia Civitatis deducatur. Cū
enim inqt Societas Civilis ceteras quae boni alicuius causa constituta sit conti-
neat opus ē ut praestantissimū bonū habeat propositū atq. ipsa omnium Princeps
et Regina. At nullū bonū praestantius reperiri pt ipsa beatitudine et Ci-
vili societate. Ergo haec conspicienda ē. Req. eo bene sentit Plato

opinabatur eandem esse mentem societatis Ciuilis domesticæ herilis et regalis numeroque tantum differre non specie, cum esset deceptus similitudine gubernatoris nauis, quasi perinde esset eundem gubernatorem fieri posse magnæ et paruæ nauis, et eundem rectorem Ciuitatis et domesticæ vel herilis societatis, cum hæ multis parasangis dissideant, et a natura non unus unum ad unum destinatur, ut melius suo fungatur officio. Patet prima societas quæ inter virum et mulierem: altera inter dominum et seruum: quoniam alterum sine altero esse non potest. Hinc Hesiodus

Sit domus imprimis, uxorque, et taurus arator

Ubi parandam esse domum monet quod mulierem et bouem seu seruum habeat. Unus enim ex his domum constituere non potest: iam eo natura parens optima primam societatem excitauit propter generis humani propagationem, quam etiam bruta animalia et quodam arbores imitantur. Alteram propter communia vitæ præsidia, nam dominus speculatur sensu ingenio et prudentia rebus ad vitam necessariis, seruus autem obsequitur domino suo robore et viribus corporis. Hinc reprehendit barbaros qui eodem ordine ponebant uxorem et seruum quod a natura distincta sit, cum uxor a natura destinata sit liberorum procreationi et educationi: seruus autem conseruationi rei domesticæ, non enim ingenue his instrumentis utendum est quod velut homines uti solent gladio Delphico, quem et ad mactandas victimas et ad homines nocentes supplicio afficiendos accomodant. Natura igitur sociam vitæ non seruam vel ancillam uxorem viro constituit. Atque hæc sunt prima fundamenta Ciuitatis: nam ex prima societate quæ est propter conseruationem speciei et ex altera quæ spectat ad ordinem personarum domus constituitur, ex pluribus domibus vicus seu vicinitas, ex pluribus vicis ciuitas coalescit, in qua omnes et singulæ societates mirifice uniuntur.

CAPUT II.

Hoc Capi: ab ethes caūs deducit definitionem Civit: ē nēq Civitas socie-
tas ā nāa (hinc caā Efficiens) ex multis pagis atq vicis (hinc caa materialis)
conflata, in qua oē id qd suis ē, id ē bonorum civium copia (hinc caā formalis)
ad bene beateq vivendū (hinc caā finalis) perfectissime inest. Unde ex defi:
nit: infert hīem ēē nāa (magis qm apes et aāl aliqd gregarium) socialem
cū sit Civitatis: cui eam ā nāa qd nihil facit frustra data sī praesidia
ad Civilē societatē necessaria nimirum Ratio et Orāo: Ut beneficio illius bonum
vel malū discerneret, beneficio Oris alteri sensa animi sui explicaret a:
micitiaq conciliaret. Quisquis autē Civilē societatē fugit vel ē separat hīem con-
ditionē convincitur ut DEUS vel infra hīam nāam excedit ut bellua. Cū ergo
prudentes viri hoc nāā beneficium contemplarentur, viderentq hīes nāā ēē propen-
sos ad iustitiā (quā ē anima Civitatum, ut quae cū hac iustitia regna sint magna
latrocinia) ipsi quoq munierunt legibus et constituerunt Civitates ut hac via
audacissimis hīibus qs scelerata calliditate atq versutia contaminat et dis-
turbat comunē societatē ad nocendū praecluderent viam: Hīes enim callidi et
malitiosi qs ā iure et iustitia recedunt et egregiis nāā dotibus ad dolos frau:
desq abutuntur, omnibus belluis nocentissimi sī et efferatiores, praeterquam si publico
magistratus poenā obviam eat maliciā. At vero hīes innocentes et iustitiā studiosi
maxime valet Civitati quoniam nemini arma sī prudentia et virtus. Hinc Aris:
Axioma. Ut ex adverso homo virtute politicus perfectus ē et optimus ita ā
lege et virtute remotus deterrimus et in Venere utroq nequissimus.

CAPUT III.

Tertio Cap: definit servum quod sit pars rei familiaris, organum tamen dni animatum separatum agens, alieni non sui iuris, et qui natura et valet servire: deinde concludit alios esse natura servos qui sunt animo stupidi et corporis viribus robusti, alios natura dnos qui mente magis quam robore corporis valent. ut ergo Corpus animo appetitus menti affectus voluntati, femina viro subesse debet: ita servus dno propter excellentiam mentis.

Cap: 4.

CAPVT IIII.

Quid autem priscis fuit ... D. Bernardus.

Hoc Cap: ostendit servitutem iure gentium introductam probat esse iustam contra aliorum opinionem. Est enim verum ut bello capti tanquam infirmi fortioribus pareant serviantque. Fortitudo enim est virtus quae non magis viribus corporis quam viribus animi et rationis comparatur: Quanquam qui sunt natura ingenui etiam in servitutem abducantur veram libertatem quae in virtute consistit non amittunt: sic Helena cum inter ignotos et alienos tanquam ancilla versaretur magnifice sic de se praedicabat, ut fore diuina stirpe progenitam, libertas enim et nobilitas virtute: servitus et ignobilitas vitio metienda est, non fortuna aut bello. Hinc alios vocat natura esse tantum nobiles propter mentis praestantiam et eximium studium virtutis: alios natura servos propter stupiditatem et insitam malitiam: quales sunt barbari. Vnde causa redditur cur saepe ex nobilibus et generosis parentibus dissimiles ingenio et moribus liberi nascantur, sic Hyppocrates ingenio et arte praestantissimus filios stupidos genuit, sic Hecuba concepit flamam: fouit incendium, peperit et aluit Troianorum exitium: quod quidem accidit contra natura institutionem quae intendit ut simile generet sibi simile: vel propter abundantiam vel deficientiam materiae: vel propter improbam educationem. Vel propter suspectam familiaritatem quae mores etiam optimos inficit.

ac pervenerit. Tn non est Herile et Civile idem Imperium probat iis hoc ut huic liberorum illud aeque seniorum: deinde regenda civitate a procedenalibus unis proinpta e rao: denique potestatis et earum qualitatibus similitudo aut quid in affectione natura spectatur vel ab ingenio solertiaque dni pullulat: inter istos quoque servos dantur discrimina: alii enim sunt honoratiores ut Cubicularii, Medici, Notarii, Nomenclatores, Cadavi Actores, Dispensatores: Alii viliores sed tamen necessarii ut qui solent cibos coquere, obsonare, corpora dnorum ungere, humum verrere, aquam eruere, ligna congerere, purgamenta efferre caeteraque vilissima officia dni obire. Hinc sunt Coqui, Obsonatores, Unctores, Scoparii, Mediastini, agricolae.

CAPUT V.

Hoc Cap: praefixo fine qui est bene beateque vivere media et modum ad finem consequendum explicat. Hinc Χρηματιστικην seu Quaerendae rei rationem duplicem facit Aliam naturalem aliam artificiosam. Est enim naturale unicuique animantium victum natura convenientem quaerere cum sit impossibile sine victu vivere. Itaque ut natura alia carnibus, alia gramine et fructibus, alia aliis alimentis vescuntur: ita hominum alii agricultura et simplicibus terrae fructibus: alii pecoribus alii captura et venatione avium, piscium ferarum sylvestrium, alii pluribus simul his coniunctis generibus ciborum vivunt: quod quidem dicitur natura his naturales ac vera Chrematisticen et stirpes et bestias huius gratia pereant) ita et parabiles et terminatae in agris armentis, animalibus terrestribus, aquatilibus, volatilibus. Itaque dni per servos et famulos, agricolas, pastores, venatores, piscatores, aucupes, mellificatores Chrismatistikin

diuitias naturalem vitam ad bene beateq viuendu comparare sibi possunt, nec alias immensas opes praeter has desiderare vel requirere. Atque adeo Oeconomia nimirum honesta et necessaria rei familiaris parandae ratio emanauit. Verum cum hic quaerit Philosophus An sit eadem ratio artis rei quaerendae et artis domesticae. Et Concludit negatiue primo quia officiis et finibus distinguuntur, siquidem artis rei quaerendae munus est quaerere et parare diuitias ad usum rei familiaris domesticae vero munus est quaesitis uti. 2. ratione Causa formali distinguuntur quia ars rei quaerendae est administra domus. Ars vero rei domesticae est perfectio domus in qua ordo domus et pulchritudo spectatur.

CAPUT VII

6. Sexto Cap: alteram rei parandae rationem explicat quae est ab industria humana ducta dicitur, artificiosa et quaestuosa diuitiarum acquisitionis et amplificationis Consistit ergo quidem primo permutatio rerum fuit quam vitae necessitas et indigentia excogitauit: deinde hominum cupiditas auxit et amplificauit et quoniam res solae non satis commode ultro citroque computarentur numus inuentus est et signatus quem quaeuis res inanis et varias et nulla naturae lege positionis est, multorum et modorum, hic generi materiem exhibet: nam numario quaestu parandi opes possessorum eorum egestatem non explerat sed acuunt et irritant hoc parandae rei genus grauiter Arist: insectatur etiam non Chrematisticen sed Capilicen nominat, id est, sordidum et Cauponarium vel institorium, cuique tandem subiicit mercaturam operae locationem. Syluarum sectionem fodinas, sed omnium deterrimam numulariam siue foeneratoriam artem cum sit iniquissima et contra naturam instituta ut numus qui per se sterilis est alterum pariat et ex paucis numis alii manant infiniti. Probat tamen mercaturam si boni communis gratia fiat et intra cancellos aequitatis consistat. Siquidem res beneficio mercaturae utiles et necessariae ex locis et regionibus in quibus nascuntur

Sint

sunt — — — in loca sterilia transportantur neq. ex quam secto neq. fodiunt
neq. operam locato reperiantur ab his abest avaritia, et nec seditionem incurrent. Con:
cludit tandem pecuniam non esse veras divitias Civitatis. Primo: quia est fluxa et
incerta usq. fertilis et speratur indigentes. 2. quia per artificio Principum mutari
possent. 3. quia illis possessis incola Civitatis fame et indigentia vehementer
laborare possent: quod docet E. de Mida qui aureo voto a Deo concesso inedia tandem
et gravissime miser consumpsit. 4. Quoniam perversi homines et avari pecuniis plurimus Re:
pub: alienantur. Similis est querela apud Maronem ubi hanc insatiabilem hominum
satiabilitatem:

Creverunt et opes, et opum furiosa libido
Et cum possideat plurima plura petent
Quaerere ut absumant absumpta requirere certat
Atq. ipsa vitiis sunt alimenta vices
Sic quibus intumuit suffusa venter ab unda
Quo plus sunt potae plus sitiuntur aquae.

CAPUT VII

Septimo Cap: probat Phus artem rei quaerendae non esse partem rei domesticae procuran:
tiam siquidem inquit vicem familiae necessarius est ut pars rei domesticae. Ergo pa:
ri ratione medicina, ars sutoria vel textoria quae familiae est necessaria partes erunt
domus quod cum sit seiunctum ab arte domestica nam pater familias curam tantummodo p:
stet in medico vocando, medicus autem deserviens patri familias sanitatem indu:
cit. Similiter quoq. ars rei quaerendae est tanquam ancilla et ministra rei domesticae, ve:
rum eo de medicina loqui possumus dicatis velut quia a natura fera et invita plus quam una
artes comparata, hoc ad Hyppocratis et Galeni spectat officinas: illa ad pa:
trem familias cura namq. pertinet est quod modo pro domus atq. sibi immoderato exerci
tio corporis, insalubritate victus, in amaenitate aeris consistit in quibus conservatio

sanitatis ponitur. Hanc debet nosse pr familias et praefectus bonus Civitatis.

~~Porro Artificiosam &.~~

Porro artificiosam quaerendae rei rationem mercaturam quatenus intra cancellos honesti constitit dividit quod alia exerceatur per navigationem quae fit navibus. Alia per Vecturam quae fit iumentis: alia per negotiationem quae domi merces in foro vendit. Hic additur operis locatoria quae vel ingenio: orientis(?) in quibus est plurimum artis et ingenii ut sunt pictores, sculptores, archite: cti. Vel corporis tantum usum vendunt ut sunt bajuli, scoparii, cabellarii, messores. Vel ex utraque mixta nimirum ex ingenio et arte, qualis est ars sartoris, sutoris. Vel ex naturali et artificiosa qualis est metallica, nam metalla suppeditat natura quae deinde emta arte in usus varios conformantur, ut in pocula, vasa similia(?). Valet autem et pri familias et viro Politico utrarumque rerum cognitione, ast: erit vestris commode uti sciat, si quando tulerit necessitas ad operas distribuen: dos agros metiendos: qua de re Charetes Parius et Apollodorus Lemnius Veteres autores scripserunt. Sub finem Cap: artem ditescendi docet nimirum ut qui monopolium exerceat ut cum Thaleti Milesio quidam obiecisset mendicitatem Stulte ingens facile esse Philosopho ditescere cum voluerit et mox cum praevidisset exa: stris futuram olivae inopiam et sterilitatem totius olei ubi pretio in Civitate emit, omnesque conduxit officinas olearias atque sic sequenti anno pro arbitrio ven: dens dives evasit.

Exemplum egregium

CAPUT VIII

Ultimo Cap: Herilem Uxoriam et paternam societatem habere inter se quan: dam cognationem asserit, quod nimirum in singulis unus ille qui praestantior est soleat imperare, alter qui inferior debeat parere. Deinde uxoriam et paternam socie:

tatem in eo

tatem in eo convenire affirmat, quod utrumque imperium et in liberos et uxorem sit dignitate et parentum: tamen probat herilem societatem differre a reliquis illius et finis et unius esse diversi. Etenim herilis societas est propter conservationem domus in qua unus est senior domini tanquam instrumentorum ad possessionem dongendam autem et uxoris societatis finis est honesta propagatio liberorum et gloria domus. Unus vero tanquam parium non instrumentorum. Hinc infert quod differat herilis societas ab uxoria atque uxoria a paterna societate, nimirum ferendi imperandi imperium enim domini in servos est despoticum seu absolutum: imperium vero viri in uxorem debet esse politicum quo iustitia in subditos sibi utantur: tamen vero imperium patris in liberos debet esse regium. Unde Poeta Iovem patrem Deorum hominumque appellant dativo et ratio quia Rex veluti pater natura et bonitate genere consilio subditos suos superare debet illisque non minus se esse quam prodesse debet. Inde colligit Philosophus maius esse studium adhibendum a patre familias in excolendis liberis quam in divitiis quaerendis. Inde virtutes morales pueri, senis, mulieris assignat: et pueri quidem virtus est obtemperare parentibus et iis qui parentum loco sunt constituti, neque enim semetipsos propter vel imbecillitatem et cupiditatum vehementiam regere possunt. Servo seni virtus est ut sit erga dominum suum benevolus, fidelis, et operosus: ne videlicet ebrietate vel cupiditate aliqua in rebus domini sui impediatur, tamen vero mulieris virtutes peculiaris sunt taciturnitas modestia, pudor, et rerum agendarum sedulitas: Ubi infert Philosophus difficillimum esse munus regere mulierem cui affectuum vehementia et calliditas cum temeritate innata est

LIBRI 2di POLITICORUM: ARTIS ANALYSIS.

Cap: in quo continentur quibus antiquorum respub: videntur uitebat probat, ad insignes q^d ad tuam institutam pertinere videbantur.

CAPVT I.

Primo Cap: cum Platonem incipit Arist. disputationem ac enim Plato unitatem esse summum Ciuit: bonum putabat, q^d maxime coniungat Ciuitatem i.e. summum bonum Ciuitatis. Sed unitas et coniunctas rem omnium maxime coniungit Ciuitatem. Ergo. Maxime q^a maxime legislatores tuam Ciuit: bonum prouidere deberet.

At ab Arist. negat tota argum. Plat: unitas enim magna ista tanquam finis Ciuitatis esse n. p^t. vel est perniciosa et impossibilis. Et perniciosa quidem quia n. conseruat Ciuit: sed euertit: probat enim Ciuitatem esse minus unam quo maxime una, siquidem quo plures in Rempub: conueniunt, plures quoq. operas afferunt ad res vitae necessarias, ut eam domus perficitur est q^d contrari ex pluribus quam ex paucioribus: Deinde ista Ciuitas e impossibilis, etenim si maxime una esse deberet, esset quoq. maxime perfecta. At cum unus sit et maxime unus et perfectus sequeretur ex uno eam homine contrahi posse Ciuitatem, q^d o^io pugnat cum naturam Ciuitatis.

Dicit Plato se de ea unitate loqui q^a homine una, quia nimium multi ita sint coniuncti ut in illis quasi unus esse videatur.

Contra urget Arist. id fieri n. posse per naturam et distinctionem partium Ciuitatis, Cum Ciuitas sit multitudo partium specie dissimilium. Ergo n. p^t esse homine una Conse: Talis enim unio supponit conuenientem partium specificam. Antec: ab experientia sic ... dem uariis et diuersis spe. rebus indiget homo in Ciuitate: inde mercator dat

vendit numos ut lanam vel triticum accipiat: agricola vult triticum et emit calceum vel vestem:

2. quia testimonio Plat. absurdum victi est in 2do de Repub. Plato hic ingt cum quidam Opifices in una Civitate coierint sine ius illa Civitas nunquam po: terit. Tandem ratione. Quae enim totum sibi partes inter se specie differentes: ac consequens Civitas cum sit totum debet habere partes inter se specie differentes. Ut enim res naturales ex elementis specie differentibus constant ut item domus ex variis parti: sic Civitas: insuper quia bonum Civitatis consistat in aequalitate et proportione certa rerum et personarum, quae quo-dam supponit diversitatem Civium. Ergo ipsi Platonica concordia et Civitas quae est unum et est diversa opponentur. Ergo si diversi erunt Cives iam non erunt ita coniuncti ut unus in multis esse videatur. Accedit: Cum enim pares sint bonorum affiiciendi sequeretur esse rationis omnes aliter magis gerere debere neminem autem parere et obedire. Atque sic ridicula esset ista Respub: in qua sola Imperia essent sine ullis Civibus qui obediant. 2. danda proportio et aequalitas Civium per vicis-situdinem parendi et imperandi.

CAPUT II.

Incommoda communionis Platonicae quoad uxores et liberos recensentur.

2. Capite communionis Platonicae quoad uxores et liberos incommoda recensentur
Primum quia haec communitas Platonis inducit negligentiam boni communis promovendi nam ut dicitur quod multi curant nemo curat. 2do quia benevolentiam parentum in liberos (quam Deus eam natura indidit) extinguit, non enim amore Civibus omnes liberos Civitatis velut suos proprios amore prosequentur. 3. quia gradus consanguinitatis confundit: in hac enim communione Platonica nec parentes a liberis, nec liberi a parentibus, nec fratres a fratribus vel nepotibus dignosci poterunt, unde summa sequitur confusio omnes siquidem natu grandiores patres minores et minores filii seniorum vocabuntur. 4. quia inter consanguineos magnam colluviem scelerum indu-

cat ut rixas, maledicta, cædes, parricidia & ignoraret enim pater an suus ne fi-
lius et è contra filius an suus sit pater in quem fuit impetuosus. Hinc sceleratæ
libidini quidem non obstaret aperta occasionem. 5. Honori et reverentiæ Magistra-
tus tollit, nam subditi si fuerint concordes facile in magistratus conspirabunt
ut excutiant iugum servitutis. 6. Quia veram amicitiam suffocat amor enim in
multos languidus est: infinitos nullus: minus autem fervidior est. Unde hanc ami-
citiam Platonis aquosam vocat quia nimium est humida et frigida ut enim inquit si
quis vini guttam in vas aquæ infundat vini gustum non habebit: sic quia innumera-
mente infinitos cives dispersit veri amoris gustum non sentiet propter confusionem
Insuper quod liberi non pro cuiusque dignitate et indole educabuntur. Quod est
perniciosum tandem enim inde seditiones excitabuntur: nam iniquum est ingenuos liberos
qui habent animas quasi aureas educari ab agricolis, et agricolarum filios qui plum-
beas vel ferreas habent animas educari ab ipsis custodibus Civitatis. Vel igitur illi
transferentes liberos in varios ordines dignoscent ingenuos liberos vel non. Si digno-
scent facient contra intentionem Platonis qui in sua communitate ut proprietatem omnino
ista notitiam sustulit: si non dignoscent magnam iniuriam inferent ingenuis liberis quos
non secundum dignitatem collocabunt

CAPUT III.

Tertio Cap: communitatem fortunarum ut iniustam improbat et primo aggreditur par-
titionem bonorum aut enim bona ipsa possessionesque erunt communes ut agri vinea
pecudes: fructus autem erunt proprii: aut è contra possessiones erunt propriæ fructus
vero in commune usum Civitatis: aut tam fructus quam possessiones erunt communes ut Pla-
to et Socrates voluerunt: duo primi modi a quibusdam populis sunt usurpati, verum
tertius maxime iniquus quem Plato in suam Rempub: invexit. Unde sic arguit

Primum in ista

Utrum in ista comunitate servi et fugam vel ipsi liberi Cives agros colent vel Ilotae atque servi: Si servi periculum est ne conspirent contra liberos Cives, ne ne multitudine sua dominos opprimant: cum praesertim inter quosque dominus plures foveat servos Si vero liberi Cives agros coluerint sequetur hoc incommodum quod quidam qui laboribus erunt inaequales, honores usurpabunt aequales ut et rectores Civitatis qui non po: terunt magis attendere agris colendis quam magistratui et iudiciis exercendis inde dissensiones orientur in Civitate. Praestat igitur proprietatem bonorum quam com: municationem introducere in Rempub: Primo quia quisque magis sollicite et ordinate sua propria bona quam communia curabit: non enim tantum vel tenere sed natura ipsa se itaque bona amat quisque sua mutuo amore complectitur. 2. quia ex usu servi proprium libe: ralitatem in amicos, beneficentiam in egenos exercere cuique licet: ex rebus commu: nibus non licet. Sic Lacedaemonii ob eam consuetudinem felices habebantur. 3. quia inter eos proprius bonorum concordiam ac tranquillitatem fovet ac retinebit inter Cives: ut enim fratres facta divisione haereditatis sine invidia concordes vivunt sic Cives si propria bona possideant tranquillitate et quiete perfruentur. Quod si lites aliquando ob proprietatem bonorum suboriantur id accidit potius ob intolerabi: lem cupiditatem hominum avarorum qui nunquam bonis fortunae satiari possunt. Conclu: dens caput probat Ptis sui intentam communitatem quia ut non publica communique possessione bonorum sed honestate morum atque disciplina bonisque studiis continentur. Inde Spartani et Cretenses frugalitatis exercendae causa et concordiae communes et ne: [illegible] Civium comessationes introduxerunt: in quibus etiam de legibus et bono com: muni promovendo dissererent. Ut enim harmonia apud musicos ex variis sonis tem: perata demulcet aures: porro ad unum tonum reducta perit: ita concordia in Civitate ex summis mediis et infimis ordinibus eorumque officiis operata sua:

uritima est. Insuper reprehendit Platonem q[uo]d agricolis possessionem divi-
sionemq[ue] fructuum permiserit, eosq[ue] servidos ac ceteris inferiores magistratibus
subdiderit. Nec placet perpetuitatem magistratuum in Principibus cum aditus ex gene-
rosis viris via ad publicos honores praecludat.

CAPUT IV

Postquam reprehendisset lib: Plat: de Repub: hic lib: de legibus ex-
plicat et primo numerum Civium sive militum n[on] posse describi placet, nam
si inquit 5 millia et 400 milites Civitati dederis ut voluit Plato tantam
multitudinem hominum otiosorum admittes ut ne agro quidem Babilonico compreben-
di posse videatur. Etenim crescet semper numerus uxorum, liberorum, affinium
servorum in infinitum. 2. quia gravissimum onus inicies in tenuiores Civi-
tatis ut tantam tamq[ue] confusam colluviem hominum alat vestiat sustineat. 3.
quod legibus nullis tanta multitudo potest coerceri. 4. quod cum varie-
tates fortunae variaq[ue] rerum vicissitudinem iste certus numerus militum retine-
ri n[on] potest ut enim res bellica sic homines ipsi perpetuo mutationi obnoxii sunt ut ae-
stuarii Euripi nunc fluunt abunde nunc refluunt tenuiter, nunc bel-
lis seditionibus peste fame consumuntur et opprimuntur: nunc affluen-
tia bonorum pace et concordia civium fecunditate mulierum multiplicantur.

CAPUT V

Quinto Cap: Phaleam Chalcedonium primum reprehendit q[uod] aequalitatem bono-
rum in sua Rempub: induxerit: cives quidem ad tam [illegible] [illegible] in sancien-
da lege negligentiam coarguit quod aequandis possessionibus, nec liberos

Civium nec honores, nec cupiditates, nec patrimonii vires æquavit nec bona disciplina mores Civium contrinxerit. Et Solon quidem inst. atq. Locrenses approbarunt hanc legem æqualitatis sed sub certa ratione, ne quis scilicet patrimonia venderet ne v. daretur occasio in Repub: quibus: dam Civib: avaritie divertendi et tenuiores opprimendi: multa hoc Cap. sunt tanquam notatissima gemma proponuntur à Philo: spectanda. 1. Ut quod divitiarum cupiditate seditiones in Repub: concitentur quod utile sit Reipub: si à potentis hæreditates maiorum retineantur quod non solum bonorum sed etiam honorum inæqualitas rixas conduceat quod vulgus partim de bonis fortunæ, nobiles de dignitatibus certent: Qualis Achilles apud Homeri Iliadem q qui conque: ritur se ab Agamemnone contemni quod pariter cum cæteris stipendia acciperet cum tamen cæteris multo fortior et generosior esset: tandem quod non in divitiis sit iucunditas vitæ collocanda (quas quidam accumulant ut luxui indulgeant vel aliis inferant iniuriam) sed potius in recta morumque disciplina: præterea quod divitias non solum ad Civiles usus sed etiam ad extrema pericula propulsanda congregare potius debeant Cives: Insuper quod sit vale si divitias Cives repleri et immodicas opes habere nolint: plurimi et inulti non possint, quod quidem fiet si illi semper inultis sint superiores atque priores in honoribus capessendis Sub finem Cap: reprehenditur Phaleas quod Opifices à numero Civium exclu: serit minoreque quam par erat suam redfiderit Civitatem, neque tamen docuerit quomodo extra Civitatem collocarentur.

CAPUT VI.

auita

Hoc Cap: Hyppodami hñs privati patria Milesii offio architecti, vita meli: his et Ornatori pertingit Instituta quæ quidem n̄ tā videntur ēe retinenda quædam vero ex his prima fronte speciosa.

Primū Institutum. Civitatem ex 10 millibus Civiū conflatam in agricolas ar: tifices et milites dividebat.

2. agrū Civitatis in tres ptes distinguebat sacra tā sacerdotibus publicā quā militibus, privatā quam agricolis adiungebat.

3. Judicia de tribus tantū rebus fieri debebat de iniuria damno et cæde sive homi: cidio: cū nemini ois laedi ꝗ delictum vel ut in bona fama vel in bonis fortunis vel in corpore: ōis item pœna ut eēt vel mulcta, vel ignominia vel mors ad exilium.

4. Unū supremū tribunal ad qd ab inferioribus iudiciis fieret appellatio con: stituit.

5. Judices per tres tabellas (quarū prima Condemnationē. 2. Moderationem. 3. Nihil continebat) sententias ferre iubebat: ne darentur occasio corruptis iu: dicium.

6. Inventores rerū utilium in Civitate pmio et honore afficiendos ēē cense: bat. 7. liberos eorū Civium q ferrent p patria occubuissent in bello pu: blicis sumptibus ēē alendos statuebat.

8. Magistratibus n̄ solū curā Reipub: sed etiā peregrinorū pupillorum et egenorū committebat.

9. Potestatem creandi Magistratus penes populū relinquebat.

Ergo Aristot: in Hyppodami institutis primo reprehendit qd Agricolis arma, Opificibus nec arma et agros dimitteret et utrosq tamen servos mili:

tibus.

alios vulneraverit. In 2. Institutis illud reprehendit quod sacerdotes et
milites cum agricolis confuderit: neque demonstraverit quorum vero agrum vel publicum
agrum colere debuerint: nam si sint sacerdotes sacrum: milites publicum agrum
coluerint quid erit inter sacerdotes et milites atque ipsos agricolas discrimen
Quod ad pr[illegible] sola autoritatem et sacrorum procurationem sacerdotes agrum colere n
potuerint: nec item milites agrum publicum colere poterunt, cum patriae in de:
fendenda prima debebunt esse occupati: nec insuper agricolae publicum et pri:
vatum agrum colere poterunt ut sufficiat expeditiore fructus ducalibus qua:
si familiis alendis nec nimium domesticum et militari. Nec etiam pu:
blicum agrum colere poterunt opifices cum hoc modo nec suo opificio nec
agriculturae quae magnam diligentiam requirit satisfaceret. Ergo dan:
da erit 4. pars Civitatis eaque sine agri parte et sine publicorum parti:
cipatione bonorum quod quidem contra institutum Hyppodami in tres tantum consti:
tuit partes Civitatis.
Porro in suis iudicium per tabellas ferendis confusionem notat quod ex iudi:
cio faciat arbitrium quod distincta sunt: legem quoque de inventoribus rei nova:
rum magis speciosam appellat quam utilem Civitati quippe quae multarum sedi:
tionum materiam suppeditat: novis enim inventis abrogabuntur vetera inventa fu:
erint licet optima: ita novatores spe lucelli semper aliquid molientur
Hinc quaestionem examinat. Sit ne utile Reipub: veteres mutare leges no:
vis inventis quod quidem non nisi in summa necessitate idque admodum esse
prudenter faciendum esse concludit. Cum praesertim omnis novitas sit periculosa
Reliqua Hyppodami instituta de liberis eorum Civium publico sumptu
alendis et de officio magistratus non improbat &.

n improbat: verum tamen antiquiora illo inventa fuisse Hyppodamo et ab aliis Rebusp: recepta affirmat.

C. # CAPUT. VIII.

Septimo Cap: Spartanorum Rempub: (quae quondam florentissima extitit) quorundam vitia 12. enumerat et examinat.

Primum Vitium quod senes nulla lege in disciplina retinuerint: quod quidem ad licentiam et seditionem pronum est. Unde quaestio. An senes indulgentius vel asperius tractari debeant: siquidem benignitate dominorum insolescunt, severitate ad insidias instantur. Et inter magno hic opus est consilio et iudicio: prius tamen servaliter cum senes quam indulgenter agere. Indulgentia enim et familiaritas contemptum, severitas reverentiam parit.

2. Vitium quod mulierum licentiam et luxuriam nulla lege Spartani refrenassent: nam legum conditor Lycurgus viros fortes et strenuos dedit civitati quos laboribus, patientia, perpessionibus bellis exercuit at interea mulieres otio permisit indulgere.

3. quia Lycurgus ita distribuit agros ut venditionem et emptionem prohiberet, attamen donationem permiserit quod deterius quam venditione. Hoc enim modo et imperium et possessiones ad mulieres veniebant

4. quia electio magistratuum Ephororum etiam infimae plebis bonitate commissa. Verum Ephori insolentius et luxuriosius vivebant partim imperatores opprimebant

Quaestio. Hinc tractat quaestio: An melius sit divites quam pauperes in magistratum eligi

Cū et pauperes quātum soleāt habere Rempub: et divites facile insolescant vim̄ n̄ divites potius ēē eligendos affirmat q multo rem̄ bñe exculti et ex ceteris dignitate gerere possint magistratum.

5. Quod senatū soluendi ēē persecutum atq immanem à faciendis rationibus. 6. quod electio Senatorū pemodū fuit puerilis apud Spartanos: nimirum quia ab incondito clamore temerariæ plebis pendebat.

7 quod aliis erat concessa potestas sine ullo discrimine ambiendi magistratus. Hinc avaritia et ambitio glicebat.

8. quod reges successiōe n̄ virtute et electiōe crearentur.

9. Sodalitates et convivia reprehendit qđ his divites tantū n̄ item pauperes Cives potuerīt sufficere.

10. qa præfectus classis tanquam tyrannus perpetuus eligebatur q regi adversaretur. Hinc perpetuis seditionibus divexabatur Rempub:

11. qa maxime militarē disciplinā ex instituto Lycurgi colebāt Spartani quasi nō alia ratione præter fortitudinem n̄ sint inter Civitates quales sit ratione pacis quod cogarit denis ut Iurisprudentia et eloquentia quibus insistunt mores et singulares Civium coercentur.

12. Quod nullū publicū habebāt ærariū quo maxime indigebāt ppter frequentia bella et odia vicinorū. Ergo Spartanorū Respub: ita nō felix atq adeo fuit victrix.

CAPUT VII.

Cretensiũ Rempub: et Minoem Legislatorē veluti in theatrū produxit. Sus
Inter Spartanorū et Cretensiũ Rempub: magnā inter se habebant similitu:
dinē cū ob vicinitatē tū q[uo]d Lycurgus cū apud Cretenses moraretur, mul:
tas leges à Minoe latas descripsit et tulit in patriam. Vt ergo apud Spar:
tanos agros colebāt Helotes: ita Perieci apud Cretenses: Item convivia Spar:
tani privato sed Cretenses publico sumptu instituebāt et ut apud Spartanos
Ephori ita apud Cretenses Cosmi summum Imperiũ tenebāt: nisi q[uo]d Ephori quinq[ue]
Cosmi co creabantur. Praeterea in utraq[ue] Repub: Senatores erāt perpetui et immu:
nes à reddendis rationibus. In Creta tandem Cosmi sublatis regibus et Sena:
toribus eā occupavēre, qui n[on] ex praescripto legum sed ex arbitrio et priva:
to sensu Rempub: gubernabant: Unde frequenter tumultus in Civitate exci:
tabantur quos à civibus et convocatis amicis et clientibus impune cū adversa:
riis gerere licebat, et quasi publicē latrocinari. Itaq[ue] Respub: Cretensiũ n[on]
ob virtutē Civium sed ob naturam loci munitionem fuit diuturna.

CAPUT IX.

Carthaginē confert cū aliis rebus publicis eamq[ue] laudat quod diuturnissimē
floruisset quia optima instituta nam sodalitates plura et dispuncta habuit
collegia. Aliud quidem militiā aliud Officiũ: cū apud Spartanos unū
ordiq[ue] confusū fuisset: deinde Senatū n[on] passim ex plebe ut Ephori apud Spar:
tanos: ex optimis sed, et praestantissimis summa cū ratione et discrimine deducebāt

Praeterea.

Præterea Reges n̄ ex una gente vel familia sed ex pluribus per electio-
nem colligebant, apud quos n̄ tam ætas quam virtus valebat, quod quidē probat Ph: Φι-
losophus quia sic ex obscuritate in summum locū evecti ut plurimum insolescunt.
Reprobat tamen duo vitia. Primū quod cum Temperiem probassent Carthaginenses ex
Aristocratia mixtam et Politiam deflexerunt ad Oligarchiam et Democratiā. Alterum
quod uni plures simul magistratus gerendos permiserunt quod quidē est cum naturam et
rationē, natura enim unū uni destinavit.

Venale dandi ma-
gistratus multorum
uni.

CAPUT .X.

Ultimo Cap: Legumlatores et Conditores Rerumpub: quo quis tempore floruerit recen-
set: atque affirmat duo fuisse hominum genera qui de Civitatibus instituendis disse-
ruerunt et aliud quidem eorum qui versati sunt in Reipub: administratione qualis erant
Solon, Zaleucus, Charondas: Aliud hominum privatorum qualis Phaleas, Hippo-
damus, Plato, Itaque aliud genus eorum qui suis tantummodo Rebus: scripserunt
leges. Aliud eorum qui multis Rebusp: leges communicarunt. Itaque Zaleucus Locren-
sibus Epizephiriis in magnā Græcia leges dedit. Onomacritus vero Locrensis Cre-
tensibus, Philolaus Corinthius Thebanis. Draco sanguine dicitur scripsisse leges
suis popularibus Atheniensibus quas postea Solon attemperavit. Pittacus vero
Mytilenæus et patriā suā et alteris populis multas leges dedit: cuius illud præ-
clarū fuit institutū ut si quē ebrius iniuria affecisset duplici pœnā puniretur.
Cum quoniam ... sentium quam ebriis veniā esse dandā arbitrarentur. Tandē ultimus

Multorum opus est
ut male gerat
qui multa gerenda
suscepit.

Androdamas Italus Reginus civis cui multas leges fuerunt de Cedibus et Orphanis et Homicidiis nemo nulla propria sed ab aliis legislatoribus deductas:

Haec et quae in gratiam studiosorum Auditorum per Anakephaleosin congessimus: quod spectat Analysim sequentibus in libris secundum notorum familiarem methodum Deo suffragante persequemur.

Omnia CHRISTI PARTI laudent per saecula nomen.

Constanty Kazimierz Kaiecky Augustow M.P.
S. R. I. K. M.

Liber tertius Politicorum.

LIBER III POLITICORUM ARIST:

OECONOMIA LIBRI HUIUS.

Oeconomia lib. 3.

Refutatis lib: superiori definitionibus quod suum aedificium impedire videbantur, sed dit iterum ad definitionem Civitatis: deinde distam affert Civis et viri boni et aliā q: dam de Imperantium et parentium virtute praecepta Cap: 4 premitit Tum scopum dicen: dam Rem publicam eiusque formas et genera usque ad Cap: 9. investigat: tandem de regno et aristocratia reliquis Cap: 3. disserit.

CAPUT I

ANALISIS CAP:

Primum ponit Civitatem esse definiendam deinde colligit duas Civis definitiones tandem dubitationem solvit. Disserenti de Repub:

Cum Resp: et Civitas recte cognosci non possit nisi ea tria Civis percipiantur. Primo: cum Civis definiendus sit quidem pars Civitatis et totum ex suis partibus optime cogno: scitur. Circa saepe venit in controversiam quis sit verē Civis etsi enim aliquis in ona Repub: potest esse Civis in altera certe non erit verus Civis. Eg.: In democra: tia sive populari statu pauper est Civis et liber. In Oligarchia sive paucorum statu

pauper Civis non erit

pauper Civis non erat, sed soli divites et liberi et Cives, qua ergo Civis appellatio varia est: distinguit Aristoteles quod aliter sit Civis analogice seu secundum similitudinem ab: ut simpliciter sive secundum naturam et essentiam, nam peregrini servi veteres pueri non Civilitatis se non sunt participes, sed ex quadam similitudine. Unde et Romani vocabant quosdam pe: regrinos Civitate donatos, quosdam imperfectos Cives ut adolescentes qui nondum attin gebant regimen Reip: quosdam depontanos qui propter devexam senilem aetatem vacatione et immunitate a publicis muneribus habebant. Alius est vero Civis qui optimo iure con: stitutus qui nimirum Iudiciorum et concionum et magistratuum particeps est, itaque ex iis quae Civitatem constituunt facultas petendi magistratus maximi valoris est. Ergo ab ea verus Civis definiendus est: solum enim domicilium facit non Civem, siquidem et inquilini et servi in eadem habitant Civitate et tamen non sunt Cives: sic apud Athenienses sine Auctore et patrono non poterant se sistere inquilini ad iudicium. Ergo Civem con: stituit honorum communio sive illi honores fuerint certo tempore definiti ut erant des fere magistratus Romanorum. sive infiniti ut erant Heliastae Senatores, Atheniensium Concionatores qui deliberabant de summa Reipub: in concione quod quidem munus non nisi veros Cives concernebat. His praemissis:

Definitur primo Civis. Quod nimirum sit qui Civitatis vel natu vel publica auctor: itate approbatus, consiliorum iudiciorum, magistratuumque actu vel potentia particeps.

2da definitio affertur vulgo optata Quod nimirum sit Civem qui ex utroque parente Cive natus sit: quemadmodum Pericles statuerat ut illi dicerentur veri Athenienses qui ex duobus Atheniensibus Civibus nati essent. Et Romani primis temporibus non nisi eos pro Civibus habebant qui ex utroque sanguine patricio nascebantur. Verum vulgi veteres

fuit opinio ut non sufficeret patrem et matrem esse nobilem nisi quis avus proavus atavus tritavus proferret. Quales erant Larisei in Thessalia qui eum tantum honoribus ornabant qui maiores omnes nobiles habuisset: quos videns Leontius Gorgias vocabat mortar: ios: ut enim mortariorum certi sunt Opifices, ita illa gens pro suo arbitrio cudebat et recu: debat nobilitatem. QVAERES

Quaeritur Generis vel nobilitas an a patre solo vel sola matre vel ab utroque habeatur.

R. Optimam quidem illam esse nobilitatem quae ab utroque parente nobili et generoso ca: pitur. Unde Resp: omnis instituendorum filiorum curam et foeminarum castam et pudicam edu: cationem maxime procurat: quod ex his veluti fontibus splendor gloria et generositas Civi: um permanet ac propagatur. Verum cum a patre maxima pars eius ornatus proficiscatur, a quo et nomen familiae et libertas et dignitas filiis venit: multae Civitates eum pro nobili admittunt qui ex patre tantum nobili natus fuerit: quamobrem et Imperator uno Instit: tit: 4. Ingenuus vocatur qui ex utroque parente vel altero saltem ingenuo nascuntur. Et quam: vis, inquit, mater filio possit acquirere libertatem (partus enim hic in re ventrem sequitur) facultatem tamen petendorum magistratuum quae est nota propria Civis dare non potest mater: quam ex libertino vel servo filium susceperit. Arist: utroque cum vocat verum Civem qui ho: noribus gerendis aptus est: sequeretur enim nunquam primos Conditores Civitatis Cives habere.

QVAERES 2.

V. Mutato statu Reipub: Cives capti sint veri Cives nec ne? quod accidisse narrat Athenis Arist: quod Civitatis statu a Solone Legislatore con: stituto, a Pisistrato deinde eiusque filiis in tyrannidem est converso quam Athenienses

tandem postliminio

tandẽ postliminio revocavit: Recepto cũ tyrannus bello eoq Civitas ẽẽt exhau-
sta inquilinos peregrinos servos eadẽ manu mistos multos donavit Civitate.
N. Illus per distinctionem vtã mutatoẽm Reipub: fieri posse duplr vel in melius
Seu ex vna formã recta in alterã quoq rectã vel meliorem Rempub: confundit
velutj cũ è regno in Senatũ è Senatu in Democratiã fit migratõ: vel in deterius
velutj ex recta Reipub: forma in vitiosã ob tumultus et iniuriã plebis aut po-
tentiã Principũ vt exẽpli gra è regno in tyrannidẽ ex Aristocratia in Oligarchi:
ã vitiosa fit mutatõ. Priori itaq mutatõ fit recta ordo tamẽ mutatur Civis idẽ ma-
nent. Idem enim Alcibiades qui fuerit Civis in Monarchia erit nihilominus idem
in reliquis formis rectis, quia eandẽ communioem consiliorũ, iudiciorũ, magistratuũ
quã ea in qualibet Politiã manent durãtq integra libertate, at iõ in mutatõe vitio-
sa et ordo et Civis confunduntur; vt perturbata censuraq Rempub: ne noẽn quidẽ
Reip: mereatur, qd nihil fiat i Senatu debitẽ: nihil decernatur à Civitate gra-
viter, nihil statuatur lege firmiter.
Nab fine Cap: standi esse partes et fidelitas pub: afferunt Cives eadẽ commuta-
ta sit forma Reipub: vta Athenienses qui cũ putavit reddere Lacedæmonijs pe-
cuniã quã ab ijsdem tyranni nerẽ Rempub: mutuo acceperãt quamvis tyran-
nos è Civitate eijcissent vt Arist. Herodotus inter Rhetore vet Arist: lib. 2.

AXIOMATA CAP.

1. Vnus quisq legislator oẽm curã in constituenda Rempub: debet habere.
2. Resp: est multorũ Civiũ vnitas rectaq in summis et minimis ordinatõ.

3. Civis vdi

3. Civis iudiciorum et magistratuum communione frui debet.
4. Verus Civis et nobilis est qui ex utroque parente nobili ingenuoque procreatus est.

CAPUT II.

ANALYSIS CAP.

Postquam docuisset Aristoteles quis sit idem Civis et quis non in hoc Cap: docet quando sit eadem Civitas et quando non eadem. Proponit quaestionem: V. Civitas a loco vel numero hominum eadem dici debeat nec ne? Atque haec quidem quaestio facillima. Quaestio.

Solvit quaest: per distinctionem. Nam aut usurpatur Civitas pro muris et aedificiis et urbs potius dicitur. Vel pro multitudine hominum vitae sociata et Civitas proprie dicitur. Unde Concl: Civitatem loco et moenibus non dici eandem vel diversam sed potius mutatione formae mutata enim forma eius essentia mutatur Civitatis, nam si moenibus cingatur Troma: rum Civitas sicut Babilon quae 60 millia passuum amplexa est: vel Peloponesus regio muris cincta una etiam Civitas diceretur: quamquam multas formas, multosque ordines administrationis comprehenderet. 2. Concludit. Civitatem esse eandem etiamsi mutentur homines si modo eadem forma Civitatis retineatur: nam ut fluvius idem dicitur etiamsi aqua sic affluat ut altera sublabente succedat altera: ita Civitas eadem dicitur etiamsi morientium et nascentium hominum permutatio continua sequatur. Ut ergo chorus Tragicus et Comicus specie differunt: etsi contingat saepe eosdem Actores utrumque agere: ita Aristocratia et Democratia diversas faciunt Civitates etsi idem homines et modo in utraque Civitate maneat. Similiter ut Concentus Dorius et Phrygius quamquam sint diversi ab iisdem homines possunt fieri Cerat autem Dorius concentus omnium acutissimus et bello a-

certimus: porro Phrygius gravem et religioni accomodatam, ut sentit. Alex: ab Alexandro lib 4. cap 2. Q. si lex forma Reipub: gratissimus cognoscitur unitas aut diversitas V. Plutar: lib 9. symposiaco et in vita Thesei: Id. Alex: ab Alex: lib 3. c. 1. Genialium dierum ubi de navi Thesei cum Hermolao barbaro dissent et disputat. Obiiceo. Administrationis ordinem potius eum modum rei q non mutat rem sed tantummodo operat ut docet Piccolomini.

R. Verum est si externum modum intelligas at modus iste administrationis in Rep: est interna species: atque formalis unio civium.

AXIOMATA.

Primum. Non moenibus sed hominibus civitas aestimari debet.

2. Ut fluvii intra eosdem alveos perpetuo labuntur: sic homines diffluunt et alii aliis succedunt eadem manente forma civitatis.

CAPUT III.

ANALYSIS CAP.

Pulcherrimam et gravissimam hoc Cap: habet de virtute civis et viri boni instituit dissertationem. Ut enim superiori Cap: qd sit eadem civitas qd diversa: ita hoc Cap: eadem ne sit civis quae viri boni virtus an alia disputat. Ubi popularia praecepta de virtutibus civium Magistratuum et privatorum hominum pronunciatur. In 2. parte de artificibus sint cives quaeritur. Consequentis deinde et coniuncta consideratio est, ubi negante quidem parte imprimis habet se ratio ejus causae. Vir bonus absoluta perfectaque virtute bonus dicitur nimirum qua ornatus est operatur, fortitudine iustitia prudentia caeterisque virtutibus moralibus quibus privatim utitur. At iis non ait civis absoluta perfectaque

Quaestio.

virtute pt dici bonus. Non ois igr Civis e bonus vir. Assum: a definitioe
boni Civis p nautarum similitudinem exposita: quemadmodu ing habet se gubernatio
ad navé ita administratio ad Civitatem. Sed in gubernatioe navis st distincta officia
nautarum quib: conservatur salus navis. Ergo et similiter in administratioe Civitatis diver:
sa st munera Civium quib: salus comunis conservatur. Assumpo. Aliud siquidem
officium habet remiges: aliud Proreta: aliud q ad puppim collocatur. Maioris G
Rector. Est enim Civitas quasi navis: Cives veluti nautae, felix navigatio, veluti
prudens administratio Reipub. Rector navis est rector atq Princeps Civitatis.
tandem proreta, remiges st veluti ceteri Cives q ad diversa munera Reip: destri:
Qui singulis summis magistratibus praesunt ut hos bene administrent tribus praesidiis debent esse praemuniti. Primum Amore et Benevolentia erga Rempub. Deinde Fide et Usu regiminis: Tandem probitate et Iustitia. In primo quidem recta voluntas. In altero potentia cum honore. In 3. splendor et autoritas eluceret. Similis est locus initio l. 2. Rhetoric: Arist. ubi 3 quoque praesidia requirit in Oratore qui sibi fidem et autoritatem conciliare vult: nimirum prudentiam virtutem et Benevolentiam. Nam quoad benevolentiam attinet etsi omnes Cives Reip: eam debent favere: tamen maxime qui sunt in magistratu constituti cum sint luna et columna Civitatis. Unde apud Massilienses consuetudine erat receptum neque quem ad magistratum admitterentur nisi qui liberos haberet ut eius maior in Remp. fides et amor tamquam his velut pignoribus obstringeretur. Deinde requiritur scientia et usus Reip. gerendae ut recte munus suum princeps exequatur. Varie enim potest Rempub. diligere nisi consilio adiuvare possit. Itaque merito laudatur M. Cato Uticensis a Plutarcho qui priusquam Magistratum peteret omne ius didicit. omnia eius diligenter munera perspicuit et cognovit. Tandem requiritur probitas et iustitia Reip: in qua vivitur accommodata, quo enim magis homines simpli publica magistratus potentia sunt obarmati eo plus Reip. afferunt detrimenti. Haec ex Aristotele quaedam Notandum.

Quod si Unus non omnibus hisce praesidiis sit praeditus. E. G.

Notandum.

Notandum.

si hi.

sit idoneus ad regendū. R. Cū distinctione. Aliā ē vnēm magistratus Togati et Pacifici. Aliam. (Sagati ētiā si dux eligendus sit in eo spectanda magis scīa rei militaris quā virtū pbitas. Sciā rei militaris scīā varior ē, q̄ ꝗdem accipiendi ē comparatē ñ absolutē. Nā optandū q̄dē ē vt sint oēs duces continentissimi tanquā Scipiones sed si tn̄ isti ñ dant eligendi etiā Antonii intemperates: sed rei militaris scīā p̄diti. Virtus ēm hic potius spectant officiū ñ aīi! At ad in q̄uestura q̄a multi reperiunt rationū periti maior pbitas et q̄m scīā rad ē habeni. Sic olim Grēcia Aristidem communem Quæstorē fecit quod summam animi moderationē et continentiā in tractādis publicis pecuniis: illi viri et iusti noēn contrectatus ē.

Dubium. 2. mouet. An sit q̄. in administratiōe ciuilis magistratus et benè velit Reip. et benè fungi suo munere possit ñ tn̄ sacer virtutē sit studiosus. R. Plus virtutis q̄d maiorē habendā ē vnēm quā voluntatis et peritiā. Tales ēm sunt similes sibi hibus incontinentibus q̄ sciunt q̄dē quā recta sint quā facienda verū tn̄ genio suo indulgentes contra quā iudicarunt faciunt. De quibus illud Medeū vsurpat poterit. Video meliora proboq: deteriora sequor. Nīē igr̄ in Reip. administrativē Virtus ē necessaria nimi: nō vera pbitas et Iustitia: neq sufficit sola beneuolentia et peritia. Hinc.

COROLLARIUM 1. Deducit. Vt illa sit ne reperiat potentiorē quā Reip. studiosior quā illa quā novitatis ē appetentior: hoc ēm populi aduersus contemptū valet et dissimilitudinem.

2. Corollariū.

2. COROLLARIUM. Ut in qualibet Reipub. medium teneatur hoc est ut imperii modus statuatur ut mediocritas non appetatur. Nam ut simus nasus suam pulchritudinem non amittit: porro nimium Aquilinus et varus qui iam mediocritatem excedit monstrosus est: ita popularis divitumque status si intra mediocritatem consistat laudabilis est.

3. COROLLARIUM. Ut Politici sciant iudicium ferre de iis rebus quibus Reip. status conservatur nempe Oligarchici ostendat se patronos pauperum. Democratici se divitum vindices et utrosque mutuus amor colligat et communis boni conservationem: cum neutra Resp: vel sine pauperibus vel sine divitibus constare possit. Hinc reprehendit quasdam Resp. in quibus plebs cum divitibus et potentioribus sempiternas gerebat inimicitias ad quas se etiam iuramento obstringebat Ergo. Dives suscepturus magistratum iurabat, plebi ero inimicus quodque maximo potero moliar cum potius dicendum erat. Plebi nulla afficiam iniuria. Nota.

4. COROLLARIUM. Educatio Iuventutis conveniens sit statui Reip. rigide legum quantumvis optimarum nulla futura sit utilitas, nisi cives a primis annis bonam operam fuerint poculo ac parati. Itaque liberi in Oligarchiis quidem propter divitias molles: in Democratiis propter libertatem petulantes educantur: cum utrumque incommodum reipubl. gravissimum. Nam et Oligarchici ad ignaviam et stuporem et Democratici cum insolentiam proni sunt et tumultus: putant enim veram esse libertatem ut quisque vivat prout velit legibus autem putant parere servitutem. NB.

Egregie in hunc sensum Cicero in Orat. pro Cluentio. Legum (inquit) Ministri Magistratus, legum interpretes Iudices: legum denique idcirco omnes servi sumus ut liberi esse possimus.

AXIOMATA.

1. Tria sunt summis magistratibus necessaria. 1. Ut generi Reip. statui diligat: deinde ut munera sui magistratus prudenter obeat: tandem ut pietate et iustitia retineat.

2. In Imperatore deligendo magis peritia et experientia quam iustitia spectanda quod in paucioribus Imperatoria facultas reperiatur.

+ pietas

3. In publicae pecuniae cura magis peritia quam peritia consideranda.

4. Incontinentes quamvis prudentes sint sui tamen vitii et prudentiae non obtemperant.

5. Vivere secundum Remp. convenientem non servitus sed salus iudicanda est.

C. X.

ANALYSIS CAP.

Hactenus disputavit Philosophus de mutatione Democratiae, Oligarchiae, Aristocratiae, Politiae. Sequitur ultima lib. pars de dispositione de Monarchia, quae in regnum et tyrannidem dividitur. Atque hoc cap. Regni et Tyrannidis differentias utriusque conversiones explicat.

Reliqua de Monarchiis.

Disputat sic. Regnum inquit et Tyrannis 5 potissimum modis differunt. Primo Origine. Nam Rex ex bonis et ingenuis viris creatur qui virtute excelleant, vel gestarum gloria aut familiae vel generis dignitate: At eo tyrannus qui populi temeraria factione adversus illustres viros constituitur. Sic Phalaris apud Agrigentinos. Phidon apud Argivos sua tyrannide confirmavit.

2 differunt. Fine: nam Rex pacem subditorum et iustitiam spectat: Tyrannus seditionem et libidinem.

3. Differunt Forma. Ka Rex ē comunis boni custos q bonos Cives ab iniuriis
implorō protegit: Tyrannus subditos opprimit, nec Reip. sed privatū bonū procurat.
4. Fine. Quia Rex propter hoc potestatem ut ad q̄ṡidiū bonorū Civium regnet
Tyrannus eo modo spectat Civitatis.
Insuper q̄d ē consilium bonorū in Aristocratia: rex ad usū Reip. convertit Ty-
rannus ad q̄d ex Oligarchia pullulat et Democratia vitiorū totū id sibi vendi-
cat ad Reip. pnicie. Unde satellitio potentiā suā obarmat optimas et antiquis-
simas familias vi et insidiis ē medio tollit.
Quantum ad Conversiones imprimis attinet vel si ab aliis Rebusp. com-
munes vel distinctā ab aliis et ppria. Reg. Conversionis Monarchiæ. 1ma
Causa ē Iniustitia quæ oritur ab iniuria: hæc et pullulat vel a contumelia
quæ Corpori vel nomini infertur: sic Philippus Rex Maced. à Pausania occi-
sus ē q̄d iniuriā ab Attalo sibi illatā n̄ vindicasset. 2. Causa Contemptus q
ex nimia familiaritate nascitur. 3. Causa metus q pessimus ē diuturnitatis
custos sic Artabanus metuens apud Xerxem adversarii criminatione: eundem in-
teremit. 4. Vitæ turpitudo. sic Arbaces Sardanapalū exemplo e re-
gno spoliavit. 5. Avaritia: sic Mithridates in Ariobarzanē invectus
ē. 6. Ambitio et immoderata honoris cupiditas: sic multi cupiditate gloriæ
pmoti magna facinora aggrediuntur. qualis Herostratus ille, q Ephesinū Dia-
næ templū + combussit. Porro Tyrannidis evertendæ 1. Causa ē seditio vel + exitiose
inter Cives vel inter ipsos Tyrannos ut Tyranni sibi invicē insidias moliuntur
sic Gelonis Tyrannidē Thrasibulus evertit et Dionysii Dion. 2. Causa.

Odium et Contemptus: dum Tyranni libidinose crudeliterq. vivunt. Reliquae Causae sunt dissidia interna, legum violatio, libertatis participatio iniqua, Alienda Causa propter quas omnis Tyrannis est non sit diuturna. Unde Juvenalis.

Ad Generum Cereris sine caede et vulnere pauci
Descendunt Reges et sicca morte Tyranni.

AXIOMATA.

1. Tyrannis ex Democratica et Oligarchica peste conflata est.
2. Regnum ad praesidium bonorum Civium comparatum est.
3. Rex creatur ex bonis et insignioribus viris qui virtutis excellentia aut rerum gestarum gloriam, aut generis potentiam.
4. Tyrannis contra claros et illustres viros opprimendos constituitur.
5. Evertitur Tyrannis vel externo bello vel iniustitia interna.

C. XI.

ANALYSIS CAPITIS.

Postquam declaravit Autor quibus sit ruina Monarchiarum: tandem quibus sit diuturnitas docet. Porro ex hoc Cap. venenum suxit Florentinus Araneus Machiavellus in Principis sui institutionem.

Conservantur certe &.

Primus. Praeceptum generale est et aliis Rebusp. commune: Contrariis remediis contraria mala curantur. Sic odium frangit amor conservat Monarchiam. Pulchre in eam rem Claudianus:

Non.

Vix hic excubiis et circumstantia pila
Quam cingat amor et extinguebit amori
Hoc alternus amor hoc simplex gratia donat.

Z. Preceptum speciale, nimirum ut Monarcha quam moderatissime potestatem suam exerceat: cuius moderationis gratia apud Spartanos primo quidem ex modo duo reges creati et postea 28 Senatores mixtis in rebus potestatem regiam aequati: tandem Ephori quasi luxurianti principatui frenum iniicerent. Itaque sic laudat Aristoteles Theopompum Lacedaemoniorum Regem qui ad moderandam potestatem Regiam Ephoratum constituit: atque a sua uxore rogatus an non puderet illum minorem potestatem liberis suis relinquere quam a patre Nicandro accepisset: prudentissime respondit. minorem forsan potestatem sed firmiorem diuturnioremque relinquo.

Quantum attinet Tyrannidis Conservationem hanc non docet sed ut excutiat exponit Aristoteles. Sic quoque Logici de Paralogismis et Medici de venenis praecepta ponunt ut haec vitet quam ut utantur: sic Aristoteles de Tyrannide tractat ex cuius nefandissimis factis Tyrannorum boni Regis egregia indoles et natura elucescat. Duo itaque sunt Tyrannorum modi quibus suam confirmant potestatem. Alter apertus dum per vim et caedes crudeliter dominantur. Alter occultus dum simulat popularitatem. Huic mos fuit receptus a Persis nunc a Turcis, Moschis, Scythis servatur qui ut suum confirment Imperium fortes et illustres viros e vita tollunt. Alter mitior esse videtur sed non minus perniciosus dum subditi tanquam pecudes tractantur, dum illis praeclara rerum scientia prohibetur, dum sodalitates et Convivia in Civitate penitus abrogantur, ne ulla inter se Cives amicitia et concordia conciliant: dum per speculatores et delatores perpetua subditi formidine tenentur: dum Cives

mutuis

mutuis criminationibus mutuo divexant: dum ad inopiã rediguntur externa
per vectigaliũ rigidã et frequentẽ exactionẽ, per bella assidua, per gratuitas o:
peras ad fabriles officinas, minutas stipendia militibus n̄ soluta. Hinc habu:
erunt originẽ Tyrannides Aegypti, Columnæ Cypselidarũ, Aedificiũ Olympii, Po:
licratis opera in Samio erecta, cæteraq publica aedificia quæ ad otii fugã
inopiãq plebis augendã pertinebat. Præterea firmat tyrannidẽ, Diffidẽ ami:
corũ, tũ potestas et libertas mulierũ in viros, vel servorũ in dños per a:
dulationẽ simulatã. Sed cũ graves liberiq Cives contemnunt et externi poti:
us atq peregrini ad conversationẽ et convivia admittunt. Et hic ẽ pri:
mus modus conservandæ Pesiod Tyrannidis ideo crudelis et manus.
Quoad. alterũ modũ attinet q ẽ Sophisticus conservare videq suã potestam
Tyrannus quod boni Principis speciẽ præfert nec eripit luxurianti po:
pello quod in molitiẽ profundat: sed etiã accepti et expensi rationẽ reddit,
vectigalia Reip. cũa emungit: superbiã suã gravitatis prætextu, ambitio:
nẽ cuiuslibet virtutis specie velat: neminẽ mulctat nisi q vel DEUM vel
patriã læsisse videatur. At ideo pietatẽ superficie tenus fingit, nec corde
amplectitur, insuper benẽ meritos de Rep. Cives præmiis donat, sed ex infima
conditiõe erectos ut gravius opprimat veteres et illustres familias illis
ĩd potentis ignotoris videq quorũ occisi parentes crimen læsæ Maie:
statis comisisse videbant. uno verbo id unũ studet Tyrannus Sophisticus
ut ad regiam bonitatẽ qm proximẽ accedat et probos mores præferens populi
gratiã sibi conciliat.

ΑΞΙΩΜΑΤΑ.

Styl

1. Tyrannis duobus modis conservatur Aperto et Occulto.
2. Solent Tyranni criminationibus falsis subditos divexare, amicos amicis plebeios patritiis, divites divitibus suspectos reddere.
3. Tyrannicum est neque gravitate bonis cuiusquam neque libertate delectari.
4. Peregrinis convictuis potius quam Civibus uti Tyrannicum est.
5. Tyrannis maxime proprium est ut subditi demisso pectore et abiecto animo cum nemini humilis animus Tradietur.
6. Tyrannis boni viri infesti atque infensi sunt quod eos agnoscat sua Tyrannidi minime faventes.

C.12.

ANALYSIS. CAP.

Quod est huius Cap. partes. In prima tractat potius de Tyrannidis brevitate et diuturnitate. In 2da. Opinionem Platonis de causis mutandarum reipublicarum

Atque omnium Rerumpub.

Ex omnibus inquit Rebuspub. Oligarchia et Tyrannis est maxime [+] diuturna. Et Oligarchia quidem quia solis divitibus aditus patet ad honores publicos: porro divitiae fastum luxum et insolentiam parere solent. Tyrannis etiam brevissima est. Quia liberis Civibus et bonae naturae contrarium est. Hinc Thales [Ar.] Milesius ex longissima peregrinatione domum reversus cum interrogaretur quid in ea maxime mirandum vidisset. Respondit. Senem Tyrannum. Porro hic commemorat Artes Tyrannidis diuturnioris exempla et cuiusque reddit Causas.

[+] minime

Initium

1. Exemplum . ē Tyrannidis quæ ab Orthagora cœpit initium et 100 annis apud Sicionios regnavit seu duravit. Rað. Erāt enim illi successores Orthagoræ q̃m populares et pleraq. munera publica ñ ex sua libidīē sed ex legū præscripto administrabāt. Deinde q̃a ñ erāt ignavi sed fortes et bellicosi quin etiā sæpè videbant̃ iusti quoniā ex numero Clisthenes Iudice q̃ con se extulerat inani cū certaretur de victoria in ludis publicis et Coronā donavit vivo et mortuo statuā erexit.

K3.

2. Tyrannidis Corinthiaca quã Cypsellus annis 30. Periander. 44. Psammeti: cus annis 3 exercuit. Rað. diuturnitatis Tyrannidis huius. Q̃a quo q̃s bellicosior et armis fortior eò gloriosior, potentior subditisq. suis gratior erat. Porro Cypselus eâ popularis fuisse fertur vt Imperiū nullo muniens satelli: tio nullaq. Corporis custodia circūseptū teneret.

+ subditisq. (margin)

3. Tyrannidis Pisistratidarum q̃ Athenis vix ad 35 annos Tyrannidē suam produxerunt p̃pt summam crudelitatem.

4. Tyrannidis Syracusanæ quã Gelo et Hiero 18 tantū annos Syracu: sis exercuerunt: quoniā iugo excusso Cives tandē se in verā libertatē vin: dicarunt.

Aliæ Tyrannides brevissimo tp̃re permanserunt quarũ innumerabilia exempla variarũ gentium populorumq. historiæ suppeditant. Quare hic notat Autor si Tyran: nides in regna convertantur, certum ē eas fore q̃m maxīe diuturnas siquidē regna potius et iusti principatus censebunt̃.

Quantum ad alterā Cap. partem. Reprehendit Autor Platonis l. 8 de Repub. id ⁊ an merito faciat̃ etiā doctissimi Interpretes se fatent̃ ignorare

alii

alii hunc locum nero pede transeunt. Quare et Theon Smirneus vetus Auctor
ex Platonis placitis librum conscripsit de rebus ad Mathesin pertinentibus hunc lo: +
cum penitus omisit et neglexit et omnis Platonis interpres acutissimus non satis acu- + Et Iamblichus.
te loci huius sensum penetrauit imo etiam difficultate eorum obsteruit ut ipse faci-
lius defensor et admirator Platonis defecit: Et Iamblicus huius loci sensum se pe-
nitus ignorare facetur ingenue. Iam et Cardanus de proportionibus l. 5. facit:
205. huius loci facit mentionem: Et Vitanius in eius explicatione sudat. Et
Gregorius Tholossanus l. 21. de Rep. c. 3. hunc locum commemorat: et Petrus Ramus
mentem Platonis producit. Verus sensus Platonis est eiusmodi: postquam 7. lib.
sub Socratis persona optimam Remp. descripsisset: tandem l. 8. docet: hanc Remp.
tam diu florentem duraturam quam diu concordia consensuque ciuium in ea gra- R3.
nebit: periturum autem cum discordia dissensioque recruduerint. Hic igitur Poëtarum
more ut in re difficili Musas inuocat et eas hoc de Mysterio ita loquentes fa-
cit ut huius Commutationis causam, ad nudas calestium conuersiones referant: quibus
tandem seditiosi Ciues ac pernitiosi Reip. Principes nascuntur. Sed quod id futurum
sit numeris tam obscuris inuoluit ut ad hoc mysteria intelligenda, Apolline
Musarum praeside Platonici opus habere videantur: tam enim obscuris hoc temporum myste-
rium numeris adstrinxit, ne temporum illa momenta (quae posuit pro calestis in
potestate sua) a curiosis hominibus deprehenderent: ut si quadrando non magis eum quam
numeros illos quos proposuit intelligant. Itaque 140. Epitrites continens sesquiter-
tium fundum aiebat Plato quod erat bachius 7narius qui est fundus quaternarii et ter-
narii in quibus est ratio sesquitertia et concentus Diatessaron sed id est etiam fundus
binarii et ternarii in quibus est ratio sesqualtera et Concentus Diapente. Hoc

Plato

Plato de suis numeris quē sequitur Cicero in somnio Scipionis qua de re videre
poteris Macrobiū l. 2. de Harmonia Orbiū Cœlestiū. Idē l. 2. de Divinat.
Id enim ipsum inquit Cicero à Platone didicerā naturā sed quandam conversionis Reip.
vt ea vel à Principibus teneretur tū à populis. l. 2. Ad Atticū E. 36. Equidē etiā
sperabā ut sæpe etiam tecū loquebar hūc orbem Reip. eē conversū vt vix sonitum
audire vix impressā orbitā videre possemus. Tacitus quoq scribit. Rebus cunctis
inesse quendā orbem et quemadmodū temporū vices ita et morū vertī. Petrus Gregorius
Tolossanus l. 21. c. 3. Variis acceptionibus et exēplis rē eam illustrat. Quidā (inquit)
hanc periodū accipiunt pro constitutionē fatali quā præteriri n̄ pōt nec præteriri: aut
divina quidē quā falli n̄ pōt neq potest ea fieri quidquā. Est enim vt ait Chrysip-
pus sempiterna quædā et indeclinabilis series rerū et catena volvens semetipsa sese
et implicās per æternos consequentiū ordines in quibus apta connexaq̄ ē. Vide Gel-
liū l. 6. c. 2. In hunc quoq sensū Manilius:

Fata regunt orbem certa stant omnia lege.

Longaq per certos signantur tempora cursus.

Quidā eo istas fatales periodos ad annos centenarios referunt: Hinc illi Imperio-
rū anni Climacterici et fatales qui ex facie cœli et quā à prima origine contigit Im-
perii constitutionem spectant. Vide Gregorius Tolossanus l. 2. c. 5. Obser-
varunt inquit, historiographi et annales Monarchiarū et regnorū ordinaverunt
coniunctionē syderū Saturni Iovisq talem quandam variationē dedisse regnis et Impe-
riis per singula sæcula. Indeq ortū et interitū per vices regnorū Prima. Monar-
chia innovationē hanc accepit Nabuchodonozore imperante, Chaldæis et Ba-
byloniis 100 annis post: Secunda Monarchia Persarū ponitur: per Cyrū excitata
100 de hinc. 3. Alexādri Mag. post. 100. mox penitus regna Medorum, Persarū

Africanus Romanus.

+Quidā

Hs.

+Indorum.

Carthag

Carthaginensium. Ubi deinceps Romanorum ditio coepit extendi per Asiam usque ad novum
in terris Regis Regum CHRISTI, Principium quo tempore coepit Monarchia subesse
Augusto Caesare. Centesimo de hinc anno Imperium Romanorum coepit regi per ex-
traneos Principes et translata primum illa potestas ad Nervam, Traianum, Adrianum
Hispanos Principes. 200mo. de hinc anno post Christum natum deletum est Parth-
orum Imperium extincto novo Persarum per Artaxerxem. 300mo. ad Principes Chri- XI.
stianos translatum Imperium Romanorum ad Constantium Constantinumque Magnum.
400mo. A CHRISTO nato coepit dividi et lacerari Imperium Romanum, inde alia
nova regna erecta sunt in Italia, Gallia, Hispania, Africa, Asia. 500mo.
Occidentis Romanorum Imperium extinctum est usque ad Carolum Mag. et contractum Con-
stantinopolitanum seu Graecum. Anno 600 Machometis et Saracenorum
orta est impietas et horrendum imperium productum. Anno 700 Saracenorum Ara-
bum, Maurorum diversa regna orta sunt quae habuerunt suos Principes dictos
Caliphas seu Sultanos: In India Asia, Syria, Aegypto, Lybia, Africa,
in Insulis Maris Mediterranei Oceani Aethyopici, Indici, Atlantici.
Anno 800. Imperium novum Occidentis excitatum et extinctum per Francos Septen-
trionalibus gentibus salutare. Anno 900. Imperii occidentis à Francis
ad Longobardos facta fuit translatio: sedi Apostolicae diu luctuosa. Anno 1000.
Nova regna initium habuere: Ungaria, Bohemia, Polonia et Septentrionalium po-
pulorum. Anno 1100. Nova regna Occidentalium Christianorum praesertim
Francorum in Asya Syria, Iudaea.. Anno 1200. Servile et ferox Im-
perium Tartarorum cum totius Orientis magna calamitate. Anno. 1300. No-
vum servile Imperium Ottomanorum sive Turcarum. Anno. 1400. Novum
Imperium Tamerlanis Scythae feritate Turcarum aliquantum repressit. Anno. 1500.

Novum

+Nova

+superna.

+struetis

+hic forasse non bene. n. 17 [illegible]

+Novum Imperia in Periode Lusitanorum et Hispanorum in Indiis et novo Orbe quae sic mutatio hoc centesimo anno, bella, clades, calamitates in Regno Gallico, Hispanico, Germanico testantur mirabilis rerum omnium vicissitudo. Nunc in melius nunc in peius pro saeculorum convenientia supra cum ubi pervenere ad summum descendere opus est, et ubi ad ima pervenerit necesse est ad+ superiora resurgere respirantibus veluti paulatim attritis viribus et Rebus p.+ distinctis, malorum bonorum causam sed tarde agnoscentibus. Similis est annorum Centenariorum Inductio apud Christoph. Varseuicium Can. olim Crac: in Praefatione ad summum Pontificem Clementem VIII. cum illi de Cognitione sui dedicaret libros. Porro Plato illam numerorum harmoniam confundi aiebat quod species quoque in tribus generibus aureo, argenteo, ferreo confunderentur, nimirum cum aureum consiliis et Imperio debeat florere: argenteum re militari et fortitudine excellere: tertium genus agricolarum et opificum rigidis laboribus incumbere: cum ergo mutatur hic ordo et ex magnanimis parentibus liberi vel nepotes degeneres nascuntur, id est ex aureis argentei vel ferrei plumbeique dissidium quoque oriri in Rep. est necesse atque hinc mutationes oriuntur. Iam et triplicem Platonici harmoniam statuunt. Aliam summam quam Sol 12 signa retro gradu conficit quam volunt esse duodenarii+ cubicam in mutatione Reipub. observari. nam in hoc numero multiplicationem 12 duodecies concipiunt quod duodecies multiplicata efficiunt annos 1728. quem numerum implere volunt magna Imperia qualia fuisse credimus Assyriorum a Nino ad Regem Alexandrum. Aliam Harmoniam resultare aiunt ex cubo Quinarii in quo ad 50 prope annum requiratur conversio Imperii. Tertiam Centenariam harmoniam quam extra productam probare videmus.

Verum eas Platonicorum Aristotelici oppugnant. Primo. quod numeri sunt Mathematica et abstracta ideoque ad Conversionem Reip. non spectat quod

nimirum

nimirum à libera voluntate dependet cum precisum motus cœlestis fuerit ille licet numerosus nullam mentibus hominis possint imponere necessitatem. Z. Ats ga his numeris divinam prudentiam derogare videq Plato quod fatali quadam necessitate astringeretur si tantam vim numeris tribueret: Hic alios quoq errores Platonis de Conversionibus Rerump. recenset ptur nimirum quod vel non sine hominibus propria assignata de optima Rep. quam fingebat Plato: vel quod communia sint cum caeteris Rebusp.: vel quod conversionis causam moralem tantum assignaverit luxum reiq familiaris profusionem cum plures aliæ causæ reperiantur.

Quod attinet resolutionem superioris difficultatis sic quidem Platonem defendunt atq respondet: Numeros ut sic Mathematici et à materia singulari abstracti nullam vim habentes in homines et imperia: ut sunt et in motu aliorum Cœlestium constituti non vim habere nullam, nam rerum generatio, vita, constitutio, vigor, conceptio, senectus, interitus, quod ab orbibus cœlestibus pendeat manifestum est. Nam si V.C. Tempore verno accedente sole omnia reviviscunt, vigent florent, maturescunt, recedente autem omnia squallent, marcescunt, senescunt. Cur ille retrogradus solis motus in tanto spatio constitutus cum vim non habuerit in Imperiis faciat mutationem.

Dices. Si ita fiat. Ergo vis infertur hominibus ab astris.

R. Non astra sed homines sane vim sibi sensim parare et inferre: nam cum homines recedunt ab illa temperie aurea vel argentea degenerantq in ferream constitutionem ipsa quoq sæcula aurea in ferrea mutantur. Et ad hanc quidem mutationem motu suo inclinant astra sed necessitatem hominibus imponere non posse ut plurimum enim homines immoderatis affectibus ebrii deserunt rectam

mentem

mentē temperatāq rationem.

Dices. 2. Ergo Diuina quidē hi numeris ad necessitatē adstringitur.
R. Imd. Numeri sc. diuinā quidē quoddā notā et signa sempiterna, quæ tn̄ à nobis n̄ oīo intelligi percipiq posse.

Dices. Ergo Omnipotens in certo numero et pondere singula creauit et attemperauit vicissitudines oīum, periodos sæculorū, variationes Imperiorū, calamitates hnūm in sua æternitate quidē sapientissimeq distinxit, quorū singulorū seriam vel sibi soli reseruauit, vel etiā pro suo arbitrio hnibus iustis communicauit qd Danielis hebdomadæ et illa statua diuerso ē metallo conflata Vaticinia Sybillarū. D. Joannis Apocalypsis aliaq Oracula comprobat.

AXIOMATA.

1. Orum Remp. breuissima ē periodus Olygarchica et Tyrannica.
2. Nihil firmū et stabile in eodem statu perpetuo permanet sed quodam circuitu tpris oīa mutant et intereunt.
3. Naa quoddq cū alter hnēs et à bono auersos producit ut emendari doctrina corrigiq n̄ possit.

L. Sextu.

Oeconomia Et Argū eiusden.

Appendix quoddāq additamentū lib. quarti 6tus liber ē quoad Democratiā et Oligarchiā singularia magistratuū gnā. Verro hic lib. 7. Cap. continet.

C. 1.

ANALYSIS CAP.

Hoc Caput est velut proœmium sequentis Tractationis. In quo primo reperitur summa superioris doctrinæ: deinde proprium quod deinceps sit explicandum. Quot sint igitur dissimilitudines. 8

Quantum ad primum. Reperitur quarta pars quarti libri. Cum enim præcepta de differentiis, de Iudiciis, Magistratibus, consultationibus publicis tradita sint libro superiori doctrinam de constituenda Democratia et Oligarchia: sed de Democratia præcipue ex hac enim Oligarchia facilius percipi potest.

Quantum ad 2. Diligendum sibi ait de Democratia agendum ad ut illius genera facilius cognoscantur atque dignoscantur: ad ut imperita multitudo quæ est bellua multorum capitum à viris prudentibus circumspectius tractetur demulceaturque. Hinc Democratiæ finem proponit nimirum æqualitatem Arithmeticam à quo fine et leges ipsæ oriuntur. Hinc definitionem Democratiæ revocat. Quod sit ea Resp. in qua omnes Cives libertatem et pares vicissitudines neque honoris sortiuntur.

AXIOMATA

1. Non solum considerandum est quæ sit Resp. optima sed etiam quomodo instituenda modo.

2. Ad magistratum est videre omnes Reip. conditiones ut omnia consilia quæ proprie Reipublicæ accomodata sint ad finem certum referunt.

C. 2.

ANALYSIS CAP:

Qua libertate Democraticam retineat axiomata explicat Phus.

Primum axio in Democratia. ?

Libertas itaque in Democratia quamquam finis certissimus retinetur: si nimirum co- pulo deq Facultas p vices imperandi. Deinde vivendi libertas qua qsq absoluit sed hic vivendi libertas (ut Cap. 9. superioris libri monuimus) cum Aristo Stalis accipienda e, nimirum n secundum sensum et appetitum hoc enim brutis convenit et licen- tia potius atq dissolutio e appellanda: sed secundum rectam formationem. In hunc sen- su Cicero in Paradoxis. Libertas e potestas vivendi ut velis: is autem vivit ut vult q recta sequitur atq colit, q nihil facit nihil cogitat nisi libenter et libere. In eu sensu more suo Satyrico Persius Satyra 5. ratiocinatur.

+ rationem

Mille hominu species et veru discolor usus.
Velle suu cuiq est nec voto vivitur uno ?
Libertate opus e. non hac, qua, ut quisq Velina
Publius emeruit, scabrosu tesserula far
Possidet. Heu steriles veri, quibus una Quiritem
Vertigo facit! hic Dama e n Tressis agaso
Vappa et lippus et in tenui farragine mendax
Verterit hunc dominus momento turbinis exit
Marcus Dama!
Hac mera libertas hanc nobis pilea donat
An quisqua alius liber nisi ducere vitam
Cui licet, ut voluit! licet, ut volo, vivere, non sum

Liberior.

Liberior Bruto: 8.

Tandē phus mores Democraticā plebeculā pingit nimirū ut oēs misciq. eto:
mnibus vnus qsq. psit et magistratus vnusqbq. pdsit ut magistratus vnsiqqq.
ex sorte tribuat et accipiat nemine ad magistratū eundē capessendū nisi militā:
rē bis admittat, nemine quenq. magistratū quenquā ... admittat, oibus
concionibus, consultationibus, iudiciis sponte et aliorsus sineq. mercede vnus qsq.
adsit.

AXIOMATA.

1. In Democratia summus finis ē libertas ad quē oīa referenda sī.

2. Libertatis Democraticā primū signū ē liberē vivere i. ē vivere put qsq. voluent. C. 3.

ANALYSIS EIUSDEM.

Quaestionē de iure populari movet et solvit eandem phus.

Quā cum ita sint 8.

Quoniā Hypothesis Democraticā posita ē in aequalitate Arithmetica utqd par:
ti maiori etiā et minori ratio habeatur. Quaerit igr phus. An pars ne ma: Quaestio.
ior maiore censu an maiore divitiū et pauperū multitudine, an oīo maiore Capi:
tū numero metienda sit. Solutio. Phus dubitationē hanc solvit et primā
quidē rationē pbat ... et ... et appbat ut v.g. si sint 20 divites et
pauperesq. diiudicandi aequalē habeat facultatē si ex his 20 Concordibus et
convenientibus votis quaestionē concluderint: quaestio illa firma validaq. ē
haberi. Sin vero in duas aequales ptes Concio divisa fuerit ... nulla melior ra:
tio dirimendi haberi potest quā vel illud consilium in aliud tpus differatq.

vel si

vel si Concentio Comitiis accesserit tota his difficultas quae sortes et calculos dirimatur.

AXIOMATA.

1. Quod maiori vel vtriq parti in Democratia iustum visum fuerit id ratum esto.
2. Si paves sint sententiae, lis sortibus dirimatur vel Comitia in aliud tempus differantur.
3. In Aequalitate difficile est inuenire veritatem.

C. 4.

ANALYSIS EIUSDEM.

De singulis Democratiae generibus comparationem hoc Cap. instituit Philosophus.

Cum sit Democratia &c.

NB. Quemadmodum l. 4. c. 12. Democratiam quam Philosophus distinxit ita hic Comparationem inter illa statuit atque concludit eam Democratiam esse optimam in qua ius Ciuium ex Agricolis constat. Rad. 1. Quia ad vitam victumque vtilissima. 2. Quia talis Democratia omnium est Antiquissima Resp. siquidem naturalis. 3. Quia non in otio sed in labore sempiterno versatur. 4. Quia rariores conventus et concionis exercet minusque turbat Remp. 5. Quia magistratus suos ex bonis simplicibusque ciuibus creat. 6. Quod incredibilem delectationem omnibus suis bonum suppeditat quam quidem commoda neque vita pastoralis, neque mercenaria, neque opificum subministrat. Merito igitur exclamat Poeta.

O fortunatos nimium sua si bona norint
Agricolas.

Quod ad vero deteriorem alterum genus Democratiae dat rationem Philosophus. Quia tale genus civium quam callidum et fraudulentum est, et in quo virtutis nullum penitus sit studium. Porro tertium genus Democratiae quod est ex omnium civium

colluvie

colluuioe concretu ouium e determinatu. Rad. In hac em colluuioe nulla rat bonoru illustriuq virorum habetur, sed passim, vis, confusio, temeritas, in q̄ conditioe et gradu licentia regnat.

AXIOMATA.

1. Optima e Democratia ex Agricolis constituta qd modicas opes habeat in operibq assidua versetur.
2. Agricultura maiore voluptate quaerit ex opere rustico quā ex lenocinio. vt Ciuitatis vulgus honori lucru praeponit.
3. Qui pecoribus et armentis viuunt, multa qdem similia agricolis sed n ita bn.
4. Vulgus Opificu, Institoru et Mercenarioru sordide quaerere viuit.

C. 5.

ANALYSIS EIUSDEM.

Axiomata et Comuia praecepta ad Conseruanda Democratia pronit. Et si alijs Legislatoribus.

Conditores Remp. potissimu inqz inuigilare dbt et Democratia eaq determinam certis legibus constringat et conseruet. Rad. Maius em beneficiu Principis e Remp. veterē conseruare qz nouā condere: ent igr primu Axioma primumq praeceptum. Vt damnationes Ciuiu multas atq plane sacris potius adiudicentur quā populo. 2. Vt publica Iudicia de rebus de capite et fortunis Ciuiu quā rarissime fiat. 3. Vt si vectigalia n fuerint rata atq fixa rara quoq conciones populi, rara consultationes, sed mul.

tis de rebus simul instituant. 4. Quod si vectigalia suppetat ut singulis cuibus aut quam plurimis eorum fructus dividant. V. Ut divites Reip. su: ptui sustinendi coloniisq. deducendis et aliis occupationibus intercipiendis sublevet plebis inopiam id exemplo Carthaginensium et Tarentinorum declarat apud quos hac vie divites inopis plebeculae benevolentiam sibi compararunt.

AXIOMATA

1. Ex contrariis suis componenda est Oligarchia.
2. Illa est Oligarchia temperata quae est mixta ex Aristocratia et finitima Dymo: cratiae.

C. 6.

ANALYSIS EIUSDEM.

Status tutelaq. Oligarchiae describitur.

Quoniam ad partes I.

Ut constituentes Oligarchiam eam melius intelligant dividit militiam in E: quitet Pedites graviis armaturae. Quo. pedites armati tribuunt, ferentarii aut et classiarii tametsi Democratici sint: Oligarchiae tamen accomodari possunt. Quod attinet Conservationis Oligarchicae duo axiomata proponit. Ut aba: tissimi ad Remp. gerendam admittantur et eligantur Cives. Et 2. Ut his ab: lis publica munera gravissima imponantur. quod munera suo tempore queritur Aristoteles in Oligarchiis non observari: quamquam haec axiomata sunt potius Aristocratica quam Oligarchica: cum in istam Remp. remedia ut conservetur a multis sunt petenda. AXIOMATA.

S. Ero ..

1. Providendū ē ut ad Oligarchiam Reip. conuem̄ spectatissimus qq eto: pulentissimus et probatissimus ē populo admittatur.
2. Vbis in statu Oligarchico potetis grauissima munera Reip: imponand.

C. 7.

ANALYSIS CAP.

Hoc Cap. in comiu quędnt pdus. An Magistratus oiūm Reip. sint recte diuisi. Sequitur ēd ut magistratuum grad.

Generalis explicād magistratuū et oīum Reip. comiuē ē triplex. 1. Quod aliis ad dignitatē. alii ad vtilitatē spectat. 2. Quod in aliis Rebusp. magistratus st plures in aliis ēd pauciores sdm Reip: constitutionē et necessitatē. 3. Quod diuini alii st magistratus. Alii humani: de quibus gribus quarta pte lib. quarti egimus illiq verè magistratus st appellati: q deliberādi, iudicandi imperādi hnt potestatē. Itaq sacerdotes et alios rerū diuinarū Curatores, Magistratus n̄ esse pdus affirmauit: hinc igr generalius de magistratibus hnis ad vtilitatē publicā spectatibus tractat, quorū morē grā, assignat.

1mus. Magistratus ē ad quē rerū venaliū opera spectat vocaturq Agoranomus.
2. Pertinet ad ædes publicas, fines, mores, flumina, portus vocaturq Astynomus quasi lex urbis.
3. Magistratus ē similis superiori sed agrorū st curā vocaturq Agronomus. quasi lex agrorū vel Hylorus quasi Custos syluarum.
4. Magistratus spectat ad ærariū publicū: grǣcè generalis appellatur ab Arte Apodectes vel Tamias i. e. receptor et dispensator Latinè quidē Quæstor: sed Quæstor potius in bello dicitur.

Quintus.

Quintus. Magistratus pertinet ad scribas qui multis speciebus subiecti sunt, ut Hieromnimones, i.e. scribae sacri et iurati qui mittebantur ad concilium Amphictyonicum. Item Magistratus Epistatae, i.e. tabularum custodes: item Mnemones i.e. Archivarii.

Contrarotulatores.

Sextus. Sine nomine describitur quo continentur viatores sive accensi, sive lictores, Actores, Carnifices, Tortores, Daniches, carceris custodes, reorum iudicandorum executores: quem magistratum minus quidem honestum sed necessarium esse demonstravit.

Septimus. Magistratus spectat ad rem militarem graece. Polymarchor dicitur.

Octavus. Pertinet ad iudicium repetundarum et ad aliorum causarum repetitionem et probationem + cuius nomina hic varia ponuntur: Eutini, Logistae, Zenigori et Censores, ratiocinatores, Auditores, Pannoni.

+ Correctionem.

Nonus. Potestate imperandi Tribuni et cogendi populi definitur et in Oligarchia quidem appellatur Proculos: Rector populi quales Tribuni plebis apud Romanos in Democratia ad concilium vocatique: cui apud Romanos similis fuit Senatus.

AXIOMATA.

1. Civitas nec sine magistratibus esse nec habitari commode potest.
2. Magistratus ad dignitatem vitae splendoremque pertinet.

Liber 7.
Eiusdem Argumentum et Oeconomia.

Eam hoc libro describit Aristoteles Rempublicam quae suo iudicio optima constituitur: quare etiam a primis fundamentis, i.e. matrimonii, et educatione liberorum proponit spectandam

C. 1

ANALYSIS EIVSDEM.

Primo Capite dicenda proponit Author: deinde probat optimam vitam hominis et optimam constitutionem Civitatis non tam in bonis fortunae quam in virtutis affectione consistere. — Qui de optimo Reip. statu &c.

Proponit dicenda quod ingo de optima Repub. tractari vult is oportet optimam vitam Civium cognoscere qualis enim est Civium vita talis est Resp. et e contra qualis Resp. talis Civium vita. Hinc definit vitam beatam. Quam bonis animi, fortunae, corporis et instructa. Quamquam vero Corporis et fortunae reguae bona quae externa sunt in solis enim bonis animi quae sunt virtutis intima portio solidam beatitudinem ait. Neque enim quisquam ignavum appellat fortem, qui circumvolantes muscas pertimescat: neque aliquem temperantem qui amicos etiam despoliat ut diteceat. Hinc ipse contra vulgi errorem disputat virtutem ad bene vivendum plus posse quam reliqua bona externa. Rat. 1. Quia virtus comparat opes et conservat, non est contra opes virtutem aut pariunt aut conservant quem etiam errorem irridet Horatius dum ironia exclamat:

O Cives Cives quaerenda pecunia primum est
Virtus post numos.

Rat. 2. Ex Subiecto. Quia virtus sine bonis aliis possessorem suum beatum reddit, reliqua externa bona sine virtute nequaquam. Rat. 3. Ex adiunctis. Quia exsuperantia divitiarum possessionibus adest exuperata virtutum maxime. Hinc Graecus †minime Poeta.

Luxus opes sequitur, sequitur petulantia formam.

Et Horatius. l. 4. Ode. 9.

Non, possidentem multa, vocaveris
Recte beatum: rectius occupat

Nomen

Nomen beati qui Deorum muneribus sapienter uti.

Rad. 4. A Comparatis. Quanto animus praestat corpori tanto virtus bonis corporis et fortunae nobilior est. Gravissime Plautus in Amphitrione ait:

Virtus praemium est optimum, virtus omnibus
Rebus anteit, profecto libertas, salus, vita
Res, parentes, patria, et prognati tutantur servantur
Virtus omnia in se habet omnia adsunt bona quem penes est virtus.

Laus Virt.

Rad. 5. Quia Deus sola virtute beatus est. Ergo et qui virtutis fuerint participes erunt quoque beati neque enim Deus bonis fortunae et corporis indiget. Ergo. Vita Civium beata in Virtute consistit, non ut hanc solam contemplentur, sed ut vitam mores, actiones, secundum illius praecepta ratione formet ac efficiat.

AXIOMATA.

1. Nemo beatum dixerit in quo nulla fortitudinis, temperantiae, iustitiae, scintilla eluceret.
2. Artes non opibus et fortunis virtutes sed virtutibus opes et fortunas acquirunt.
3. Vita beata in iis potius inest qui moribus et sapientia mirifice ornantur, mediocribus fortunae bonis contenti, quam qui redundantes opes habent [illegible] illis animi bonis carent.
4. Animi bona quanto vera sunt tanto magis utilia sunt suis possessoribus.
5. Deus nullis fortunae commodis et externis adiumentis sed sua vi ac natura est felix ac beatus.
6. Nullus iustus vel temperatus fortuna vel casu efficitur.
7. Illa est Civitas optima in qua Cives praeclare atque honeste agunt.
8. Praeclare et honeste agere non quisquam potest nisi res honestas et praeclaras agat.

9. Nulla actio sive singularis civis, sive totius civitatis absque virtute et pru-
dentia honesta dici potest.

c. 2.

ANALYSIS EIUSDEM.

Duas hoc Cap. movet potius quaestiones. Alteram quae ex superiori Cap. pendet: V. Eadem sit beatitudo unius civis et totius civitatis nec ne? Alteram. V. pro- gandi imperii gratia iustum sit finitimis inferre bellum nec ne? uniuscuiusque

Utrum eadem beatitas. p.

Quantum ad primam Quaestionem hanc potius communi consensu confirmat, quod eadem be- atitatem uniuscuiusque civis et totius civitatis affirmarunt nec .v. cives cum civitate et civitas cum civibus contrariis motibus convellatur: cum praesertim civitas in civibus, et cives in civitate contineantur. Etenim cum civitas sit totum a suis certe parti- bus nempe civibus dissidere non potest commune igitur bonum civium redundat in civitatem et similiter civitatis in ipsos cives. Deinde omnes quaecunque sint civitates in communi bono consentiunt. Ergo idem est et bonum civium et civitatis: siquidem Oligarchia divitiis Democratia libertate, Aristocratia virtute, Tyrannis servitute sua metitur fe- licitatem. Pro resolutione quaestionis.

RESPONSIO. Bonum dupliciter accipitur vel secundum speciem et essentiam et sic est idem civium et civitatis bonum. Vel secundum existentiam atque numerum et hic circumstantiis differt, siqui- dem concretius bonum civium nimirum in singulis civibus positum actio dissipari in civitate.

Quantum ad alteram Quaestionem. Hanc in utramque partem dirimit: Erant enim populi qui am- plificare bellis imperia per quae iustum esse arbitrabantur, praesertim qui Tyrannico impe- rio quam libero et liberali magis erant assueti ut Persae, Thraces, Scythae, Celtae, Cre-

tenses.

enses, apud quos populos certa leges erat constitutum, quae Ciuibus imponebant quandam necessitatem ut inuaderent finitimos: sic Carthaginenses quot hostes occiderant gestabant annulos: porro apud Macedones qui nullum necasset hostem in fero ignominiose cingebatur capistro: Apud Scythas die quodam solenni ferro et aureo scypho quam fala circumferebatur nemini nisi qui interemisset hostem bibere licebat. Sic apud Iberos bellicosam gentem tot obelisci in mortui sepulchro cingebant quot hostes ille viuus interemisset, ut nimirum in mortuorum sepulchris velut rerum gestarum vitaeque extaret historia.

Quod attinet resolutionem Quaestionis. R. Aio Nequaquam licere propagandi imperii gratia bellum finitimis inferre, nisi sint nationes barbarae, vecordes, excordes, rapaces, ... perduelliones: quales sunt vicini nobis Scythae, et gentium omnium maximi Turcae qui enim semper nostris insident ceruicibus, meridianam saluti, insistunt omni religioni, dolos pessimos nectunt libertati: quos iure gentium et lacessere bello et subiugare aequum est et fas. Hanc in se suscipit noster Stanislaus Orichouius Roxolanus duas orationes. Warsevicius 4. Turcicas et alii nobilissimi viri fuerunt Autores ad Turcicum bellum a Christianis principibus contra Turcam excitandum et promouendum. Tamen si fuerint populi victrici gentis communis pacis et libertatis amatores, hos bello lacessere propagandi imperii gratia Nequaquam licet. Ratio 1. Eo enim fine homines innocentes opprimere nihil aliud est quam publicum latrocinium in orbe terrarum exercere. Ratio 2. Ut enim in artibus ingenuis nemo inuitum cogit ad disciplinam capessendam. Vel. Non medicus inuitum sanat aegrotum, nec philosophus inuitum docet ignorantem, nec nauclerus inuitos nauigantes trahit ad suam nauim: sic neque Principes Ciuitatis liberos homines et ingenuos inuitos suum ad imperium subiugare debent, hoc enim tantum facinus pugnat cum indole et ingenio hominum liberorum. Ratio 3. Ut enim Venatores non cap:

+artibus.

unt feras in eos uti et eis: ita neq Principes capere dñe gentes nisi quæ
sint ad vtrum servitutem. AXIOMATA.

I. Rex præstante virtute virum beatum iudicat is etiã Civitatem tanto præstantiorem iu-
dicabit quanto illa virtute fuerit præstantior.

II. Illa vita sola bene digna iudicatur quæ in actione consistit et in publicis ne-
gotiis occupatur.

3. Sapientis legislatoris est videre qua via Civitas et quivis hominum communio beatam
vitam consequatur.

4. In propinquos et finitimos animis dominari iniquum est nisi sint barbari.

C. 3.

ANALYSIS EIUSDEM.

De Civili et privata vita: V. illam præstantiorem esse deceat instituit Quæstionem.
De iis aut ∂.

Quam superiori Cap. proposuerat Quæstionem hoc Cap. exagitat prius. Civilis ergo
vita si servili more imperet est iniqua: est enim in liberos homines servile exercere iniquum
imperium] si ad Civilem est inverecunda: porro privata vita homini turbis libera est et
vacua ideoq Civili præponenda: at contra Civilis actuosa est et negotiis Reip. dedi-
ta et addicta est, privata penitus otiosa: præstantior ergo Civilis quæ agit quam privata quæ
nihil agit. Tandem concludens ait politicam longe præstantiorem esse nec esse penitus otiosam
tum aut contemplativam sed hominum actiones densissimas: quas ad primum Ens id est ad i-
psum DEUM referimus. AXIOMATA.

1. Fieri non potest ut qui nihil agit bene agat. Convertitur.

2. Maiorem laudem otiosis quam agentibus dare iniquum est cum beatitudo in actione

3.

3. durorum virorum ac operariorum vnet multarum insignium et honestarum rerum fructum assequitur.

4. Qui a recta via semel aberraverit, nunquam se postea tantum revocabit quantum a vir: tute iam recesserit.

5. Pares et similes non pari similique modo seu iure vivere, contra naturam est.

6. Agere proprie eos dicimus qui mente atque animo principes atque architecti externorum sunt operum.

C.4.

ANALYSIS EIUSDEM.

De multitudine Civium et magnitudine Civitatis seu Reip: quae constituit primo disputat. Et quoniam de his p.

Quantitas inquit Civium magna esse debet in bene ordinata Rep. sed haec enim magnitudo bene: ta vi sed potius a facultate definienda est, et illa magna Civitas dicenda, quae facili negotio sineque ullo impedimento opus suum agere possit, id est, quae beate vivat non in: colarum magnitudine sed Civium dignitate. Nam etiam servi et inquilini et pere: grini implere Civitatem possunt, illustrem eam reddere non possunt: atque talis tanquam inepta colluvies vnum ab vno rege et consilio arcani caetu Stentoria voce proditus ne non potest: licet a Deo regi gubernarique possit. Ut igitur in bello non numerosissimus exer: citus sed vis et ordo magnam comparat victoriam: sic in Civitate non vnum confluxus sed bona dispositio et potentia Civium magnam reddit Civitatem. Sic Hyppocrates magnus dicitur non varietate corporis sed artis excellentia et ingenii dignitate.

AXIOMATA.

1. Resp. magna effici non potest nisi ex copia atque abundantia rerum temperata.
2. Non ex multitudine sed ex viribus atque potentia magnitudo Civitatis aestimanda.
3. Ea Civitas cuius magnitudine temperatus erit modus, erit omnium pulcherrima.
4. Ut in animalibus, plantis, instrumentis sic in Civitatibus certus est quidam magnitudinis

ac definitus modus. C. 5:

ANALYSIS EIUSDEM.

De qualitate Ciuitatis i. ẽ de agro et de regiõe et situ disputat.

Proximo huic loco P.

Ager inq. Ciuitatis talis esse dr ut sua fertilitate facilè suos incolas alat, Qd quidem ptinet ad illius qualitatem: qd ad id forma et situ ut sit Ciuitas terrã ma: risq. particeps ut inde quã plurimas utilitates amplectatur ut sit hostibus diffi: cilis aggressu, Ciuibus facilis egressu ac deniq. eiusmodi ut oibus ptecti nâ et artis munita sit.

AXIOMATA.

1. Ager Ciuitatis sit rebus oibus instructissimus ac fertilissimus ut commodè suos incolas alere possit.

2. Oibus rebus abundare ac nullius egere id demũ ẽ reipsa ẽe contentum.

3. Amplitudo Ciuitatis tanta sit ut eius incolæ facilè possint in honesto otio liberaliter ac temperatè viuere. C 6.

ANALYSIS EIUSDEM.

Obiectionem quoad Comercia marina ponit et soluit.

Maris aũt Comunicatio P.

Obiectio ẽ eiusmodi. Vicinitas et comercio maris ex confluxu peregrinorũ cor: rupit bonos mores inducit luxũ auget auaritiã. Ergo ẽ inutilis Ciuitati. Qd Solui qa Corruptela morũ vitari possit et n̄ penitus eximis fuerit portus Ciuitati. Deinde si i Ciuitate recti sint graues et constantes et incorrupti ad mercaturam conueniat, ne quis cũ peregrinis comunione et familiaritate contrahat, etsi commoditas maris retineatur. Tandẽ si magistratus seueris legibus aduenarũ peregrinorumq. licen:

tiam

tiam coerceat. AXIOMATA.

1. Quo facilius hostium impetus coerceatur seu sustineatur necesse est Civibus terra mariq[ue] necesse est non solum capiendi auxilii sed hostis arcendi copiam suppetere.

2. Civitati non sibi soli sed finitimis quoq[ue] ope vel terrore dominium opus est terra mariq[ue] suppeditare est.

3. Colluvies hominum nautica in Civitate necessaria non est.

C. 7.

ANALYSIS EIUSDEM.

Quali indole debeant esse Cives praedicti edisseret. Illa est naturae.

Concludit philosophus Cives ad Politiam optimam esse aptissimos, qui sint natura ingeniosi et animosi quod exemplo simili Graecorum probat gerant et ingeniosi et animosi: ubi dissimilibus exteris reliquorum Europae et Asiae populorum quibus cum altera virtus adsit deest altera, qualitatem quandam inter gradiorum differentia patet adverti. Nam Thebani fortes et animosi magis quam ingeniosi et acuti fuerunt: Afri inde Boreales passim strenui et bellicosi. Australes infirmi sed ingeniosi habentur namque Boreas interne frigidus intus Corporis calorem pellit et constringit extra. Auster ob calidus internum calorem evocat et dissipat, consequenter ergo eo calor animositatem, evocatus debilitare patet. Hinc refutat Dictum Platonis

NB. qui ait Principes Civitatis generosis canibus similes esse debere qui suis Civibus sint blandi et faciles exteris autem difficiles et molesti, nequaquam inquit. Philosophus imo potius Principes nemini nisi iniuriam facienti dicit esse acerbus ut pro aequitate non affectu iudicet atq[ue] adeo dicit esse acerbius peccanti Civi quam peregrino delinquenti.

AXIOMATA.

1. Quae gentes frigidas plagas et Europam accolunt animorum quidem sunt et roburum, sed minus solertes minusq[ue] ingeniorum.

2. Quae gentes Asiam tenent intelligentia animi atq[ue] prudentia pollent sed animo sunt remisso et ignavo.

3. Graecorum genus animosum pariter est atq[ue] ingeniosum.

4. Magnanimi Principes et feroces nisi adversus eos q[ui] iniuriam faciunt Civibus.
5. Fratrum bella gravissima et quomodo summa fuerat amicitia tam summum est odium.

C. 8.

ANALYSIS EIUSDEM.

Altera pars huius libri in qua de optima materia Civitatis agit primus et Quaestionem movet atque solvit. Quemadmodum aut p.

Quaerit primus an omnia quae sunt necessaria in Civitate sint membra seu partes Civitatis et videt negative. 1. A Comparatione animalis et Civitatis. Nam Cibus, potus, somnus necessaria sunt animali non tamen sunt partes animalis: similiter in Civitate sunt instrumenta, artificia, servi, agri, pecunia, attamen non sunt partes Civitatis. 2. Quia partibus eiusdem rei debet aliquid commune quod non omnibus contingit iners sine quibus Civitas esse non possit. Omnes enim partes rei naturales habent totius formae communionem nempe animam, a qua vires motus et functiones initium petunt. Sic in Civitate servi opes, monumenta non sui gratia sed utentium tenent in Civitate et igitur necessaria non tamen partes Civitatis dici possunt. 3. Quia in fine seu in beatitudine Civitatis non communicent: quamquam finis Reip. ut diversis. Unde colligitur 6 esse genera sine quibus Civitas esse non posse. Agricolae, Opifices, Mercatores, Milites, Magistratus, Sacerdotes: quod in quadam Rep. indemod possunt, ut in Democratia: in quadam non posse ut in Oligarchia. Itaque in optima Rep. (de qua nunc agitur) agricolae, opifices, mercatores, Cives esse non possunt: quia illorum vitae gratia Civili virtuti et prudentiae non est consentanea. Tres igitur solum species Civium relinquent. Milites, Senatores, Sacerdotes. Unde et Plato 8 et 9. legum lib. idem censet et a numero Civium mercatores removet, et in legum agricolas servos facit. Apud Gallos hodie 3 status suis nominibus insigniunt. Nobilitatis, Ecclesia et. Agricolae Servi

Religionis sive Ecclesiae. AXIOMATA.

1. Civitas est communio ex civibus gratia vitae qua optime constituta.
2. Arma necessaria sunt Reip: et ad magistratus authoritatem defendendam et ad externam vim repulsandam.
3. Pecuniis et ad privatas commoditates et ad bellicas necessitates utiles.
4. Postrema sed est et prima in Rep. cura sacrarum divinarumque rerum.
5. Ultima necessaria est rerum iustarum et validarum in Rep. disceptatio.

C. 9.

ANALYSIS CAP.

De sacerdotibus ex quo hominum genere et qua aetate sint inaugurandi disserit.

His autem definitis

Omissa superiorum distinctione nimirum quod Agricolae, opifices, mercatores, Cives esse non possint, quod vel sordido operi vel arti vel lucro intenti sint et ad virtutem colendam non satis idonei videantur. Tandem de militibus, Iudicibus et Sacerdotibus disserit. Ait itaque idem esse miles et iudex et sacerdos sed diversa aetate. Nam in iuventute miles propter robur Corporis. In virili aetate Iudex propter consilii vigorem. In senectute sacerdos propter morum vitaeque gravitatem.

Quaeres. Quo igitur ordine seu ex quo genere hominum sunt Sacerdotes. R. Non neque ex Agricolis: quia nimium laboriosi, neque ex opificibus, quia sordidi, neque ex mercatoribus quia avari sed ex Civibus liberis senibus et meritis quorum vita mores virtutes sint satis probatae. Rat. Decet enim dicit ille DEUM coli a Civibus: at illi sordidi homines non sunt Cives. non igitur inaugurari possunt sacerdotes. Hinc quod sequitur inferre licet sive nefas

ẽ sutores vel agricolas atq mercatores initiari sacerdotes, certe quom nefas sau-
ponarios, tabernarios, illiberalium et sordidarum artium Architectos fieri sacerdotes.
Etenim sacerdotii ordo dignitate est venerabilis, aetas gradus et grauis, vita integritate, men-
tis, moribus, virtutibus eximia. Hinc inferre licet 2. Iuuenes arceri debere à sa-
cerdotio nondum enim ab affectuum turbinibus sunt liberi, neq satis iustitia, pietate, pru-
dentia temperantia praemuniti. Iuuentus enim cruda est et temeraria ad obsequium pietatis
in qua feruet sanguis et ebullit ad insolentiam, friget autem ad consilium et morum grauitatem.

AXIOMATA.

1. Non omnes omnia munia sed quaedam quidam ciues obire possunt.
2. In Democratiis omnia communicantur omnibus in Oligarchiis minime.
3. Quieto et libero otio opus est ad comparandam virtutem et ad ciuiles exercendas actiones.
4. Robur est florentis aetatis prudentia senectutis ornamentum.
5. Sordidi et illiberales opifices non sunt habendi Ciues.
6. Felix ac beata vita atq ciuitas cum virtute omnino coniuncta est.
7. Nec agricola nec sordidus opifex ad sacerdotium cooptandus est.
8. Belli pacisq laboribus perfunctos regere decet eandemq senibus et eme-
ritis sacerdotia sunt tribuenda.

Ciuitatis

ANALYSIS EIVSDEM.

Genera Ciuium distinguit Philosophus. Videtur autem quod.
Aegyptiorum et Cretensium et Italorum exemplo demonstrat Philosophus quam vetusta sit Ci-
uium per genera distinctio. Nam Italus sodalites in Italia, Sesostris in Aegypto Ci-
uium per genera diuisiones instituerat ut apud Platonem in Tymaeo. Sacerdotes Aegy-

ptius

prius narrat Solonem plurimorum operum monumenta apud Aegyptios à veteri me-
moria atque vetustate asservari. Hinc de natura regionis et natura Civitatis determinat
Plato quod minimum non possessione sed usu liberali communis esse debeat eaque partim sit publi-
ca ad sodalitates et sacra: partim privata ad reliquas necessitates ut commu-
nis sit usus et belli et pacis ratio. Deinde agricolarum qualitas exponitur ut nimi-
rum sint diversae gentis et conditione abiecti et barbari ut in agro publico, publici
in privato privati.

AXIOMATA.

1. Agri non propria possessione sed amabili et benigna usu communes esse debent.
2. Nemo Civium necessariis alimentis indigere debet. Ad sodalitates non fa-
cile servos et egentes Cives admitti debet.

ANALYSIS EIUSDEM.

De situ Civitatis quaerit hoc Cap. Plato: quemadmodum inquit in bene forma-
ta et constituta Rep. seu Civitate spectandum sit inquit ut habeat situm naturalem: De-
inde ut ventos ab Oriente et Aquilone: cum praeterea ut habeat Civiles et bellicas
commoditates tandem aquas salubres et copiosas, ac insuper si non sit situs natura muni-
tus urbis et ab arce habeat propugnaculum. Etenim minus muniti sunt Civitates mul-
tis sunt periculis eaque subiectae et similes domui parietes non habenti. Itaque pro-
pter hostis multas oppugnationes sic Cives varias propugnationes habere debent.

AXIOMATA.

1. Urbes ad Orientis et Aquilonis ventos conversae reliquis sunt salubriores.
2. Quibus rebus ad usum Corporis multum utimur illa plurimum conferunt ad
sanitatem ut sunt aquarum ventorumque vis ac natura.

3. Aedis privatam forma sit concinnior et gratior: sed publicam ad bellicas utilitates aptior.

C. 12.

ANALYSIS EIUSDEM.

De Templis aedibusq sacris extruendis deinde de Gymnasiis: tandem de Conviviis publicis hoc Cap: agit Plus. Sacris ?.

DEOrum immortalium quatenus ad imum concludit Plus templa et magnifice extruenda in loco editiori et maxime conspicuo asyllo praeterea et vicinis aedibus civitatis: quod eorum locus nullo artificum sordidorum strepitu profanari debet. Quale (inquit) templum Augustum in Italia celebratur seu Thessalia: quod incolae libenter vocant id est ab omnibus sordibus emptionum venditionumque prorsus alienum atque purum. Adque id solum nec opifices, nec agricolae nec huius ordinis sordidi accedunt praeter nisi a magistratibus accersiti. Ratio. Nam si palatia Principum splendida et augusta esse debent multo augustiora splendidioraque decet erigi templa quam DEO consecranda quod cum et augustior loci maiestas maiorem etiam omnibus devotionem incutit. 2. Concludit Gymnasia Musarumque Domicilia vicina esse debere huic magnifico templo ut nimirum ingenia literis dedita quiete et tranquillitate: qua sacer locus gaudet fruantur. 3. Concludit ut publica convivia statis solennibusque diebus magnifice celebrentur: sed eo ordine ut sacerdotes in magnificis aedificiis prope sacras aedes construendis: nobiles in palatiis prope aulam regiam, milites in propugnaculis ad moenia civitatis: Iudices et magistratus in Gymnasiis prope templum libertatis: Mercatores in tricliniis prope commune forum: ceterique cives in tectis illustrioribus eo destinatis et splendide ornatis epulentur. Ratio.

Nullus enim ita capax locus e q tanta hnum multitudine comprehendat: deinde tali separatione Ciuium opus e ut credo q e aia rem̄ seruetur: ut ut unus q p Ciuitas q rē rei status honoretur.

AXIOMATA.

1. Templis Aedibusq p sacris aptus et decorus locus eligendus e.
2. Sit locus hic huiusmodi q talē speciē splendoreq. preferat ut n solū diuinæ virtuti et consecratū domiciliū sed ad urbis vicinas petes tuendū propugnaculū ee uideat.
3. Locus templi illius gratissimus cuic e futurus si fuerit in eo pueritiæ iuuenū gymnasia instituta.
4. Adolescentiū ludis magistratus, Magistratui ædilis senes grauissimi destinæ.
5. Magistratuū ante oculos versandū ferē ingenuū iuuenibus pudorē gignit.
6. Sacerdotū decet contubernijs attributa ee tricliniа sacris ædibus coniuncta.
7. Forū rerū venaliū Constituendū e à sacro foro diuersum.
8. Forū sacrū quieti et otio, forū Ciuile necessarijs rebus et negocijs dedicamus.
9. Aula sodalitijs Ciuiū in foro locoq celebri quo facile oēs conueniat ædificanda st.
10. Sacra in agro dnē ee diuisa: alia Dijs alia Heroibus.

C.13.

ANALYSIS EIUSDEM.

Comparationē inter media siue honestas actiones et finē optimæ Ciuitatis q e beatitudo instituit. Duo st in quibus beatitudo consistit p.

Beatitudo ingj Ciuitatis et rectas ad finē actiones desideret. Ut enim in ipsa natā et

singulis artibus certus ē finis certaq media sic et in politicā vivendi rōne cer:
tus finis certaq via dei proponi. Sic in arte medica sine talibus artibus pharmacis
sanitas in Corpus ægri n introducitur: quamquam aliquando accidit ut vel finis à mediis, vel
media à fine discrepent: si et in alterutro eorū peccetur: tamen illud certū ē optimū
finē n nisi optimis mediis parari: ut igitur imperitus medicus nec finē morbi nec in cura:
do media considerat, sic quidā hīes nec ipsā beatitudinē nec viā quæ tendit ad ipsā bea-
titudinē norunt. Cuius farinæ sunt illi q in bonis fortunæ collocāt beatitudinem iā
ad bona fortunæ vel bona Corporis quæquam ad vitā Civilē st necessaria n tn sunt
se bona st em potius instrumenta ad comparādā fœlicitatē. Ut Cythara ē in:
strumentū ad harmoniā ipse tn Cytharædus ē caā harmoniæ q sua arte artificio:
sè pulsat cytharā ita ut cessante cytharædo Cythara resonare n possit nec sonos
varios ac illa reddere modulata.
Finis igitur Cuiusq hīs et totius Civitatis ē Beatitudo. Actiones tn ad bea-
titudinē st q se et absolutè honestā quippe quæ in bonis perficiendis occupant
. Ut in pecuniis liberalitas: in honoribus magnanimitas, in voluptatibus honestis
temperā, in præmiis assignādis iustitia in hīs orbus bonis prudentia quæ quidē virtutū
actiones beatitudinē efficiunt. Dandū igitur tē operā diligentē rectoribus Civitatū
ut Cives ad virtutis studiū exemplo, lege, disciplina, quæ maxē Civiū animos accendat
Tū em verè fœlix et beata futura ē Civitas cū oēs et singuli Cives ex rōne virtutis
et honestatis præceptū vitē vixerint.

AXIOMATA.

1. Beatitudo in recto fine et actionibus honestis quæ ad illū finē spectant cōsistit.
2. Oēs bene beateq vivendi desiderio tenent.
3. Beata vita adiumenta quidā desiderat in bene q dē affectis moderata et leniora
in debilibus maiora et firmiora.

4. Virtutis actiones quæ in bonorum magnificentiâ et facultatum abundantiâ versantur sunt et pulcherrimæ et honestissimæ.

5. Vir bonus et fortis egestatem, morbos, fortunæ miserias æquo constanti fortique perfert.

6. Ille vir bonus est cui ad eum perfecta bona virtutis gratiâ bona sunt.

7. Civitatem beatam facere non est fortunæ et temeritatis opus sed prudentiæ et voluntatis.

8. Civitas proba est et honesta cuius Cives Reip: participes probi sunt et honesti.

9. Tribus modis probi viri efficiuntur, natura consuetudine et doctrina.

10. Solus ex animantibus homo ratione prudentiâ est qua regitur.

11. Partim moribus et consuetudine partim audiendo et cognoscendo homines instituuntur ut evadant meliores.

C. 14.

ANALYSIS EIUSDEM.

Tres Quæstiones in hoc Cap. proponit et solvit de Imperio probus.

Quoniam igitur Civilis societas &c.

I. Quæstio. An in optima Civitate eadem sit ratio virtutis in Principe bono. Respondet quodam modo eandem esse nam consuetudinis rationis considerationes quodammodo differre et enim Cives sunt idem specie quodammodo parent modo imperant, in bello in foro, in templo qualitate tamen sunt diversi nam illi qui imperant præstantiore virtute, vigilantioreque prudentiâ præditi esse debent quam dignitatibus quam muneribus distincta est deinde Principis et privati hominis disciplina.

Quoad alteram Quæstionem. De perpetuitate Magistratuum v. si quidem ceteris præstantiores inveniantur an perpetuo debeant imperare. Respondet Aristoteles negando tales posse reperiri et ideo vicissitudinem in magistratibus l. 3 probatam nunc quoque vehementer approbat. Cum prorsus tanta perfectio non nisi in heroes cadat quæ raro inveniuntur omnibus

posse imperare. Quod enim Scyllax Cariadensis de Indorum Regibus scripsit reliquis perfectissimum nimirum herum inventu esse difficillimum: quia ille inter mortales equitaret quandam divinitatem.

3. Quaero. An Iuvenibus sit imperium concedendum. Resp. In libera enim Repub. omnibus ad honores esse aditus patere: hoc enim est nota libertatis verae. Quia vero non sunt iuvenes satis aptos ad regendos magistratus praesertim amplissimos in Rep. ac ideo senili subiiciendos esse gravitati ut prius parere postea imperare sciant. Hinc Cic. 1. Offic: Est adolescentis maiores natu vereri ex iisque deligere optimos et probatissimos, quorum consilio et auctoritate nitatur. Ineuntis enim aetatis inscitia senum constituenda et regenda est prudentia. Unde reprehendit Plato Lacedaemonios quod magis ad Martem quam ad honestam educationem Iuvenes formabant cum in re militari vel bello vera censitura sit felicitas Civitatis, sed in cognitione et servanda virtute: magis enim plerumque dissipat Mars quam constituit imperia.

AXIOMATA.

1. Conveniens est Heroibus, Imperatoribus quod si adsint parere.
2. Aequalitas paribus et similibus tribuitur imperandi.
3. Iuvenes qui parent huius honoris fructum ab aliis recepturi sunt.
4. Qui bene paruerit bene ut imperet est necesse.
5. Omnis vita civilis duabus distincta dividitur laboris et otii belli et pacis.
6. Bellum pacis, labor otii, commoditas et utilitas honestatis gratia est expetenda.
7. Nobilius est imperium in liberos quam in servos.
8. Ut ferrum rubiginem contrahit nisi atteratur et sic in otio: sic nisi fortes languent nisi exercitio meditabant.

ANALYSIS EIUSDEM.

Quae virtutes in bello quae in pace optimae Reip: civibus conveniant et qualis esse debeat institutio puerorum hoc Cap. docet philosophus. At quoniam finis idem est.

Siquidem inquit vita civilis divisa est in otium et negotium in pace vel bello, diligenter legislatori providendum est ut monstret suis civibus pacis virtutes. Belli vero philosophus assignat duas virtutes proprias. Fortitudinem et patientiam, sive constantiam in rebus agendis, nisi enim se fortiores et audacter hostibus obiecerint veri cives ab hostibus opprimentur et turpissimam servient servitutem. Vero pacis virtutes unica est nimirum sapientia cui hac una continentur [illegible] et mysteria eruditionis continentur. Ita in eam pacis quam belli virtutes communes sunt temperantia et iustitia. Nam otium quod in praesentibus rebus pacis modestiam temperantiam est atque coercendum iustitiam et operam. Turpe enim est civibus ingenuis bonis in tranquillitate moderate uti non posse: turpius quod luxum improba mancipia imitari.

Dices. At philosophus unam virtutem pacis duntaxat sapientiam assignavit. Num quid igitur esse poterunt omnes cives sapientes atque philosophi. R. Non solum ingenio ac doctrina sed etiam moribus et vita fieri philosophum. Nam iuste prudenterque vivere leges communes civitatis non infringere est quod sapienter philosophari: quod quidem philosophia in vita et moribus, quae difficillima est ideo rarissima facilius est enim rationibus quam vita philosophari. Hinc Iuvenalis in eiusmodi homines excandescit dum exclamat: Satyra 2.

Ultra Sauromatas fugere hinc libet et glacialem
Oceanum quoties aliquid de moribus audent
Qui Curios simulant et Bacchanalia vivunt.

Dices 2. At etiam milites contra temperantiam et iustitiam multa patrarunt facinora. Ergo hae virtutes in bello militibus conveniunt. R. Non sic cum [illegible]

de facto sed de iure disceptamus. Nota e Alexdri Mag. et Scipionis Iuvenes, au-
stria Temperantia pudor, aliorumq Bellatorum.

Quantu attinet institutione puerorum: incipit ostis ut prior sit institutio corporis et
appetitus qua mentis et rationis: ni primi quoad physicam vitam vita quam eam ipse natura ordo
exhoscit. Prior enim materia corporis paratur deinde organizatio corpori anima vitalis infun-
ditur: postea ga virtutes animi sequuntur temperaam corporis. Deinde ga affectus passio-
nesq ut Ira dolor, cupiditas stulti in sere in pueris exeunt in lucem. Unde tem-
pestive danda opera ne his mens vel ratio obruatur.

Dubes. Utiq mens e nobilior corpore: cur illius igr n prior ratio habenda quoad in-
stitut. R. Mentis et ratis haberi priorem curam sedm intentionem finis, n ro sedm inten-
tionem nat. et ordinis.

AXIOMATA.

1. Conferunt ad otiu oblectamentu vita stoluntates pacis et otii sed laborum et negotii.
2. Temperantia, Tolerantia, Fortitudinis comitatu opera dat es Civitas temperata.
3. Fortitudine et patientia in suscipiendis et gerendis negotiis opus est.
4. Tempore pacis experimentum rerum fruentur otiu et indolentiam pacis: atq hic ma-
gna iustitia et temperantia opus est.
5. Ad rationis et mentis perfectionem n solum hius artus sed etiam morum institutio
confirmatioq refertur.

C. 16.

ANALYSIS EIUSDEM.

Quo opere contrahendum sit matrimonium et de iis quae consequuntur illud docet.

Conclusiones autem sunt.

Ad conservandum et confirmandum ingenium optimi Civis naturam. Vir liberorum suscipien-
dorum gratia matrimonium contrahat 37 aetatis anno: porro mulier 18. Sed ac vir de-

sinat 70 anno. mulier 50. Sin secus factum fuerit, iuvenesque parentes nuptias inierint. Inprimis discordia inter sponsos orietur: deinde foetus imbecilles evadunt eandem matres iuvenculae gravius in partu laborabunt et saepius extinguentur. Quod si evadat superstites eiusmodi mulieres erunt libidinosae viri autem debiliores: addiderim ergo quod si libet nubere, hyeme id potius quam aestate et verno potius quam Autumnali tempore et spirante Borea quam Austro contrahenda sunt nuptiae. Quare verum moderatum probatur. Nam intemperatum vires enervat, honor consumit spiritus, ingenium confundit, tabem morbosque generat, ac insuper saepe immaturam mortem accersit. Gravidae quoque mulieres victus usum teneant moderatum, minime sint ignavae desidesque per violento motu corporis utantur sed duntaxat mediocri ne subsequantur abortus. Porro in maris et mutilatis foetibus expositionem barbaram et crudelem fuisse suis exemplis commemorat ptus. Denique adulterium scelesratum haberi et severis legibus puniri pai pit ptur.

AXIOMATA.

1. Ratio adhibenda est in successione sobolis et procreatione.
2. Iuvenculos patres liberi pudore et reverentia velut aequales suos observant.
3. Iuvenum matrimonium ineptissimum est ad sobolem procreandam.
4. Ad Continentiam temperantiamque poterit si adultos et maturos mulieres maritis copulemus.
5. Gravidae mulieres nec otio torpescere nec alimento uti noxio debent.
6. Foetus sensu utroque praeditus tantum et immolatus ed de.
7. Senum et iuvenum proles et corporibus et animis infirma est et imperfecta.
8. Aetate confecti senes plane debilem atque confectam prolem procreant: quia ad summum vigorem mentis et intelligentiae mentis pervenerunt.
9. Adulterium in rebus turpissimis esse habeatur et poenis peracto dignis afficiatur coerceaturque est necesse.

C.17.

ANALYSIS EIUSDEM.

Quomodo infantes puerique fovendi et enutriendi sint hoc Cap. docet Plut.

Susceptis autem liberis. 1.

Tradit Plut. praecepta 7. de prima educatione primorum annorum. 1. Ut infantes lactent lacte materno potius quam nutricis: hoc enim alimentum natura ipsa in utero matris infanti praedidit, lacte enim infans in utero matris nutritur per umbilicum: cum quod lac habeat maximam similitudinem cum sanguine, quod enim lac quam hic actus sanguis: ut proinde ad concoctionem facillimum sit abest suspicio morbi. Periculosum enim est lac nutricis quia non eiusdem sit ad complexionem cum matre, ut quod mores etiam mali ab uberibus nutricum cum lacte hauriantur. Porro Plato quoque monitio l. 7. de legibus praecipit: Ut matres suo lacte alant pueros ne sint deteriores tygridibus atque leonis quae suos catulos fovent ab uberibus: ubi etiam prohibetur ne puer. Ne puer vinum attingat ad 18 aetatis suae annum.

2. Praeceptum. Infantes levi motu agitentur et exerceantur cunisque adminiculis firmentur ne membra distorqueantur, neve morbos concipiant vel retineant calorem humores qui sint causa paralysis vel epilepsiae.

3. Praeceptum. Ut infantes patientia frigoris agitentur, alterantiaque educentur id enim est et ad valetudinem et ad bellicas actiones utilissimum quod quidem consuetudo ita invaluit apud Celtas ut recens natos infantes in fluviis demergere ferventer ni delicarint.

4. Ut ne ante 5. annum infantes illis gravibus disciplinarum aliarumve rerum laboribus onerentur: sed temperatis duntaxat ludis exerceantur iucundisque sermonibus et fabellis ad futura seriarum disciplinarum studia praeparentur.

5. Plorare aliquando infantes et eiulare ac vociferari permittendum sic enim vox firmabitur et spiritus vitales depressi excitabuntur.

6. Preceptum. Ad mores ptinet ut pueri cũ servis nullũ habeat comerciũ nullãq contrahant familiaritatem, Ingenui eñ ingenuè et liberaliter sũt erudiendi nec ad servile consortium admittendi.
7. Pueri ab õi verborũ obscœnitate procul penitusq arceant, à spectaculis lascivorumq gesticulationibus ꝓhibeant: qd exẽplo Theodori Tragœdi declarat, q quarũ [illegible] tãto studio procul ablegari. ꝟt addit deinde præter hæc ea quæ ad exercitationẽ seu rationem artiũ percipiendarũ temperantiaq ptinet.

AXIOMATA.

1. Lactis usus corporibus alendis familiarissimus ẽ ni morbus affuerit.
2. Motiones corpusculis conveniunt ne teneritudine deformentur.
3. Conducit infantulos ad frigoris patientiã assuefacere, quod qdẽ consuetudo et ad valetudinẽ ẽ aptissima et ad bellicas actiones.
4. Puerorũ contentiones et ejulatus auctũ afferunt incrementũ.
5. Pueri cũ servis qm minimũ versentur.
6. A rebus sordidis et servilibus n̄ solũ aspectu sed etiã auditu teneriores ætas avertenda ẽ.
7. Turpiter et obscœnè loquendi turpiter quoq et obscœnè faciendi licentia proxima est.
8. Adolescentulos Comœdiarũ spectatores fieri lex ꝓhibet.


FINIS LIB: SEPTIMI.

Octavus liber n̄ ẽ datus qui urgentes et rumãe Professionis curae.
Hi Politicorum Aristotelis libri traditi sũt ab Excell. D. M.

Joanne Cinevski Radomonio, Coll: Maiore. Regio tunc
Professore. Cracov: in Atheneo Sarmatico. Anno. 1640.
Comut: Hyemali et Aestiua.
Cedant haec ad laudem Dei Omnipotentis et Virginis Beatissimae Studio-
rum Praesidis et Patronae: cum D. Joannis Cantii
Patrii Academiae: et omnium beatissimo-
rum Indigetum honorem.

·+·+·+·
·+·+·
·+·

Physicae Compendium Jacobi Carpentarii
Scriptum et auditum sub Excellmo D. Ja:
cobo Suski.
Comutatione Hyemali. 19. Octobris.
Ano Dni 1639.



Architectus qui domū aliquā extruere intendit: primo fundamenta iacere solet quæ inservirent futuro ædificio postea ipsū aggreditur: idq ob eā causā facit ut integrū ædificium facilius conficiat atq commodius perficiat: sic et nos Physicā Iacobi Carpentarii viri celeberrimi et doctissimi (qui eā accuratā et dilucidā brevīq methodo ex Arist: lib: Physicis longè lateq diffusis collegit) explicaturi: primo quædā Prolegomena tanquā fundamenta præmittemus: postea id quod sequetur DEO adiuvante explanabimus: Sunt autē hæc præ:cipua prolegomena quæ hic iacientur à nobis: Definitio Physicæ, Divisio, Utilitas, Subiectū et totius Operis partitio.

Quid est Physica?

Est corporum naturaliū scientia.

In hac Definitione ista particula Corporū naturalium ponuntur loco differ.

Hæc vō dictio Scientia ponitur loco generis.

Lectio primo

NOTA PRIMO. Physica dupliciter sumitur. Primo Vniversaliter pro ea scientia Theorica et sine complectitur in se tres species Philos. nimirum Metaphisica, Mathematica et Physica. 2. Sumitur specialiter pro scientia rerum naturalium quæ considerat ea, quæ habent esse in materia et per materiam definiuntur de hac nobis est dicendum.

NOTA 2. Naturale 3plr accipitur. Primo. Quod alicui inest à sua creatione Vg. Aliquid addiscere homini inest à sua creatione teste Arist: initio Metaphysices. Oes homines naturaliter scire desiderant. 2. Dicitur naturale quod est secundum cursum naturæ v.g. Naturale est ut simile producat sibi simile. 3. Dicitur naturale quod scientia naturalis tanquam obiectum considerat: secundum hanc acceptionem in proposito sumimus.

Obiectio. Obiiciet aliquis. Physica non esse sciam sic. Nullius rei singularis est scientia. Sed res naturales sunt singulares. Ergo. Earum nulla est scia. Maior est certa quia singularium nulla est scia. Minor Quæ res sensu percipiuntur sunt singulares: Sensus enim est singularium. Sed res naturales sensu percipiuntur Ergo. Res naturales sunt singulares.

Respondetur ad hanc obiectionem per distinctionem minoris Prop: Physica non considerat res naturales quatenus sunt singulares, sed considerat quatenus sub Vniversali ratione menti obiiciuntur. Physicus enim à singularibus mente abstrahit Vniversalia Theoremata et necessaria et revocat ad rationem scientiæ.

Quæ est Divisio Physicæ?

Arist: in principio Meteorologici operis partes enumerat hoc ordine. Prima est de primis principiis et Causis naturæ, atque de omni motu naturali.

2 De Cœlo. 3.

2. De Cœlo. 3. De mutua transmutatione Elementorum seu de Generat: et Corruptione. 4. De Meteoris. 5. De Anima et ejus partibus. 6 De plantis. 7. De Mineralibus. Distinctio ista Physicæ in has partes sufficiens inde patet. Corpus enim naturale consideratur, vel in communi: vel in Specie: In communi quidem per principia Causas et Accidentia Corporis naturalis: Et de eo in octo lib: Physic: agitur. In Specie autem consideratur Corpus naturale vel ut est simplex: vel Compositum. Simplex continet sub se 4 elementa et Cœlum et de his agitur in libris de Cœlo: Et lib: de Generat: et Corruptione. Compositum vero est duplex: Aliud Imperfectum quod quoduis meteorum complectitur de quo in lib: Meteorologicis. Aliud Perfectum hocque vel animatum. Vel inanimatum.
Inanimatum corpus continet metalla de quibus in lib: Mineralium.
Animatum vero aliud Vegetabile, Aliud Sensibile, Aliud Rationale, de his in lib: de Anima et ejus partibus tractatur. Harum omnium partium Physices absoluta et longissima traditur doctrina ab Arist: et aliis interpretibus ejus. A nostro autem Autore breuis et compendiosa.

Quæ est Utilitas Physicæ?

Magna certe est utilitas Physicæ. Primo enim confert nimirum ad cognitionem Causarum quibus natura continentur arcana. Horum eo pulchrior est cognitio quo ignorantia turpior. 2. Valis est mirifice ad Theologiam grauissima pulcherrimaque explicanda quædam mysteria tum in illis explicandis SS. patres utuntur exemplis ex Philosophia naturali desumptis.
3. Ad Metaphysicam inseruit enim via ad contemplationem et intelligentiam intelligentiarum.

4. Conducit medicinæ plurimũ ob doctrinã elementorũ, facultatũ nãaliũ ac humani Corporis quod sine Cãs Physicis nequaquã curari pt iuxta illud comune dictũ: Ubi cessat Physicus ibi incipit medicus.

5. Iurisprudentiæ quæ licet iuxta ndam leges fundatas, firmatasq vnlles nãalibus prequirit.

6. Comoda est ad Astronomiã ob scientiã luminis, coloris et corũ quæ ad aspectus pertinet.

7. Emolumento ẽ Musicæ ob intelligentiã vocis, soni et corũ quæ ad perfectã audiens facultatẽ spectãt.

Quod est Subiectũ Physicæ?

De hoc cu inter Aut: interpretes controversia esse videatur: itaq primo loco opiniones nudas Philosophorũ adferemus: Deinde etiam cu vnlles ducibus quã amplectemur.

Primo occurrit D. Thomas qui asserit subiectũ Physicæ ẽẽ Ens mobile.

2. opinio ẽ Scotistarũ qui Physices subiectũ substantiã nãalem ẽẽ affirmant.

3. Sententia ẽ Magni Alberti, Ægidii, Avicennæ, et aliorũ recentiorũ qui asserunt subiectũ Physicæ ee Corpus nãale seu mobile, hanc nos sequimur. Probatur tali prima ratione. Illud ẽ subiectũ alicuius scĩæ cuius principia, passiones et Species[+] in Physica considerãtur. Sed Corporis nãalis principia passiones et Species in Physicã considerantur. Ergo est Subiectũ Physices. Minor clara In tota ẽm Physica aut principia Corporis nãalis tractantur. V.g. Materia, forma et privatio. Aut passiones V.g. Motus, locus, tempus. Aut Species

[+] in illa scientia considerantur

pus. Aut species, v.g. Cælū elementa, mixta animata.
Probatur 2da pars. Omēs conditiones Subiecti competunt corpori nāali. Ergo ē Subiectū Physices. Consequentia clara. Antecedens probatur. Conditiones Subiecti scientiæ hæ sunt. Prima Subiectū debet esse præcognitū. 2. debet omnibus quæ in scientia considerantur Substerni ē idē, basis et fundamentū eorū quæ tractantur in scientia. 3 debet habere principia et accidentia demonstranda. 4. Debet toti scientiæ ēē adæquatū ita ut neq eā excedat neq ab eā excedatur his oīo 4 conditionibus corpus nāale respondet primæ quidem quia præcognoscitur ut quod est, ut quid nomen significet. 2da quia nulli magis corpus nāale ipsū autē cæteris reliquis ē fundamentum. 3tia quia hbt principia et accidēa quæ de ipso demonstrantur. 4ta quia toti Physicæ ē adæquatū Subiectū. Nulla eñ est huius scientiæ pars in qua ñ agatur de principio aut accidente aliquo corporis nāalis qua tale ē et nulla ē alia scientia in quâ de his tractatur. Vñ infero Consequentiā ex sufficienti enumeratione conditionū Subiecti. Ergo Omēs conditiones Subiecti competunt corpori nāali.

PARTITIO OPERIS

Hoc totū Opus Physices Carpentarii absoluitur 4 libris. Quorū in primo de primis et communibus principiis rerū nāalium earūq affectionibus agitur hicq liber respondet 8 libris Physicorū Arist: In 2 de Cælo et 4 elementis respondetq libris de Cælo et mundo et libris de Generat: et Corrupt: tractatur. In tertio de mixtis imperfectis, i ē, meteoris et respondet libris

Meteoron, doctrina proponitur. In quarto et animae et rerum animatarum natura et affectiones variae explicantur, respondetque hic liber lib: Arist: de Anima.

LIBER PRIMUS.

LIBER I.

Continet Capita 12. In primo ostenditur a quo sit incipiendum. In 2do. 3tio 4to rerum naturalium principia explicantur. In 5to et 6to de Causis, reliquis vero sex Capitibus de proprietatibus Corporis naturalis nimirum motu, loco tempore agitur.

Caput primum

CAPUT I

Caput hoc continet duas partes. Altera docet Physicam debere exordiri a cognitione principiorum. 2da docet a principiis magis universalibus ad minus principalia debere procedi.

Pars prima

PARS PRIMA

Capitis. Cuius talis sit est Conclusio in scientia naturali incipiendum est a cognitione principiorum. Probatur. Res naturales sciuntur et intelliguntur per principia, Causas, et elementa sua. Tunc enim scimus cum principia et causas cognoscimus. Ergo debemus incipere a cognitione principiorum, Causarum, et elementorum, rerum naturalium, aliter, non haberemus scientiam de rebus naturalibus.

Pars 2da

PARS 2DA.

Magis Vnralia et vrīa et supe: riora quā minus Vnsalia.

Capitis huius titulus ē Conclusio Ab Vniuersalibus ad minus Vniuersalia progrediendū ē in explicatione Physicā. Antequā probetur haec Conclusio, supponit Autor aliqua notiora esse dupliciter nimirū quoad nos et quoad naturā, notiora quoad nos sunt entia sensibilia confusa, composibilia, á quibus nostra cognitio ortū hbt vt totū quodcunq ē notius, quoad nos ñ conside: ratis suis partibus et effecta notiora sunt nobis. Notiora quoad naturā dicun: tur quae á sensibus nris sunt remota V.g. In hac materia et forma sunt partes definitionis eius: non eadē nobis hr notiora ad ea quae sunt notiora naturae, hoc ē, á magis Vniuersalibus ad minus Vniuersalia ē procedendū. Consequentia constat (ex textū tertiū lib: 1mi Physi: Arist: dicentis á notioribus nobis procedendū ē ad notiora naturae Antecedens ex suppositione patet. Ad maiorē euidentiā circa hoc caput proponuntur aliquot quaesita. Primum

Quaesitū 1.

Vtrū principia, Caā et elementa distinguantur. Rx differre quidē inter, quia signē principiū ē ex quo aliquid fit aut cognoscitur. Caā vō ē quod confert esse rei sustendo et recipiendo vt materia: Vel informando et actuando vt forma: Vel efficiendo vt agens. Vel finē intendendo vt finis. Elementū vō ē ex quo componitur aliquid tanquā ex primâ pte ñ diuisibili in sec di: uersam speciem. Hinc etiā fit dici oēm Caām esse principiū, sed ñ contra. Similr. Causā latius patere quā Elementū, qa oē Elementū ē intrinsecū rei

Arist. lib: 5 Me: taphisicae

cuius ē. Caā vō ñ solū ē intrinseca vt materialis et formalis Causa, sed etiā extrinseca vt Efficiens et Finis. Autor vō hoc loci pro eodē vsurpat

ut ex textu Arist: colligo. Hic enim lib: imo Physic: dum 3 principia re:
rum naturalium enumerat. Materiam, Formam et Privationem merito nomine Elementi
vocat ea, inquiens, Elementa esse 3: Interdum quoque nomine Causae appellat
ut illud: fatetur se docuisse Causas ex quibus res factae quod natura constant.

Quaesitum 2. 2dum quaeritur. Vtrum Tautologia in Vocibus supra recensitis committatur
ab Autore.

R. Vsurpavisse eum has voces 3 ad 3 relationes notandas quibus principia
referuntur ad effecta, quatenus primo considerantur ut ex eis tanquam initiis prin:
cipiis res fiunt. 2do. Ut ex eis tanquam ex elementis intrinsece con:
stant. 3tio. Ut per ea tanquam per Causam res fiunt et cognoscuntur: Ergo
cum appellat Autor principia notat relationem ad generat: cum vocat elementa no:
tat relationem ad se genitum: Cum dicit Causas notat relationem ad res intrin:
sece et extrinsece productas et cognitas.

Quaesitum 3. Quaeritur 3. Cur Autor a principiis et Causis non ab Effectis exordiendum
esse censeat, cum in rebus Physicis notiora sint Effecta Causis, indeque Inventores
ab Effectis ad Causas sint progressi quia homines admiratione in contemplationem Cau:
sarum venerunt, quibus incentiis nobis scientiam reliquerunt.

R. Duplicem esse viam considerandi Physicam scil. Alteram Inventionis, Alte:
ram Auscultationis: Illam tenuisse Inventores Physicae hanc isti qui partam ab
aliis traditam edixerunt. Si ergo prima via acquirenda sit Physica profecto
initium sumendum esset ab effectis, quia se sub oculos sensibus ingerunt, et notiora sunt
nobis quam ipsorum Causae. Si secunda via Physica sit percipienda a principiis
Causis est incipiendum, quia qui alios perfecte volunt instruere, ea prius illis

debent explicare

debent explicare, à quibus cætera pendent, qualia sunt principia et Causæ.

CAPUT II.

Caput 2dum.

Hoc Caput 2 libri partes. In prima principia definiuntur. In 2da non Unum principium, neq duo esse posse, sed omnia bene colligi ostenditur.

PRIMA PARS CAPITIS.

Definitiones Principiorum.

Principia sunt, quæ neq ex se mutuo neq ab aliis oriuntur, sed ex iis omnia fiunt. Huius definitionis tres sunt particulæ quæ singulæ examinantur. Quarum prima est ut principia non sint ex se mutuo. Probatur Principia sunt contraria. Ergo ex se mutuo esse non possunt. Consequentia quia contrariorum est natura ut unum alterum destruat. Antecedens patet in forma et privatione quæ sunt contraria. 2. Ut principia ab aliis principiis non oriantur. Probatur. Si principia ex aliis orirentur. Ergo non appellarentur prima principia sed principiata. Consequens: quia id fit ex aliis est principiatum: et daretur aliquid primo prius quod est absurdum. 3. Ut ex principiis omnia fiant. Probatur: Principiata ex seipsis non possunt esse. Ergo ex aliis. Sed neque ex principiatis aliis possunt esse. Ergo ex ipsis omnia fiunt.

NOTA PRIMO. Principia esse contraria iuxta antiquorum Philosophorum autoritatem, qui omnes ferme contraria posuerunt.

NOTA 2. De numero principiorum varias antiquorum fuisse opiniones. Alii statuebant unum principium alii multa, qui unum vel mobile

ut ignem Heraclitus

ut ignem Heraclitus, aerem Diogenes, aquā Thales Milesius, medium inter aerē et ignem Leucippus. Vel mobile et quidē decrevū infinitum qui id ponebāt simulor et hōo vel simdon. Vel infinita, qui ponebāt finitā vel duo ut Plato magnū et parvū. Vel tria ut Arist. materiā formā et privationē. Vel 4 elementa ut Empedocles quibus iungebāt litē et amicitiā. Qui id ponebāt infinita. Primus fuit Democritus hic atomos ponebat ēē principia rerū n̄alium, Anaxagoras vero Chaos ex atomis factū. Horū omn sententiā referuntur ab Arist. lib: 1mo Physic:

SECUNDA PARS CAPITIS.

Cuius hec ē Conclusio. Primum Rerū n̄alium unū ēē ñ p̄t nec duo sed tria. Prima p̄s Conclusionis nō p̄t. Principia n̄alia st contraria: sed unū ñ p̄t sibi contrariū primū ñ ēē p̄t principiū. Maior patet ex superiori notatione. Primus ēm à quo ēē primus ad quē repugnat. Minor etiā clarā ex eo quia unū idemq ñ p̄t opponi nisi adversū aliud sibi opponatur. Probatur 2da p̄s Conclus: Unū contrariū ñ perficit aliud contrariū immo destruit. Ergo si essēt duo tantū principia n̄alia contraria nulla ēēt n̄alis productio sed destructio.

Probatur Ultima pars Conclusionis. Ex eo quod principiū unum non possit esse unū neq duo ut ē probatū oportet ut sint tria principia nimirū materia forma et privatio. Forma et Privatio duo sunt principia contraria et mutationē subeunt in subiecto videlicet materia. Ergo principia rerū naturalium.

NOTA PRIMO. Principia rerum naalium ẽẽ duplicis ordinis, quedã st in fieri et quedã in facto esse. In fien dicr illa ex quibus primo gignunt talia st numero 3 Materia, forma et priuatio. In facto esse dicūr illa ex quibus primo genita st talia 2 st Materia et forma.
NOTA 2. Principia alia ẽẽ remota vt ē prima Cā et nāa quæ ē principiū motus et quietis. Alia proxima et intrinseca et hæc Materia forma et priuatio. De quibus in proposito.

CAPUT III.

Caput 3.

Tres st partes Capitis huius. In prima ternariũ numerũ Principiorum iuxta ordinẽ et naam generationis apponit. In 2da conuenientiã et differentiã illorũ inter se ponit. In tertia eorundẽ diuisionẽ annectit.

PRIMA PARS CAPITIS.

Prima pars Capitis.

Cuius est talis Conclusio. Tria st principia rerũ naalium in fieri Materia nemirũ Forma et Priuatio. Docet Arist: lib: 1mo Physic: cap: 7 textu 67 quem sequitur Autor.
Probatur quia tali ad generationem rei naalis sufficiunt prædicta principia Ergo tantũ st 3. Antecedens in generatione enim requiritur subiectũ in quo fiat transmutatio hoc ē materia et 2 termini seu extrema. Vnum ē quo id ē priuatio: et alterũ ad quē id ē forma. Ergo ad productionẽ

rei nãalis sufficiunt

2. Conclũo — Sed principia in facto esse 2 tantũ sũt Materia et Forma.
Probatur Illa sũ principia in facto ẽẽ quæ manẽt in rebus nãalibus transacta generatione ac proinde ac intrinsecẽ illas componunt. At hæ tantũ sunt Materia et Forma. Ergo 2 tantũ sũt principia in facto esse.

2. Pars Capitis

2. PARS CAPITIS

In quã conuenire ac differre et proprietates suas habere principia exponit.

Conuenientia materiæ et Priuationis — Priuatio ergo ac materia concordant in eo primo quod priuatio ẽ mate: riã accidens quod nunquam ab eã separatur nisi adueniente formã substantiali ad cuius præsentiã statim euanescit.

Discrimen — Differunt verò primo in eo quod materia post generationem manet in re genita. Priuatio non v.g. aurũ in annulo ex quo annulus factus est: Priuatio autẽ non annuli minimè, quia forma adueniente ad materiã priuatio expellitur vt ẽm tenebræ ad lucis præsentiã, ita priuatio ad for: mã aduenientẽ dispergitur, ipsaq. forma materiã iuncta complet rem com: positã in aliquo gradu entium.

Conuenientia. — Conueniunt 2do. Priuatio et materia re seu numero vt accidens cũ suo subiecto. differunt vrõ eadẽ rõne et definitione quia aliter priuatio aliter materia defi: nitur vt patebit.

Discrimen. — Differt quoq. Forma vt ẽ principiũ à materia et priuatione quæ differentia ẽ manifesta ex eo quia generatio à priuatione et materia incipit. Forma autẽ illã generationẽ perficit. Deinde qã materia et priuatio rationem habẽt

potentiā existendi in composito nāāli. Forma quæ adueniens actū existen:
di tribuit, ideō dr̄ principiū dans eē substātiale seu existere Composito
nāāli.

Pro maiori diffa principiorū inter se ponit proprietates singulorū. Pri:
mo igr̄ 2 ās proprietates materiā quibus ā reliquis differt. Prima
ē Quod materia sit numerabilis quodā modo, hoc est, solo numero ā
se ipsa prout ē in rebus diversis distincta. Addidit quodā modo ERGO
quod materia prima simplr̄ ex se ñ ē numerabilis, sed in quantū ē signa:
ta quantitate aut iā informata, hoc ē certā formā habens.

2! Quod ex ea res nāāles fiunt per se et ñ per Accidens. Est enī
materia intima et Essentialis p̄s rei quæ ex illa generatur. Assi:
gnat quoq; unā proprietatē Privationis, hanc nimirū. Quod sit princi:
piū aduentitiū intrāret enī materiā ex qua privāo omnino nihil ē: Dein:
de qp̄ adueniente forma ñ fit p̄s subiecti compositi sed euanescit. Postre:
mo assignat unā proprietatē Formæ qua videlicet proprietate dr̄ formā eē
quidpiā divinū simplr̄, per qd potentia materiæ terminatur: ita ut omnino
in se una sit, ā rebus etias distincta efficitur. Hinc ē qd Arist: dicat
Substāam eē quæ stat secundū formā sicut numerū qui in indivisibili
consistit, ñ suscipitq; magis et minus.

TERTIA PARS CAPITIS.

Tertia p̄s Capitis.

In quā divisionē eorundē principiorū addit ex duplici genere, videlicet

Generat: et Constitut: Modu Generat: principiorum intellige in fieri hoc est, ut aliqua res naturalis via generationis de potentia in actum exeat, qualia principia superius diximus esse tria in fieri. Modu constitutionis intellige in facto esse hoc est ut iam res est constituta in actu.

Modu constitutionis intellige in facto esse hoc est ut iam res est constituta in actu talia principia sunt duo: in facto ut etiam diximus. Cognoscitur vero dicitio per similitudinem ab artificiatis sumptam: sicut enim artefactorum materia habet se ad formas quae illi inducuntur per artem; ita materia physica habet se ad formas suas. V.g. aes et lignum nullam habent in se formam artificialem sed potentiam tantum ad eam, hoc est materiam saltem et privationem formae. Sed postquam iam forma statuae vel in lecto forma ligni inducitur, non manet aes amplius cum carentia privationis formae sed potentia, neque lignum sed lectus iamque aes lignum denominatur a suis formis potentiam ei ad formas his inductas ablata: pari modo habent se principia naturalia ut materia nullam formam in se contineat, sed est pura potentia ad formam et absentia formae, quae idem est numero ut supra diximus, postquam ergo forma naturalis inducatur in illam materiam et privationem, hoc est in potentiam et absentiam formae, privatio et potentia illa materiae ad formam perit et cessat.

Ad maiorem intelligentiam supradictorum circa hoc Cap: notandum 1mo Materiam a Physico considerari ut est subiectum mutationis et altera pars naturalis compositi: secundum hanc considerationem lib: 1mo Phys: ab Arist. sic definitur. Materia est primum subiectum uniuscuiusque ex quo fit aliquid cum insit per se et non secundum accidens et si corrumpitur aliquid in hoc abibit ultimum. Dicitur in definitione 1mo subiectum ad differentiam formae

quod ē in maþ tangq in subiecto, sic dr̃ sinus, gremiū, receptaculū formæ.
Dr̃ 2do. Subiectū primū, ad differentiam materiæ 2dæ vt sūt 4 elemen:
ta. Dr̃ 3tio. Ex quo fit aliquid vt enim ex nihilo nihil fit ita ne:
cesse ē. vt fiant res ex aliquo primo et comuni principio. Dr̃ 4to.
Cū insit. Ad differentiam priuationis quæ n̄ inest simpliciter rei producta et
genitæ. Dr̃ Quinto. Non secundū Accidens vt recedit ex mā
et forma vnitā vnū per se substantiale coalescere. Dr̃ vltimo.
In quod resoluitur aliquid in hoc aliud aliquid in resolutione. Vt enim materia † vltimum
est primū subiectū in generatione ita vltimū in resolutione. * In resolutione subiecta eiicienda est

Obiicies aliquis contra particulā in definitione materiæ tertio loco posi: Obiectio.
ta. ne. Mundus vtique ex nihilo factus est. Ergo n̄ videtur verū esse
ex nihilo nihil fieri.
R̸ Ex nihilo nihil fieri per generationē verū est. Sed mundus Solutio.
vtique per creationē factus ē per quā ex nihilo fit aliquid. Naturalis
ē generatio: supernaturalis vero Creatio quod antiqui Philosophi n̄ cognouerunt
NOTA 2. Materiā eē multiplicē. Alia enim ē Alterationis
Cū scilicet ex eā fit aliquid n̄ tamen permanet in sua substantia vt cibus
sanguinis ē materia alterationis, Cibus n. in suâ substantiâ n̄ manet sed
consumitur et fit sanguis.
2da Materia ē Compositionis vt lapides et ligna domus.
3tia Subiectionis qualis ē substantia cui inhærent Accidentia.
4ta Sciendū quod dr̃ subiectū vt Corpus naturale ē materia Phy:
sicæ. 5ta Mutationis substantialis subiecti et de hac consideratio

ad Physicu pertinet.

NOTANDUM 3. Forma sic definiri forma e quoddā diuinū optimū et appetibile. Dicitur Diuinum quia forma dat eē rei quod aute dat esse est Deo simile. Dr Optimum nā inter principia rei nullu est melius forma. Dr Appetibile nā materia appetit formā ut infra dicemus. Addo qa animata et inanimata appetunt esse et uiuere ita ut eaā minima musca fugiat mortem, qā aute forma dat esse dat uiuere. Ergo e appetibilis.

NOTAN. 4to. Formā dici multipliciter. Primo Item dr forma quia format et perficit materiam. 2. dr Species quia e pulchritudo materia. 3. dr Ratio seu definitio, nā potissima pars definitionis a formā sumitur. 4. dr quod quid erat esse rei qa secundu Arist: ipsa e principua quiditatis pars. 5. dr Actus seu perfectio, actuat ēm et perficit materiam. 6. dr Terminus* qa indefinitam materiā ad certū rerū genus terminat et ut agri terminis ita res formis distinguuntur. 7. Exemplar quia sicut artifex facit opus ad similitudinē exemplaris quod gerit in animo: ita agens ndale producit effectū ad similitudinē forma quā ht in se. Vltimo forma dr Numerus quia sicut numeri in sua essentia ita et forma sunt inuariabiles.

* Terminus

NOTAN. 5. Priuationē posse sic definiri. Priuatio e absentia forma cu aptitudine materia ad eā Vg. In grano e absentia forma generanda cu aptitudine materia ad illā formā generandā. Dicitur Absentia forma cu aptitudine mat: nā in cælo Vg e absentia forma lapidis ñ tn illi e priuatio quia materia cæleris ñ ht aptitudinē ad recipiendā formā lapidis, imo ad nullā aliā formā cælu e in potentia sed suā formā e contentum.

NOTAN. Vltimo duobus modis Priuat: accipi. Primo p absentiā forma qua

teriā

terioꝝ, et ab hac privatione non datur regressus ad habitum seu formam V.g. A caecitate ad visum, a morte ad vitam. 2. Accipitur pro absentia formae, quae est in materia apta et ab hac datur mutatio ad formam. Privatio est principium rerum naturalium, hoc 2do modo non primo.

CAPUT IV.

Caput 4.

Diligentius materiam principium rerum naturalium satis difficilis natura ab Autore explicatur hoc Cap: quod hic dicatur pertr. In prima ostendit quale est Ens materia et quomodo ad formam affecta. In 2da quomodo oriri vel non oriri interire vel non interire, materia est intelligenda docet.

PARS PRIMA CAPITIS.

In qua principio contra veteres Philosophorum errorem tollentium omnem rerum generationem quidquam concludat, supponit necessariam esse materiam cum privatione coniunctionem ut ea intelligatur materiam non esse Ens actu sed Ens potentiae: hic materia 2pliciter consideratur Primo praecise ut est separata a privatione. 2. Coniunctim ut est scilicet coniuncta cum privatione. Primo ergo modo materia per se hoc Ens omnino licet incompletum. 2do modo est Ens per Accidens non per se, hoc est vi privationis sui adventitiae accidentis. Hoc ergo supposito sit talis Conclusio Materia est Ens imperfectum. Probatur haec Conclusio sic. Materia appetit formam ut ab ea perfectionem accipiat. Ergo est Ens imperfectum. Antecedens primo patet a similitudine ut turpe appetit pulchrum: ita materia appetit formam tanquam quid imperfectum suum perfectum. Probatur 2do [illegible] Antecedens. Appetitus non convenit formae et privationi: Ergo proprie convenit materiae. Consequentia clara ab exclusione aliorum principiorum

Antecedens probatur pro prima p̃te quia forma nõ est appetibilis. Ergo seipsam nõ pt appetere quia nihil seipso indiget. Pro 2ᵈᵃ parte probatur quia priuatio ẽ contraria formæ ut superius diximus. Ergo appetitus mãæ nõ ẽ ad priuatione sed ad formã quia vnũ Contrariũ nõ appetit aliud contrarium ut Vg. Calor nõ appetit frigus.

Definitio potentiæ. Notãdũ cũ Autore appetitũ mãæ idẽ esse cũ potentia, quã potentiã seu appetitus nihil aliud ẽ q̃ñ naturæ quædã habilitas ad recipiendas formas, sine quã habilitate mãa eẽ nõ pt. Hinc hæc potentia et ipsa mãa ẽ duplex Alia prima alia secunda quæ ita inter se differunt ut potentia prima dicatur eẽ indeterminata, Vniuersalis, remota, confusa, essentialis, mãæ et ab ea inseparabilis: Potentia ṽo 2ᵈᵃ dir determinata particularis, distincta, accidentalis mãæ et ab eã separabilis.

Obiectio. Dicet aliquis contra appetitũ mãæ quẽ habet ad formã sic: Si mãa appetit formã illã oporteret eẽ animata: Hoc ẽ falsũ. Ergo et illud ex quo sequitur Sequela maioris probatur qꝛ appetere et concupiscere eius ẽ quod ẽ animo p̃ditũ.

Solutio. R. Duplicẽ eẽ appetitũ nãlẽ et aĩalẽ. Currit maior de appetitu aĩali sed ñ de appetitu nãali de quo debet intelligi in p̃posito: Appetitus nãalis ẽ inclinatio rei ad suã perfectionẽ; Aĩalis ṽo ẽ potentia animæ quã appetit aliquid ut bonũ apprehensũ vel per sensũ vel per intellectũ.

SECVNDA PARS CAPITIS

In quâ concludit materiã oriri et interire, affirmari et negari debere intelligi ñ simplr

telligi n̄ simplr sed per Accidens, hoc ē, secūdū privaōem et vicissitudinem formarū transmutabiliū.

NOTA. Generaōnem et Corruptionem magis ppie dici de mā secundā q̄m prima. Constat ēm in generaōne pulli materiā tantū secundā ovū scilicet corrūpi, sic in generaōne cineris solū secundā materiā lignū nimirū per combustionē corrūpi.

xima seu ultima agentia agunt et separantur. Maior clara. Minor
patet ab exẽplo. Medicus enĩ qui ẽ primũ agens sanitatis ñ alte:
ratur à patiente sed potio et cibus quæ st̃ ultima agentia al:
terantur.
Pro intelligentiã huius Cap. nota contactus duobus modis poss:
sumũ accipitur. Primo in Contiguis quando extremitates sunt

contiguarum ita se tangunt ut nihil inter eas mediet. V.g. si librum supra mensam planam et aequalem ponas, superficies libri superficiem mensae immediatè tanget: de hoc modo Contactus verum est illud Axioma dictum Quidquid tangitur tangit. ut patet in praedicto exemplo.

Quidquid tangit tangitur. non debet esse

2. accipitur per Metaphoram seu similitudinem V.g. aliquod infortunium tangit nos sed Metaphoricè, et secundum hunc modum non quidquid tangit tangitur nam infortunium V.g. Infortunium tangit nos, sed nos infortunium non tangimus.

3. Accipitur in continuis quorum partes continuantur et uniuntur in uno termino, si enim uniuntur, necesse est ut se tangant V.g. partes lineae uniuntur in puncto. Ergo tangunt se in puncto. Contactus ergo in prima acceptione necessarius est ad Actionem et Passionem.

Sed dices. Multa videmus agere indistantia et remotum V.g. Sol omnino remotus a terra agit in illa, magnes a longè trahit ad se ferrum, torpedo piscis si a piscatore reti vel arundine tangatur stupefacit, manum eius, lupus aspectu suo raucedinem efficit, Basiliscus ad 1000 stadia sibilo et visu interimit hominem. Ergo non est necessarius ille contactus

×stadia

R. Haec omnia et alia similia habere contactum virtutis licet non habeant contactum molis aut corporis

CAPUT X

In contactu Corporum qui sit modus agendi patiendique explicat hoc
praesens Caput duabus partibus Prima in qua consistat Actio docet
2. Ad facilioré Actioné quid requiratur ostendit.

PRIMA PARS CAP.

In qua docet quod sit Actio. Actio prout fit secundum particulares
qualitates consistit in eo ut unius illorum sit in potentia ad recipiendam qualitatem: alterum autem se ipsa et actu habeat qualitatem quae aliud afficiat. Dicergo agens se ipsa et actu qualitatem debet esse affectum V.g. id enim calefacit quod est actu calidum ut
ignis in aquam agens est actu calidus. Passibile vero est in potentia ad recipiendam qualitatem V.g. Aqua est actu frigida potentia calida quia est passibilis est ut qualitate agentis ignis affici possit. Unde ad motum agente
igne ad aquam dicitur patiens.

2da PARS CAP.

In qua docet hanc requiri ad Actioné facilioré conditionem ut nimirum patiens habeat dispositioné et praeparationem quam multitudo meatuum seu pori adiuvat ut voluit Empedocles, qui omnia corpora porosa

vaniicabiles ēē putabat hoc ē plena facultatibus parvis quibusdā per quas eā Actiones abveracitā quā sensicul fierent Actiones quādam

quemm quādo duo corpora concurrat hom utriusq parvi poti sint commensurabiles et quorū unūquodq per poros alterius se posit insinuare. Vt Vg Vinū et aqua ex quorū minutae mixtoné fieri asserebat, cū altē commensuratū sit unū alteri Vg ignis ad ligna comparatus, ponebat fieri Actioné. Sensationes autem aiebat fieri per poros medii or corporis qā mediū cū debeat ēē transparens, debet habere frequentes poros ordinatosq, hoc ē positos indirectū ab obiecto usq ad potentiam Vg. a colore usq ad usū in medio aere tales ēē credebat. Sed refutabat sntm Empedoclis in eo qd eadm quod ad Actioné et Passioné spectat adiunctum attigerit, principalé tō minimè quia pori isti ad Actioné n ē̄ necessarii sed tantū ad facilitaté passiones.

Liber 3.

LIBER III.

Post absolutā tractatoem Corporū simplicium ac qualitatē eorū nec non generatoem elementorū in fine lib: Antecedentis mixtionis fecit mentioné Autor nr, ideo latius de eā et consequr de mixtis imperfectis et inanimatis quā alias Meteora appellamus tractandū nobis pro:

ponit. DIVISIO LIBRI

Huius praesentis libri sunt Cap. 12. Primus 1 2 Cap. mixtionem definit et dicenda ponit. 3. et 4. Cap. ait de ignitis de Meteoris. 5. 6. 7. tractat de Aqueis seu in äere sive in terrâ nascentibus. 8. 9. 10. docet de medijs Meteoris. Ultimis 2. Cap. de communis impressionibus continet tractationem.

Cap. 1

CAPUT I.

Cuius sunt tres partes. Prima dicenda ponit. 2da. mixtionê ingredientia ostendit. 3. Conditionibus mixtionis positis quid sit mixtio docet. PRIMA

In qua proponit se äere de natâ 2da compositione quidue in ea sit spectandum ostendere, appellat autem hic compositionê secundâ ad differentiam primae: prima enim compositio rei naturalis est simplex ex principijs corporis constitutio. 2da vero Compositio est Mixta compages ex corporibus simplicibus. Mixta ergo prima Compositione: in hac 2da indagandum est Quid sit Mixtio et Mixtum: quoue pacto in mixto simplicia sint. 2DA.

In quâ ostendit quorum sit Mixtio et quorum non. Ad res non debere mixtionem ingredi quae tunc aut corrumpuntur et pereunt: si enim intereant amplius non erunt: si non erunt quomodo misceri videbuntur. Deinde res for:

maliter et Actu existentes nequeunt misceri, sicut se in sub: stantiali perfectione et integritate extra mixtionem. Mixtionē vero subeunt ea quæ quodā modo sunt in mixto et quodā modo non sunt. Sunt et quidē Actu seu formaliter quia ex miscibilibus pluribus unū aliud diversū existere sentiunt atque non sunt Actu quæ erant, sed po: testate seu virtualiter tantum.

Ad maiorē eorū quæ miscentur evidentiā ostendit differre mixtionē à Compositione et Toto. Differt Mixtio à Compositione, in eo quod Com: posita habeant partes integras absque alteratione et mutatione aliqua. Mixta vero sunt miscibilia alterabilia. Differt Mixtio et à Toto in eo quia totū à quavis parte se ipsā differt: partes vero mixti sunt inter se similes ita ut quemadmodū quælibet aquæ pars aqua est, sic quælibet pars mixti dicitur mix: tum. TERTIA PARS CAPITIS.

In qua miscibiliū eorū quæ facilius miscentur conditiones enume: rat tandē quid sit Mixtio defert. Miscibilium ergo prima haec est Conditio ut conveniant in materia differant vero in formis sintque mutuo Activa et passiva: alias quæ diversā habent materiam agunt quidem et patiuntur sed non mutuo ut videre licet in sanitate et medicina quæ non miscentur in Corpore licet agant et patiantur, quia non sunt mutuo Activa et Passiva nec enim medicina cū Corpore permixta

sanitatē efficit. 2. Ut com̄ quod misceri debent mū n̄ vincat aliud magno excessu q̄a alias mistio n̄ fieret sed conversio debilioris in fortius V.g. si gutta vini in doliū plenū aqua infunderetur non diceretur misceri aquæ: q̄a vinū potius corrumpitur aqua eo crescit quia fortius ē doliū plenū aquæ quā gutta vini. 3. Ut miscibilia sint paria viribus quodā modo tunc em̄ utraq̄ à nāi suā recedunt, neq̄ unū in alterū mutatur sed utraq̄ in tertium q̄d mediū seu comune alias mixtū appellatur convertuntur. Tā tandem infert quod sit Mistio dicens eam ēē miscibiliū alteratorū unionem V.g. dū aqua et mel uniuntur et alterantur per Concoctionem fit mulsum. Meteorū siāe sublime.

CAPVT II

Cap: 2.

In quo sunt duæ p̄tes illius. In prima repetit breviter hactenus à se explicata. In 2da tractanda proponit

PRIMA PARS CAPITIS

In qua resumit breviter à se dicta. Primū de nāli Cāu et affectionibus Corporis nālis: præterea de Cælo et elementis quot et quæ sint de Generat: elementorū et mistione.

2DA. PARS CAP:

In quā proponit tractanda de Meteorologia, i.e. scia com̄ quæ

nascuntur ex halitibus sive illa sint in ignis sphaera sive in aëris, sive in concavitatibus terrae quorum Causas materialem videlicet et Efficientem remotam ostendit. Materialem quidem elementa. Efficientem autem coelum. Hoc enim dum circulariter movetur partem inferiorem mundi afficit et de illa excitat materiam subtilem vel tenuem, quae pro varia quantitate figura loci q. discernitur.

Sed de Causis illorum furius agemus in sequenti Capite

Nota. Meteora ex Graeco significari sublime ideo quod in loco sublimi plerumq. conspiciantur nasci. Vel quod efficiantur a Causis sublimibus.

Cap. 3.

CAPVT 3

Cuius est pars 3 in quo agit in genere de Meteoris mox q. descendit igni tum ad explicationem. Meteorum. Prima parte explicantur Causae totum. 2. impressionum ignitarum veritas et modus ipsarum generandarum ostenditur. 3. subito apparentium quorundam Meteororum in suprema aëris regione generatio docetur.

PRIMA PARS CAP.

In qua sunt 4 ae Causae Meteororum. Materialis, Formalis, Efficiens et Finalis. Causa materialis Meteororum est duplex. Remota et Propinqua. Remota quidem sunt quatuor elementa et inprimis Terra et Aqua quae duo

maxime exhibent maiorem Meteororum cum aër ignis et Caa in qua recipiuntur aa Meteora. Propinqua Caa Materialis e aam duplex Vapor et Exhalao. Vapor e spirao quaedam Calida et Humida ex humore aqueo confecta virtute Solis elevata. Exhalao est anheli-tus calidus et potius ex gremio terrae virtute Solis sursum elevatus. Formalis Caa Meteororum est in diversis speciebus et dissimilibus formis pro diversa quantitate et qualitate illorum ut inferius li-cebit.

Efficiens Caa Meteororum est aut Principalis Aut Instrumenta-lis. Principalis dicitur generalis et corpora coelestia et sydera. Instru-mentalis aliter Particularis et Proxima est calor et frigus. Calor vero vel e loci, vel Solis. Loci quidem qui est in suprema aeris regione. Solis autem calor e duplex Temperatus vel Adurens. Evocans est qui vapores ac halitus ex terra et aqua sursum trahit. Adurens est qui vapores exhalationesque adurit et absumit ardore vehementi, ut patens est sursum ... integrat. Frigus quoque instrumentalis particularis Caa e Aut Loci quod est in media aeris regione. Aut externum quod e vel nimium vel Temperatum. Frigus nimium e quod constringit poros et meatus terrae neque mittit evaporationem. Frigus vero Temperatum e quod patitur Solem vapores ex terra excitare. Evocans.

Caã demũ finalis Physica consistit in significaoē et praesagio futurorũ eventuũ tam circa aeris mutaoēm, serenitatē tempestatē humiditatē et siccitatē. Conferunt itē ad salutem animantium purgant aërem et salubrem reddunt absumptis et corruptis venenosis vaporibus quibus aërē inficitur ne animantibus et aliis nocere possint. Atque sic manifesta sūt Meteororũ Caã quibus positis ad secundā ptem accedit Autor in qua de ignitis aëris formas et motus eorũ qui ibi fiunt exponens. Sed primo illorum quae verē generantur ut sūt flama collucens, capra saltans, faces et stellae discurrentes.

Flamā ergo collucentis primae impressionis ignitae concludit modū et formā generandā tunc eē quādo multa exhalaō in longū et latū dispersa ita subtilis est ut tota simul inflamari possit, correspondenter hos igne mardescere. Dicitur hāc impressio ignita aliter scintillans lumen. Tertia impressionis ignitae quae dicitur nomine Capra saltans, suū modū generandi concludit eē tunc, quādo exhalaō in longū magis quā in altū porrecta, ac nonnisi interrupta est, nec illis intervallis distincta quae acceensa excursiones et quasi saltationes flammarū efficit: hinc tanquā capra saltantes apparet quae instar Caprae ista flammā habent. Tertia impressionis ignitae quae fax dicitur formā et modū generandi habent. ... concludit, eē tunc quādo exhalaō in longū magis porrecta cuius pars una a fervore superioris aëris accenditur qui ignis deinde paulatim serpendo totā eandē exhalaoē consumit: Vocatur ab aliis Trabs, Lancea,

+ aër

+ Secunda pars cap.

aut iaculū ob formaũ cũ magnã similitudinem. Quartã impressionis igni: cũ quã der nomine stellarũ discurrentiũ generandã modũ et formã conclu: dit fieri cum quãdo exhalãõ nimie fumus est mediocriter compactus et globatus qui superne accensus ã nube deorsũ repellitur et ita stella ẽ cælo decidentis imaginẽ nobis exhibet fitq, dupliciter. Vel per incensionẽ. Vel per Elisionem Per incensionẽ quidem cũ particulã ñ multũ ã se distant ita videlicet ut una illarũ accensa alteri ignem comunicet currereq videatur: per elisionem autẽ et iactũ cũ ad mediã aëris regionem postea exhalãõ elevata ã frigidis et densis nubibus interrupta coleretq se ab illis liberare incalescit, illabitur, fugit et citissime per aërem fertur iaculorũ instar.

TERTIA PARS CAP.

In quã apparenter serena nocte impressiones statimq intereuntes explicat Cuiusmodi sunt Hiatus et Vorago seu Colores apparentes, hiatus et voraginis mo: dũ et formã quãdã conclude ẽẽ cum quãdo serenã nocte multã exhalãões con: sipant, in sublimi quidẽ medio densiores reliqua facile rariores: interea astrorũ lumen et aspectũ nimium continuantur similitudinemq hiatus cuiusdã praesefe: runt: ideo quod in medio ppr densitatem minus fiat corũ illustrãõ: profun: ditatis autẽ paruẽ apparitio: quod si magna profunditas in iisdẽ appareat Vo: rago appellatur.

Sciatis esse et alias varias impressiones igneas praeter 4. ab Autore positas sed ad praecipuas Domũ videntẽ, Ignẽ fatuũ, Ignem labentem, Cælũ ardens, Castorem Polluceinq: sed ego omnim modũ quãdorũ omitto inserviendo operi

Caput quartũ.

CAPVT IV.

Explicatur exiguo igne exspenalur aut saltim apparentibus igniti Meteoris, ceterorum Meteororum sed diuturniorum et corradiatorum figuras et modos grandi explicat hoc Capite. Cuius partes sunt quatuor. In prima modum grandi Cometa docet. In 2da in quot figuris appareat explicat. In 3tia prognostica quaedam eius recenset. In 4ta de Corona et lacteo circulo ait.

PRIMA PARS CAP.

In qua modum grandi Cometa docet et concludit esse crasso quodo exhalationem calida et sicca pinguis et grossa utroq multa vi solis aliorumq syderum in supremam aeris regionem igni proximam euehitur ibiq bene conversit ita ut flammam facile concipere possit conceptamq diutius retinere: candem flammam ignis attractam accenditur, neq statim extinguitur: sed per alias exhalationes continuo eodem igne sursum ascendentes nutriatur aliquo tempore. In quo modo grandi Cometa sex sunt spectanda. Materia, Efficiens Causa Locus, Tempus Durationis et Color. Materia quidem est exhalatio multa, pinguis crassa calida et sicca pariter bene coagmentatas habens, diis qualitas inflammabilis flammamq conservabilis.

Causa Efficiens Remota est Sol ceteraq sydera: proxima causa est vicinitas ignis a quo accenditur.

Locus est suprema aeris regio non media neq infima ut certatus eius tamen

altiaudo quanquam

altitudo quamquam media aëris regio ibi habet quia hoc non transcendit altitudinem montium: ille autem super nives ferantur.

Tempus licet sit incertum potissimum tamen est Autumni. Ratio. Veris enim calor ad comburendam illam viscosam elevationem et sublevationem non est sufficiens: quod si aliquando elevet tamen miscetur multo humore aqueo — — quod non est inflammabilis. Hyemis etiam frigus impedit ne vapores attollantur: aestatis denique fervor consumit et dissipat.

In contrarium tamen docuit experientia. Nullum enim anni tempus in quo non generetur aliquando Cometa. Duratio est aliquando 7. diebus aliquando 8. ad minus 6. Mensibus. Dices. Ante Hierosolymitanum excidium Cometa teste Josepho lib: 4 de bello Judaico Cap: 44 per unum integrum annum urbi impendens.

Sed id potius miraculose existimandum quam naturaliter.

Color est varius. Alius enim est albus ut argentum, alius rubens ut ferrum igni candens, alius niger ut Carbo extinctus.

2da PARS CAPITIS.

In qua concludit: Cometam apparere in triplici figura primo ad instar Comae, barbae, Caudae. Hinc scias quod est vel Comatus vel Barbatus vel Caudatus. Comatus est dum in circuitu emittit radios tanquam crines.

Barbatus cum tantum ab anteriori parte suos radios ad instar barbae.

Caudatus dum radios ex parte posteriori emittit ad similitudinem Caudae.

TERTIA PARS CAPITIS

In qua recensentur prognosticationes

In quâ recenset prognosticationes seu rãoes Cometæ quæ sunt postissimu numero 5.

Primo sicat sterilitate agrorũ per conseq: famem. Rat: nã Cometa fit regnante Solis ardore intensissimo, ideo itaq. ob hc multũ terra aduritur emoriunturq. fructus et semina inde sterilitas et fames.

Designat 2. Multitudinẽ ventorũ et terræ motuũ et tempestatũ in mari. Rã illo tpe ferui calore Solis generantur plurimi vapores in terrâ, qui vel egrediuntur et faciunt ventos per conseq: tempestatẽ maris: vel concluduntur in terra et hc terræ motũ efficiunt.

3. sicat morbos qui maxime ex siccitate et calore oriuntur et pe maxa cum Cometa sit venenata quæ inficit aerem, aerem autẽ infectũ attrahunt hões per respirationẽ qui intus attractus inficit corpus et unusquisque perit ex aëris infectione.

4. pnotat bella rã quia Cometa magna caliditas per aerem diffusa et sic inflamat humani corporis spiritus redditq. cholericos ex quibus rã hoc incitantur hões ad iram ex ira ad vindictã ex vindicta ad bellũ hc sequuntur mutaões Regũ, regionũ et regnorũ.

5. pnunciat mortẽ Regũ et Magnatũ aut externã propter bella et seditiones. Aut internã ipsi infectionẽ aeris quâ potissimũ delicata corpora tangit.

QVARTA PARS CAP.

In qua agit de corona

In qua ait de corona et via lactea. Corona seu Halo solis circo fit quando sol radios suos movet super vaporem humidum ita ut in medio dispergatur vapor, et fugiendo ad extremitates, efficiat similem rotae coronam circa solem.

Galaxia vero causatur ex lumine stellarum minutarum octavae sphaerae quae dicuntur sporades i.e. sparsae stellae

Scias. Galaxiam hic intelligi illum circulum album clarum lucentem in caelo in modum qui bene possibile videtur velut via lactea. Vulgus vocat viam ad S. Jacobum fingunt enim defunctorum animas ad S. Jacobum proficisci in Galliam partem Hispaniae ubi est sepulchrum magni istius Apostoli.

Scias. 2. Galaxiam recipi in octava sphaera et in subiecto et non ignis regione. Instabis si recipitur in octava sphaera ergo caelum est passibile et alterabile. Consequentia: Quia enim recipiens qualitatem videtur esse passibile et alterabile sed caelum recipit qualitatem nempe Galaxiam ergo est passibile et alterabile. Et cum ea est conclusio caelum esse impassibile, cum ergo recipiatur in caelo restat ut recipiatur in ignis regione.

Solvis vero instantiam distinguendo maiorem: qualitas est duplex alia est elementaris alia caelestis. Quia recipiens qualitatem elementarem videtur esse passibile et alterabile concedo. Sed non est passibile et alterabile recipiens qualitatem caelestem.

Caput quintum.

CAPUT V

Meteora ignita si vera si apparentia hucenus [?] explicata sequuntur Meteora aquea quae ex vapore concrescunt. In praesenti Cap: agit de Meteoris aqueis in aere existentibus. Huius [?] partes. Prima de iis in comuni. 2. in specie.

PRIMA PARS CAP:

In qua exponit sibi agendum esse de humidis Meteoris in comuni, proprie locum eorum nempe mediam ac infimam aeris regionem. Causam eam efficientem illorum esse motus et calorem Solis aliorumque astrorum. Materiam vero esse vaporem seu aquae respirationem. Modum denique generationis comunem generalem esse hunc ut portiunculae vapor efferatur in mediam aeris regionem a calore qui ei inest partim dissipetur et in supremum aerem attollatur partim frigiditate loci extinguatur. Dissipatur quoque calore in aquam naturam concrescit ac pro concretionis et dissolutionis modo diversa differentes species obtinet.

2DA PARS CAPITIS.

In qua specialiter explicat Meteora aquea in aere nascentia quae sunt sedes praecipue 7. Nubes, Nebula, Ros, Pruina, Pluuia, Nix et Grando.

Nubes est in vapor humidus et calidus frigore loci mediae regionis aeris conspicitus in aquam resolubilis.

Nebula est reliquum eius nubis, quod in aquam convertitur.
Pruina generatur ex vapore nebali in infima aëris regione sublato ac frigore hyberno condensato. Utilitatem hoc Meteorum hyemali tempore fert: De pruina et Rore
est, calorem terrae intus concludendo defendendoque ab iis a quibus alias laederentur. Incommodum vero facit adurendo plantas.
Ros etiam generatur ex vapore tenui et humido qui non procul a terra sublevatus virtute Solis, ibi supervenienete modico et temperato frigore noctis in tenuem aquam vertitur, quod in terram sparsim decidit. Utilitas eius est madefacere terram, laborantes segetes tutas, nutrireque. Incommodum vero ex eo fit, si subeunte ardore Solis in rubiginem ac putridinem vertantur.
Nota 1mo. Materia utriusque est vapor exiguus et nebalis.
N. 2. Causam efficientem remotam utriusque Meteori esse calorem Solis elevantem vapores mediocriter: proximam autem frigus noctis serenae: quod si temperatius vaporem in rorem coget: si vehementius congelat in pruinam.
N. 3. Locum esse imam partem aëris mediae regionis: vapor enim nebalis imbecillum habet calorem, proptereaque altius ascendere non potest.
N. 4. Tempus esse eiusdem Meteororum generandorum aestatem quidem roris; pruinae quidem hyemem.
Reliquorum omnium Meteororum horum, Pluviae, Nivis et Grandinis modum generandum exemplo. Pluvia ergo generatur ex vapore humido et crasso qui ob sui crassitiem tandem ad mediam aëris regionem vi Solis elevatur: ubi frigus est sufficiens ad conversionem non autem congelationem. De pluvia Nive et Grandine

Quod vero fiat ex vapore crasso signum est eius in aqua pluuiali quod si quis libenter conspiciat venerem, reperiet quod in aqua pluuiali grossiores partes remaneat quod indicant constitutionem.

Obiicies. Pluuia fit ex nube ut docet quotidiana experientia. ergo non fit ex vapore humido et crasso.

R. Materiam pluuiae proximam esse nubem: remotam vero vaporem nam ex vapore humido et crasso fit nubes aquosa.

QVÆRES hic primo. Quae sit causa quod aliquando cum pluuia decidant ranunculi pisciculi et ut Plinius scribit pluisse lapidibus et quod maius est aliquando pluuiam sanguineam decidisse.

R. Hoc vel prodigiose contingere ad terrorem mortalium. Vel naturaliter forte quoque contingere ratione materiae, hoc est vaporum sanguineorum quos Sol eliciat ex iis locis ubi magnae strages edunctur, talem quoque colorem pluuia contrahit

QVÆRES 2. Quae et quot sint signa futurae pluuiae.

R. Vtiliora et manifestiora esse decem. Primum signum est pallor Solis vel Lunae futurae pluuiae: Apparet enim Luna pallida vel Sol pallidus propter reuerberationem radiorum Solis vel Lunae ad nubem aquosam: quae nubes in breui imminenter a frigiditate conuertetur in pluuiam.

2dum est. Sol apparens maior solito in ortu suo: Talis enim apparitio fit propter vapores humidos, crassos mediantes inter Solem et visum nostrum

ut patet de denario existente in fundo aquae: qui videtur maior quam sit propter densitatem aquae mediantis inter denarium et visum nostrum.

3. Humectatio lapidum et parietum: tunc enim multi vapores humidi et crassi ascendunt et abundantem pluviam materiam subministrant ita ut ipsi etiam qui parietes quoque humectentur.

4. Sordes olei in lucerna vel lampade ardentis: Multi enim humores cum aquis elevantur qui incidunt in oleum sordidumque efficiunt, non aliter atque si aquam fundas in oleum fundas.

5. Frequens cantus ranarum in aestate praecipue post diuturnam siccitatem: Hae enim animalia aquatica sunt et ideo post siccitatem naturali instinctu praesentiunt pluviam convenientem naturae suae.

6. Morsus pulicum et muscarum infesti sunt: exhalant enim humiditas ex eis ita ut exsiccentur ipsi vehementius mordent sugunt humorem sanguinem ut exsiccatam corpusculum humectent.

7. Frequens et insolitus gallorum cantus: Vapores enim qui iam sursum ascendunt calidam galli complexionem quodam modo irrigant et refrigerant et sic ad cantum provocant.

8. Si vaccae et boves extensis naribus capitis ventos vel in aere sursum fugiunt domum: Naturali enim instinctu praesentiunt sibi nociva.

9. Nimia aviditas ovium comedendum in pascuis: Quae cum natura sit defficiat in necessariis dedit brutis naturalem instinctum loco intellectus

quo cognoverunt nocumentū pli de p̄ximo venient. Philosophi tamen re nutri:antur [?] ē pluvia, et ideo id sustentantes magis et avidius cibum capiunt.

Decimum et Nonum. Quando super solē orientē apparet nubes nigra et longa et in brevi tempore disparet. Sed si praedicta nubes diutius permaneat signat serenitatē et raro contingit oppositū et hoc signū magis per experientiā quā rōnē.

Iam agendū ē de nive quae generatur ex vapore calido qui solis virtute in mediā aëris regionem elevatur et ob frigus loci in unū coit et antequā solvatur in aquā congelatur. Scias autē nubē albā et nivō ob frigiditatem ut videre ē in incolis frigidarū regionum, qui sunt albiores illis qui calida loca incolunt: deinde quia habent admidum aërē admixtum. Effectus nivis sunt tres. Primus ē terrā foecundare eandē fertilem reddere quam sentim humectat. 2. Fovere terrā semina continentem: claudit ēm eius poros et prohibet ne calor eius evanescat. 3. Si quis lavet manus nive reddit eas firmas eo quod generatur ex vapore quodāmodo sicco et terrestri.

Effectus nivis.

Grando vero nascitur ex vapore elevato ad mediam aëris regionem ibique prae frigore in nubē convertitur: tandem resoluta in guttas frigidas quae cadentes per antiperistasim ad infimam aëris calidiorem regionem infrigidantur ut congelentur et in glaciem convertentur.

Notes. Causam materialem remotā ēē vaporē valde calidum sursū evectū in nubēque concretum: Proximam autem imbrem in quem nubes solvitur.

Notes. 2. Efficientem causam aut calorem circumstantē aërem, aquā per Antiperistasim refrigerantem tempore Aestivo, aut frigus tempore hyberno.

Notes 3tio Temporis

Notes 3. Tpus grandinis et quodlis anni tpus frequentius in Vernu et Autumnale: minus frequens aut rarius Estivum, rarissime hyemale.

Notes 4. Locum grandinis ēē mediam āëris regionem praecipue: licet Averroes Philoponus et Magnus Albertus infimam eam aeris regionem putent.

CAPUT VI.

Explicatis Meteoris ex vapore in aëre nascentibus aggreditur nascentia in terra Meteora explicare: cuius sed duas ptes 1ma fontiu et fluminu origine. 2. caam mutatis eoru docet.

PRIMA PARS CAP.

In qua concludit fontes et flumina oriri ex vapore condensato frigiditate et liquefacto a calore in guttas aquam et locu aliquem confluentes ibiq maius adhuc spatiu quaerentes, moxq erumpentes et scaturiginem facientes, si modice fluunt fontem si copiosé flumen. Eo quo modo grandi patet eoru caa mãlis Vapor condensatus. 2a Caa efficiens remota frigus, proxima calor. 3o locus Concavitates terrae et montium. Haec opinio vera ē de fontibus et fluminibus parvis nunc fluentibus nunc deficientibus. Vem indeficientium fontium et fluminum ut est Nilus in Africa, Danubius in Europa: scias principium ēē mare quod per occultos terrae meatus et cuniculos magnam aquae copiam in diversas terrae ptes effundit, indeq fontes et flumina proveniunt.

2DA PARS CAP.

In qua mutatis fontium et fluminum caam inquirit concluditq interdu augere interdum augeri interdu deficere fontes et flumina, et pbat a simili sicut em aliorum et plantarum corporibus quaedã certa accedunt augmentationes et decretiones ita et illis. Ubi em

humidis abundant.

humidis abundant augentur: ubi vero eisdem destituuntur decrescunt et deficiunt.

CAPUT VII.

Cum mare sit parens vaporis et receptaculum omnium aquarum non abs re de eo quidquam vo: luit tractandum Autor hoc Cap: cuius sunt duae partes. 1ma causam adfert quod mare videatur flu: ere et refluere. 2da affectiones maris et earum causas docet.

PRIMA PARS CAPITIS.

In qua concludit videri fluere et refluere mare: causam fluxus et refluxus esse lunam quae dominatur humidis corporibus ideoque non solum lumine caloreque suo tumefactas aquas rare: facit: sed etiam insecta qualitate occulta tam incrementa et decrementa facit.

SECUNDA PARS CAP.

In qua concludit tres affectiones esse maris. 1ma est salsedinem, quae efficitur partim solaribus radiis agentibus, partim admixtione eius quod terrenum est: sic enim tractu solis levissimae et tenu: issimae partes maris in vaporem extenuantur et elevantur: crassiores autem magis adustae relin: quuntur: quae deinceps aliis aquis permixtae salsam et amaram aquam faciunt. Ratio ducitur a simili: quemadmodum enim in corporibus nostris alimenta se habent naturali calore decocta in sto: macho ad nutrienda membra transmittendo tenue et dulce expellendo crassum, superfluum et salsum ut patet in urina salsa: sic se res habet in aqua marina. 2dam affectionem habet. Caliditatem praesertim eius adustae et crassiores vim caloris diutius in se retinent calefiuntque crebra agitatione et motu qui fit influxu lunae. 3. Habet crassitiem cuius causa est evaporatio partium tenuiorum. Infert. 1mo Locum quem mare occupat huius non esse sed potius aquae elementi cum ceterae elementa proprium locum habeant. Ergo et aqua. Atqui nusquam maior est copia aquarum quam in mari. Ergo: ibi aquae est proprius locus. INFERT 2. Dicens omnia flumina mare ingredi, tum quia tanquam in locum naturalem tendunt: tum quia in eo sunt maximae concavitates in quas aquae confluunt.

QVERIS IMO. Cur mare maius non reddatur neque redundet cum fluminibus in ipsum ingredientibus. Respondetur varii varias huius rei rationes afferunt sed potissimum duae sunt. Prima quia Sol et superiorum corporum calor quotidie ex mari plurimum vaporum extrahit et siccat. 2. quia flumina ad locum unde exeunt revertuntur: quantum enim una parte accepit tantundem alia dimittit.

QVAR. 2. Cum mare sit salsum cur eam flumina ex mari orta salsedinem non retineant. Respondetur flumina et fontes percollaterali cum per angustissimos terrae meatus fluunt et ita amaritudinem amittere. Unde fontes quo sunt remotiores eo etiam dulciores.

CAPUT VIII.

Dividen: Cap: in 2. partes. 1ma. Materiam formam et causas ventorum. 2da distinctionem ventorum explicat.

PRIMA PARS CAP: In qua imo materiam ventorum concludit esse non aerem agitatione commotum nec spirare a nive glacie gelu vehementi fluminibus et stagnis et a terra humida et refrigerata sed exhalationem calidam et siccam cui nihil pinguedinis est admixtum alias enim accenderetur: siccam eam esse testatur effectus quoniam exsiccat calidam esse eius levitas qua sursum nititur et evolat.

DICES. Venti nos refrigerant et hyberno tempore congelant aquas. Ergo ventus non est exhalatio calida et sicca. Respondetur id accidere triplici de causa nam refrigerant vel per se deferendo halitus frigidos vel repellendo a nobis aerem ambientem a nostris spiritibus praecalefactum et afferendo non praecalefactum: vel 3tio quia quamvis illi halitus sicci primo sint calidi cum sint a calore vel terrae motu vel solis producti: tamen quia ea siccitas est terrea et facile calorem deserit: refrigerantur autem cum sint tenues sicci et mobiles maxime per intima meat et vehementer refrigerant. Efficiens causa ventorum remota est Sol et vis reliquorum corporum caelestium quorum caliditate exhalatio materia ventorum exhalatur et e terra sublevatur et ad percussionem sive agitationem praeparatur: proxima causa efficiens est frigiditas mediae regionis quae calidam exhalationem repellit in inferiora propter Antiperistasin superius ferri neque indeque ex vehementi impulsu movetur naturaliter. Formam ventorum sive modum flandi concludit esse lateralem super terram ipsius motionem contrarietate cum enim ipsa exhalatio sit levis petit sursum vi solis vel aliorum siderum cooperante, sed mox eam nervus frigiditas mediae regionis deorsum repellit: ut quia recta ire nequeat ob vapores continue ascendentes necesse est ut oblique et transversim feratur. Finis ventorum est vehementer hoc est purgare movere et alterare aerem ne nimia quiete putresceret aut sua putredine animantia enecet.

Hyppocrates libro de flatibus.

Obiicies. Sunt quidam venti humidi sicut venti meridionales et sunt aliqui frigidi sicut Boreales. Ergo non est dicendum venti fiant ex exhalatione calida et sicca.

Respondetur. Quod omnes venti per se sunt calidi et sicci quia vapor est materia naturalis exhalatio. Sed exhalatio de natura sua est calida et sicca. Sed per accidens possunt esse frigidi et humidi propter cardines et loca a quibus spirant: quorum qualitates acquirunt nam ventus flans a meridie est calidus et humidus, et flans a Borea est frigidus et siccus: ideoque alii venti pluviam alii siccitatem efficiunt.

Quantum ad secus ventorum attinet in quo magni fiunt venti et pauci conclu: dit primo in Vere abundare ventos quia sol appropinquatur regionibus nostris et ele: vat materiam aptam generationi ventorum. 2. In autumno praecipue circa finem quia humectatur terra frequentioribus pluviis. Unde autumnus attribuitur terrae per frigiditatem et siccitatem. Ver tribuitur aeri per caliditatem et humiditatem, Aestas igni per caliditatem et siccitatem. Hyems aquae per frigiditatem et humiditatem. Contra in Hyeme rari sunt venti quia terra frigore constringitur nec ad superas regiones fumum et exhalationem ullam mittit debilitato multum calore solis. Unde deficiente materia ventis necesse est quiescere. Item Aestate venti non sunt frequentes quia licet sol elevet potentiam virtute caloris vapores a terra, tamen eos in aëre consumet eadem caliditate. Unde deficiunt pluviae et venti.

Hinc per modum corollarii infertur quae causa sit cessationis et abstinionis ventorum. Respondetur triplicem esse. Primo intensum frigus arcet ventos, terram enim concludit nec permittit vaporem seu fumum elevari. 2. Calor intensus elevatum enim vaporem consumit. 3. Frequens pluvia quia aërem refrigidat et gravat vaporem deinde humectando terram concludit poros eius et profundit materiam ventis unde post magnas pluvias venti cessant.

Id est congregare nubes, easque dissolvere, coruscare, pluvias et serenitatem efficere ventorum, et liberum fructum

2da PARS CAP.

In qua secundum mentem Authoris Varonis Senecae de naturalibus quaestionibus

totam venti numerantur 12. Quatuor quidē cardinales et principales è quatuor mundi partibus principaliter spirantes scilicet ab Oriente Subsolanus, à meridie Auster, ab occidente Favonius, à Septentrione Septentrio. Unus quisq3 bonō habet sibi geminos alios ventos ex vtraq3 pte qui vulgo Collaterales dicuntur vt Subsolanus à latere dextro Vulturnum, à sinistra Eurum. Auster à dextris Euroaustrum. A sinistris Austroafricum. Favonius à dextris Africum à sinistris Corum. Septentrio à dextris versus occidentem Circium à sinistris Aquilonem. Nautae ventos 32 statuunt vt videre licet in pixide nautica vulgo Comparro dicta.

à volatu vulturum

Corus quasi claudens se circulo

Inde corollarium infertur in quo quaeritur Quare venti alii sint fortiores alii debiliores. Resp: quia ptes exhalationis inaequaliter terram ascendunt Exhalatione leviores aliis graviores. Cum ergo superior ps exhalationis inspissata frigore loci fortius impellit aërem. Fortius ventus cum autē remissius impellit remissior ventus exsurgit.

Circius dicitur ideo quia circuitus sit novitas et perturbationes quod soli subiiciuntur

CAPUT, IX.

Cap: 9.

In prima pte Cap: huius quid sit Causa materialis venti motus et efficiens ostendit. In 2da ejus et accidens.

Moscovia. Węgrzyn. Kiemiec. Turczyn.

PRIMA PARS Cap.

Causam igr materialem venti motus concludit esse exhalationē calidā et siccam crassā valde quae colligitur in visceribus et profundo terrā.

Vbi notandum est calorē solis venientem in profundū terrā generare duplicē

vaporē cavereturr. Alteri subtilem qui facile exit per superficiem terrȧ et talis ē mȧtȧ ventorū. Alteri crassū valde qui ita crassitie eodb[?] obstructione per superficies terrȧ n̄ pt exire, et hic ē mȧtȧ terrȧ motus.

Sub differens cȧa terrȧ motus ē fortis cȧa solis atq eȧ aleam? rel. lum qd fit duobus modis. Primo quidē penetrat sol terrȧ atq ibi generat vapores caler. 2. quando iterū venit calor fortis et inveniens vapores crassior, expocat eorundem exsiccatos subaliat, subaliatos multiplicat qui nō multiplicat vehementer implent cavernas terrȧ et faciunt terrȧ motum.

2DA PARS CAPITIS.

In qua assignat cȧus istius impressionis vere et autumno crebrius accidere. Vere ideo qȧ terrȧ plurim abundat nives liquescunt venti impetuosius flant et terra adhuc frigida est frigiditate hyemis et si minus. Cū lgr eȧ ista submiristret magnȧ copiȧ exhalationū si pori terrȧ et eius meatus obturentur tamen multitudo exhalationum et spirituum n̄ inveniendo adisū apertū se conglobat in cavernis terr. et excitat terrȧ motum: clarū ē ēt qd tpe veris terra fumat, nubes in aëre multȧ congregantur et arbores prataq florent qd provenit ex abundantia vaporū à terrȧ ascendentium. Eadē rȧo ē de autumno. In æstate autē et hyeme rarius accidunt terrȧ motus: in hyeme ēm cito extinguitur calis exhalatio à vehementi frigore: in æstate autē n̄ generatur ob nimiā siccitatem vtē[?] gignere exhalatio oportet terrȧ ēē aliquando humectatū. Proterea terrȧ motus frigi

fieri in nocte qm in die qa aer tunc e tranquillu magis et eam quae citur peni terra magis euolui quam in die. Sed in meridie quoq magis qm in alia pte diei qa tunc plus multiplicantur exhalades. Sigo e̅m dei vi: multi potentes exire faciunt terrae motu.

Quoad duraonem vo terrae motus attinet certa regula n potest poniam aliqndo per annu et plus durat aliqndo per menses; menses, dies vel horas; du: uturnitas e̅m eius a tribus pendet. 1mo a copia vapori et spirituu qa pauci ci: tius resoluuntur qm multi et minus concutiunt terram. Qd in hoc videre licet in ouo qd si ponatur in ignem. 2. a crassitudine eoru qa ubi adest abundaa vaporu multae crassitis n possunt ita cito resolui nulle opere indiget ut quod sit eens subtiliores citius consumerentur nec pt humor crassus ita expedire ex: halare sicut minus crassus; vapor subtilis et aereus cito perforat terram n ita cras: sus et densus item si humor sit frigidus fit tardior eius resolutio quam si e calidior. Ita frigide et tardi motus nec ita frequenter quassat terram sicut calidior qui urget ut exeat. Quare assimilantur terrae motus ex humore frigidiori febri quartanae quae solu venit de 3o in 3um ppr frigiditate et terrestre: itate humoris melancolici. Alter vo velocior proportionatur tertianae et quoti dianae secundu qd urget. 3o pendet a dispone loci. 1mo ab eius frigi: ditate na locus frigidus e magis compactus et densus inde difficilius rum: pitur et ideo in loco frigidiori durabit magis. 2. ab eius durie vel mol: litie qa mollior eam frigidior dabit locu vapori citius.

Corollariu infertur de accidente motus terrae: dicens accidere sonu quidoq ab exhalatione sub terra conclusa: cu enim sonus sit ex collisione vaporu sicut experimur in pulso aëre externo necesse est ut intra terra solida exhalatio repercussa sonu edat et ita aliquando variu ut nunquam mugitus vel mitus audiantur ut experientia est comprobatu.

Cap: 10.

CAPUT X.

In quo continentur reliqua tria Meteora media pathis nubes. 1ma tonitru. 2. Fulgur. 3. Fulmen.

PRIMA PARS

In ea concludit materia tonitrui esse exhalatione calida et sicca quae in tereco: acta et incerta in nube agitatur eiusq ambientes partes vel latera pulsa non aliter ac si lapilli aut pira in vesica arida cu agitantur a pueris sonitu edunt. Deinde fit etiam quando eadem exhalatio accensa, cu impetu fendit et perrumpit nube, nube enim effracta fragor ille terribilis editur, sicut si pannus fortis magno impetu per totu longu scinderetur, aut si aër aliquis in folle conclusus vi erumpit aut sicut fit ut castanea non incisa sub cinere et carbone posita: cu enim eius flatus rebullizantur ab igne et exire non potest corticem frangit magno ictu et cinerem et carbones in altu proiicit. Ex diversa etiam hac quantitate soni diversa etiam tonitruum conflantur genera quoru Arist: 2. Meteororum cap: 9. tria constituit. Alteru cuius sonus est magnus qui fit in violento exitu vaporis sicci ex nube prius aquosa et densa Alteru cuius sonus est minor ex collisione eiusdem vaporis a nube silentio

egressi ad aliā nubē rotā ubi sluiam. Alterū cuius sonus ē minimus proveniens ex extinctiōe eiusdē vaporis cū inflamatiōe ā rea nube egressi in altera nube densa humida et aquosa: sicut ferrū ignitū in aquā. Unde sciendū Tonitru aliud ēē forte ut cumulatas scindēs et Crepās. Aliud Debile ut spi:dens, sibilans et sufflans.

2da

In ea duo agit. Primo concludit Fulguris sive coruscatiōnis materiam eandem ēē quā tonitrui, atque fieri quādo exhalatio tenuis calida et sicca exprimitur et illiditur motuque suo rapidissimo veluti stupa inflamatur et fulgore suo oculos perstringit. 2. concludit. Prius et celerius fulgur ā nobis videri quā tonitru audiri licet hoc illud praecedat. Huius rei rō ipse sensus mor quia oculorum velocior ē sensus multū auditū antevertens. Quemadmodū ēm intellectus oēs sensus praecedit ita et visus ceteris sensibus spiritualior auditū anticipat. Et visus eam citius emulatur ā visibili quā auditus ā sono. Sonus ēm successive venit per realē motū ad auditum: sed visibile subito venit ad visum, ideo prius coruscatio nobis apparet posterius sonus tonitrui. Exemplum nobis ē de remigibus nā ā remo facta in aquis plagā sonus prodiens tum demū exauditur ab aspectantibus quādo iā 2do remi ad alterā plagā attolluntur Similiter cū bombarda exoneratur quamquam uno eodēque tpis quasi momento et accensi pulveris flama emicat et globus erupit, nihilominus prius lucem quā sonitū erumpentis globi animaduertimus. Similiter ē de hoīe ā longe se:

carte ligna qui tertio vel quarto lignū ferit interim vix primus sonus ad aures nr̃as defertur: nā sicut dū modo aperiamus oculos velut in instanti apprehendit obiectū n̄ sic audit sed multū tpris intercedit antequā sonus à longe ad aurē veniat.

TERTIA

In qua naām fulminis variam adeo et mirabilē ēē dicit vt vix rāo eius sufficiens reddi possit. Concludit ergo primo Autor nt naām fulminis ēē exhalatiōem calidā et siccā inflamatam in nube et ex nube expulsā. Rat: qa qñe tonitrui n̄ solū lumen exhalatiōis incensā resplendet deorsum sed etiā ipsa exhalatio seu ipsa maā inflamata deorsū descendit.

NOTA. Ad generat: fulminis tria requiruntur. Primo Vapor terrestris visco: sus et bene coadunatus. 2. nubes aquosa quia sicca n̄ permitteret conglutinatiōem partiū fieri nisi permiscerentur aqua. 3. Fortis bonū commotiōnis accensio in qua materiā illud concoquitur et in lapidē conuertitur.

N. 2. Fulmen à Coruscatiōe differt ideo qā maā fulminis magis descendit deorsū qā magis terrestris ē. Coruscatio autē n̄ qa coruscatio solū apparet no bis tpre tonitrui et n̄ descendit eius maā.

QVAERES. Quare corpora quæ fulmine percutiuntur prius moueantur quā fulmine percutiuntur.

R. Teste Ans: hoc ideo euenire qā quidā spiritus siue ventus præcedit fulmen et ille ventus præcedens fulmen mouet huiusmodi corpora, ventus ēn tali ratiōe n̄ percipitur qā n̄ ē coloratus.

QVAR: 2. Quo tpre anni generatur Fulmen Coruscatio et Tonitru

R. Tempore aestatis. Rat: quia materia istarum impressionum debet esse grossa tenacis et viscosa et calida materia potissimum elevatur in aestate quia tunc calor solis fortior est. Rat. 2. quia istae impressiones non fiunt nisi in materia adusta ex suo aestu. Sed adustio non fit nisi per fortem calorem qui est in aestate. Ergo. Saepe in Italia ubi fere perpetuus viget calor toto anno fulmina gignuntur. Non ita frequenter generantur in Vere vel Autumno, quoniam istae conditiones de quibus dictum est ex parte deficiunt. Hyberno autem omnes eiusmodi exhalationes non educuntur e terra cum frigore sit constricta ideoque neque fiunt hae affectiones.

Sciendum est quod aliud est tempus tonitrui in frigidis aliud in calidis regionibus. In frigidis regionibus raro tonat fortiter nisi Sole existente in Cancro et Leone quod fit in mense Iunio Iulio: ideo quia validus calor solis elevat vaporem aqueum et terrenum unde tonitrua generantur. In regionibus autem calidis fiunt tonitrua circa aequinoctia dum Sol est in ariete vel Libra quod fit in Martio et Septembre. Ratio quia tunc remissus est Sol et calidus et ideo magis aptus ad elevandos quam comburendos vapores. Dum autem Sol est in Cancro potius accendit quam elevat vapores.

QVAERES. Possunt ne aliis temporibus tonitrua fieri.

R. Possunt sed raro et signum mutationis dant. Hinc agrestes prognosticantur si tonitrua audiantur Sole existente in Capricorno et Aquario in signis Hyemalibus quod fit in Decembre et Ianuario intercurrent ventos per totum annum. Ideo enim tonitrua excitant multam materiam ventorum quae non facile absumitur et consumetur etiam per totum annum

2. concludit fulminis oes ēē spēes Ima ē Igniti ab ignea claritate aliter ardentis qā res contactas manifeste arte, idq oibus modis aut afflaē soli et levi minima lēdit comburendo: aut inflammando et accendendo ut redeat: aut comburendo et in cineres rediendo: 2. fumosi seu obscurantis qd solū ea quā tangit denigret. 3. spēes est sicci aliter discutientis quod dissipet dispergat et discutiat ea quā tangit.

CAPUT XI

Restant adhuc 4 elementa Meteora nimirū Corona Parallius Virgā et Iris Cap: prosequens et oes spēs. Ima de Corona. 2. De Parall 3. De Virgis.

PRIMA PARS CAP:

In qua concludit coronā seu halonem ēē circulū lucidū circa solem vel Lunā in nubibus aereis apparentem: sīc quomodo graecis iam dictum est superius.

QUERES Quid ēēt hæc corona prænuntiet R. Prænunciat enī. pluvias serenitatem et ventos: si ēn aequaliter dilabitur et paulatim interea evanescit sedē serenitatē si autē ñ extenuatur neq dissipatur sedē pluviā. si deniq ab una aliqua pte rumpatur ab eadē pte sedē ventū futurum.

2DA PARS CAP.

In qua de parallis tot ē imaginibus solis iuxta verū solē positis. fiuntq generantur qndo à latere solis ē nubes densa et rotunda et regularis 1ā aeque densa tenendū oes pōes et radiis solares refrāgūtq ad eā sicut ad speculū et faciūt in ea apparere quasi alium solem. sicd accidat ēē duas nubes consimiles in utroq latere solis tunc apparebunt nobis oes soles unus quidē verus et duo per similitudinem.

TERTIA PARS CAP.

In qua virgas quas alii perpendiculares vocāt lineas barbari funes tentorios solis alii atr. Concludit fieri ex solē in nube humida spargente guttulas in mare inaequalit tot ē una ex pte densa et humida altera ex pte humida et rara minusq humida

CAPUT XII

Ultimi Meteori Iridis videlicet naturam explicat hoc Cap: Cuius quidem Cap: tres sunt partes. Prima modum generandi Iridis docet. 2. prodigia et signa eius ostendit. 3. Colores recenset.

PRIMA PARS CAPITIS.

In qua concluditur Iridem fieri per refractionem radiorum Solis ab aere crassato ab aqua.

Est prima pars Conclusionis in solius signis. 1mo quia visus debilis frangitur ab aere ingrossato uti de Antiphone fertur qui ob imbecillitatem oculorum Idolum suum praecedere sibi videbat. 2 quia maiora apparent corpora Euro flante ideo quia ventus ille aerem inspissat. 3. quia tempore caliginoso astra videntur occidentia et orientia maiora quam in coelo existant.

Pars 2. pars Conclusionis scilicet refractionem fieri ab aqua. Si refrangitur visus ab aere inspissato. Ergo multo magis ab aqua. Conseq: a minori ad maius quia aqua magis est tanquam speculum quam aer.

Hinc elicere licet quid sit Iris. Est nimirum arcus multicolor in nube rorida opaca et concava ex radiori solis oppositi refractione apparens oculis reflexione spectantium. In qua definitione habetur forma Iridis arcus. materia nubes, motiva et Causa Efficiens reflexio radiorum Solis.

2DA PARS CAPITIS.

In qua prognostica ex inde ponit. Si ad meridie inclinet ut plurimu portendit grandes pluuias 2. Si autē circa occasū appareat leues pluuias indicat 3. Si deniq circa ortū surrexisse conspiciatur promittit serenitatem.

NOTA. Generale doctrinā quod habetur in Perspectiua Iris Solis Catraclismū excludit ī e diluuiū, qd et ex sacris quoq litteris certū ut liber Geneseos refert promissionē DEI post diluuium Cū obduxero cœlū nubibus apparebit arcus meus in nubibus et recordabor fœderis mei qd pepigi vobiscū et n erūt vltra aquæ diluuii ad delendā oēm carnem. Ratio autē naturalis ē Cur Iris Solis Diluuium excludat quia causatur Iris ex oppone radiorū solis ad nubē roridā, quæ quidē rorida ēē n pt maxīe. Quando ē magna frigiditas vel caliditas: sed temperamentū requiritur et tamesi nubes aquæ sint oneratæ n tn appareb ignis nisi maiore ex pte aqua diluatur. Hinc videmus post grandes pluuias Iridē apparere.

TLR

In qua ponit tres colores Iridis nempe Rubeū Viridē Cœruleū sive Al. bū. Alii addunt Flauum. Qui tantæ sūt admirationis ut in hanc diē a pictoribus exprimi n possint. Vnde autē causantur tradit breue tpus omittere. Epilogum habet tractationis Meteorologicæ nouā innuens ēē mineraliū quorū alia Mixta sūt inanimata perfecta et Fossilia ut

Inr

et Metalla lapides gemas } Alia Imperfecta ut Argentu viuu sulfur, etc.

LIBER IV CAP. I

Dicendu e de aia toto Cap: Tria tres pti. Ima dignitate et utilitate scie de Aia ostendit. 2. dicenda opponit. 3. Definitione eius adfert.

PRIMA PARS CAP:

In qua concludit prestantiore ceteris et vtilem ee scia de aia. Et prima 1a Concl: Quod scia hts certitudinem demonstrationis et nobilitate obiecti e prestantior ceteris. Sed scia de anima hts certitudinem } Ergo. Maior modus duplex inuenitur iuxta Arist: lib: 1 cap: 1mo de Aia. Quo indicare alterq de scia dignitate Alter e cognitionis certitudo qui certo constitit in modo procedendi Alter e nobilitas obiecti circa quod versatq aliqa scia. Minor pa aia ke qua ait ii sua scia e nobilior reliquis inferioribus de qbus reliq philos pres edisserunt. Habet quoq certitudine demonstrationis pa lectionis pratice prae: liter explicaoe est qua nostrina certissimaq e quod nos tot e ab eius cois ad operaoes ad eis ad aia procedi.

2a Concl: Quod nonimia scia de aia et vtilis. Et Illa scia e vtilis qa ad aliaru cognitionem plurima confert sed scia de aia e vtilis. Ergo. Maiore euidens. Minor inductione ptr. hoc vtilis Logica quatenus de o7

intellectus in quibus dirigendus versatur. 2. Talis Moralis Ethica quatenus explicat aiae potentias in quibus possunt esse virtutes et vitia. 3 Talis est Metaphysica quatenus docet intellectum supra omnia corporea elevare et intelligere intellectualia a Metaph: considerata. 4. Mathematica quatenus docemur in ea a materia abstrahere. 5. Physica praecipue illis partibus quae tractant de Corpore animato vegetabili et sensitivo. Non enim potest cognosci utrumque animum nisi cognoscendo aiam quae est principium omnium actionum rei animatae.

attingere.[+]

2da PARS CAPITIS.

In qua proponit de duobus nobis dicendum esse. Primo de natura aiae. 2. de operationibus eius quod quae operationes iuxta Auctorem sunt duplices. Aliae propriae soli aiae quales et in aia intellectiva inhaerentes. Aliae comunes aiae cum corpore quales et in organo materiali[+] inhaerentes et ab aia veluti fonte dimanabiles.

receptabiles[+]

TERTIA PARS CAP:

In qua 2 affert aiae definitiones, quarum prima est eiusmodi. Anima est perfectio corporis naturalis quod in se potestate vitam habet quae definitio non est diversa ab Aristot: 2. lib: de aia cap: 1 quae est talis Aia est Actus primus Corporis Physici organici potentia vitam habentis. Dico Actus id est perfectio quae vel est secunda habitualis et dicitur actus primus: vel 2dum verum et dicitur Actus secundus. Anima igitur est perfectio seu forma et actus primus corporis. Dico 2. Actus corporis Physici id est naturalis ad differentiam corporis artificialis. Dico 3. Corporis Organici per quam particulam

ponit differentiam aiae

ponit differam aid à formis inanimatorū, quæ et quidē Actus et perfectiones sunt corporū sed n organicorū. Dr potēa vitā habentis ad expellenda potean seminis.

NOTES. Hanc particulā ponimā potēa et illā primā Actus. Corpus em̄ sbt se p modū potē Anima autē p modū Actus qi ex anima et corpore fit unū per se tanqū ex Actu et potēa. NOTES. 2. dreß definitionē eē gnālem communemq n solū rōnali sed eān sensibili et vegetanti aid.

QVÆRES. Quid sit corpus Organicū. R̷ Qd in pābus dissimilibus sbt distinctas operaōes. V.g. Corpus hūm hbt oculos, aures p organa. Hæc autē singula hnt operaōes suas sirorē.

QVÆR. 2. Sitne idē organū et Instrumentū. R. Hæc eē distantia Organū em̄ ē qd hbt motorē intra: Instrumentū autē extra. V.g. Cor ē organū qa intra hbt virtutē movente sc. securis autē ē instrumentū qa hbt motorē extrinsecus velut manū Jacobi, Petri &.

Altera aid definitionem antequā adferat. Dtat adferendū eē ex eo qd oportet tradere definiōem n solū explicantē quid sit res sed eān reddendā caūā propr qd res sit. Atqui prior definitio explicat quid sit res. Ergo ē adferenda alia quæ explicet propr qd res sit. Ecā infert aliā definitionē aid hāc. Aia ē principiū vegetendi, sentiendi, loco movendi et intelligendi.

CAPVT II.

In quo agitur de potēis aid in gnāe aiue quidem duæ sūt pāes. Prima qd quadrupliciter in diversis viventibus

2ª potēnū rōnū seriē ponit. PRIMA PARS CAPITIS.

In quā ostendit in diversis viventibus potēas aid distingui quadrupliciter.

Primo em̄ vis agendi seu vegetativa potēa reperitur in his quæ terra gignit ut sūt plantæ. 2. In aliis simul inest Vegetativa et sensitiva, potēa

motiva sensitiva

ımo in sensitiua   Spes enim potentia appetendi potentiae sentiendi coniungitur. 2a probatur. Omne quod habet sensum alimenti habet et appetitum. Sed omne quod habet tactum habet sensum alimenti. Ergo omne habens tactum habet appetitum. Sed omne quod habet tactum habet sensum. Ergo omne habens sensum habet appetitum. Maior quia omne habens sensum alimenti habet famem et sitim. Sed haec sunt appetitus, quia fames est appetitus calidi et sicci, sitis est appetitus frigidi et humidi. Ergo omne habens sensum alimenti habet appetitum.

3. Potentia loco motiua inest aliis quibus inest sensitiua ut brutis.

4. Potentia intellectiua inest aliis praeter vegetatiuam, sensitiuam, loco motiuam ut hominibus. 2da

In qua animae potentiarum seu graduum uiuentium ordinem ponit quo pacto s. una ab alia separari possit et quo non. Primo igitur dicit vegetatiua potentia separabilis a omnibus reliquis ut manifestum in plantis. 2. Sensitiua numquam separabilis est a vegetatiua separabilis non a loco motiua et intellectiua ut in Conchis marinis patet saxis pertinaciter adhaerentibus. 3. Habentia potentiam loco motiuam habent sensitiuam potentiam et vegetatiuam separabilem non ab intellectiua potentia ut contingit in brutis et animalibus irrationalibus. 4. Habentia potentiam intellectiuam habent inseparabiles reliquas in illa ut manifestum in hominibus.

Hoc Capite disserit de anima Vegetante cuius vero operationes omnibus patent huius

Capitis ponit. Ima

Cap. ponit. 1ma generativam operationem. 2. Nutritivam. 3. Augmentativam.

PR

In qua dicendorum propositum facta premittit se ordinem servaturum doctrinae, quod est progredi a communioribus ad specialiora. Promisso tali facit, dum concludit primo tractandum esse de vegetativa eo quod videtur maxime communis inter alias quae actus inter viventes. Cuius quidem vegetativae duo consideranda invenit actus et obiectum. Actus ergo illius est illud generare et cibum sumere. Quod autem anima vegetativa sit actus generare. Probatur. Omne vivens naturaliter appetit divino esse. Sed assimilatio talis fit per generationem. Ergo et. Maior probatur. Omne imperfectum naturaliter appetit suam perfectionem. Sed omne vivens naturale est imperfectum in ordine ad esse divinum. Ergo naturaliter appetit assimilari esse divino. Similiter divinum esse est aeternum, generatio autem convenientia esse perpetuum simile producendo si non in esse generico saltem in esse specifico.

2 PR

In qua concludit aliarum actionum vegetativae animae nutritionem, seu nutritivam potentiam probatque hac ratione. Quidquid crescit vel decrescit illud fit beneficio alimenti. Sed nihil alimentum sumit nisi illud quod vivit. Ergo illud quidquid nutritur alimento vivit. Et per consequens necesse est nutritivam potentiam dari cuius nutritivae potentiae obiectum ostendit esse alimentum crudum vel concoctum quod in principio est dissimile substantiae animatae in fine vero simile quod scilicet in substantiam alitam transit. Functiones nutritivae potentiae sunt 4. Prima attractiva quae alimentum attrahit. 2. Digestiva quae alimentum digerit et in substantiam nutriti convertit. 3. Retentiva quae

retinet cibū aptū ad nutriendū 4. Expultrix quod superflua ex-
pellit. PER

In qua de augmentatrice potentiā ait quod ad debitā quantitatē corpus augmen-
tabile deducit. Et dix ad debitā quantitatē nā certe Ans[?]: nā dedit re-
bus nālibus certū terminū magnitudinis et parvitatis ita ut nemo viderit
hem maiorē cupresso aut minorē formica.

Cap: 4

CAPUT IV

Hic incipit agere de aīa sensitiva fusiusq in explicatō aggetioni sensitivi imo-
rabitur nimirū usq ad Cap: 11 huius secundi libri. Hoc Cap: presenti agit de
sensu in comuni. Cuius tres partes. Prima passivitatē sensus edocet. 2. Obie-
cta. 3. Sensuū externorū numerū comprobat.

PRIMA PARS CAPITIS

In qua concludit passivitatē sensus in comuni et modo videlicet passivū sensū
potentiā. Ratio. Sensus per se n̄ pt exire ad actū nisi excitetur. Ergo necesse
ē ut habeat illud scilicet actū obiecti à quo excitetur. Consequentia patet ad effectū.
Antec: similitudine. Sicut enī combustibile ē in potentia passivū tn̄ ē ad combu-
rendū actu tn̄ n̄ comburitur nisi adsit ignis qui possit comburere. Sic sensus ē
in potentiā passiva ad speciem recipiendā, tn̄ n̄ exit in actū nisi adsit sensibile
actu obiectū eiusmodi speciem producens.

2DA PARS CAP.

In qua de obiecto sensus duo facit. Primū quod differentiam ponit inter obie-
ctū sensus et intellectus. Obiectū quidē sensus ē singulare quod extra

atam sibi nũ ẽẽ. Intellectus autẽ ẽ Visile qd debet ẽẽ in aĩa.
2. quo dividit obiectũ sensibile triplicitur in Comune Propriũ et Per Accidens: quorũ duo nempe Comune et propriũ per se movẽt sensũ. Per Accidens vero movet per aliud. Propriũ sensibile ẽ illud qd ab uno tantũ sensu cuiusc sensibile percipitur. Vg. Sonus ẽ obiectũ propriũ auditus. Comune vero sensibile qd a pluribus pt percipi sensibus quale ẽ quintuplex, motus, quies, numerus figura et magnitudo. Vg. Motũ qui ẽ comune obiectũ percipit tactus et visus. Per accidens ẽ qd n̄ per propriã speciem movet sensũ sed per alienã. Vg. Joannes quatenus Joannes n̄ movet sensũ visus sed quatenus ẽ coloratus Vide dũ obiectũ per Accidens. TERTIA PARS CAP:

In quã concludit externos sensus ẽẽ quinq; Visũ Auditũ, Gustũ, Tactũ, et Olfactũ Ptr. Obiectã sensuu st 5. Ergo tot etiam st sensus. Conseq: quilibet enim sensus respicit suũ obiectũ. Anteo: Color qui ẽ obiectũ visus; sonus auditus, odor olfactus, sapor qui ẽ obiectũ gustus, tactile corpus qd ẽ obiectũ tactus. Ergo obiecta sensuũ st quinq. Conseq: patet ã sufficienti enumeraõe.

CAPUT V.

Hoc Cap: primũ sensũ externũ nempe visũ sibi patet. Prima obiectũ. 2. medium. 3. Potentiã visivã explicat. PRIMA PARS.

In qua concluditur obiectũ visus ẽẽ duplex Principale et Adæquatũ Principale ẽ Color, adæquatũ ẽ lucidũ. Rat. quidquid enim videtur sub ra

lucis videatur. Ergo lucidũ et obiectũ adequatũ visus. Lucidũ dr̃ Corpus in quo lux est vel Sol, stella etc. Lux ẽ est qualitas in corpore lucido tanquã in subiecto ut in Sole Luna etc. 2DA PARS CAP.

In quã concludit mediũ visus eẽ item debere perspicuũ seu diaphanũ qd qd duas p̃tes hbt. Una ẽ tanquã mat̃ qud ẽ apta recipit lumen et retalbus vt. ẽ ipsa raritas seu diaphaneitas corporis. Altera ẽ tanquã formale ẽ lumen qd ẽ qualitas a lucido corpore in diaphanũ seu transparens lumen diffusa. Unde per contrariũ dicuntur tenebrae privao luminis in corpore diaphano. TERTIA PARS CAPITIS.

corpus

In quã circa explicaoem potẽ visivẽ primo modũ videndi ostendit deinde de ea p̃blemata solvit, modũ ergo videndi eẽ tunc concludit quando formae lucidi movet actu perspicuũ aerem s. illustratũ et progrediens a re visa per illud diaphanũ usq ad pupillã oculi per illud visiva referens recipit ita ut speculũ imaginẽ se imaginat.

aquae

Problemata ora restãt. An sit oculus igne vel aque. Solvit eẽ aquẽ nãe siquidẽ ẽ perlucidus oculus. 2. Cur pupilla sit aquẽ et aereã nãe. Dicens. solvit aquã eẽ facilius recipiens et diutius retinens idola visibiliũ quã aerem qi facile dissipatur nec retinet speces visibiles. 3. Quonam se tueatur oculus aĩalis ab iniuria frigoris. Solvit in aĩalibus quidẽ sanguineis palpebris defenditur humore pingui In exanguibus aõ pelle duriori in oculo sita.

CAPUT VI.

2dum sensu auditus explicat praesens Cap: cuius tres sunt partes, Prima obiectum 2. Organum et medium auditus. 3. Vocem et eius definitionem exponit.

PRIMA PARS CAPITIS.

In qua concludit obiectum Auditus esse sonum qui fit ex collisione et percussione duorum corporum solidorum perveniens usque ad aures audientis.

Corollarium quo ostendit relationem soli quam Echo dicimus generari, cum quando sonus per äerem ferens incidit in aliquod corpus prohibens ipsum ulterius progredi quo prohibente per idem spatium revertitur repercussus.

2da PARS CAPITIS.

In qua medium auditus esse concludit principaliter aerem deferentem speciem soni ad auditum. Dico principaliter quia contingit quoque etiam audire aere per aquam sed cum difficultate propter suam grossitiem respectu äeris. Organum esse Tympanum contractum in interiori parte auris ex meninga seu denervo à cerebro procedente et äerem immobili ac omni sono carente. 3tia: PARS

In qua concludit vocem esse sonum aliis. Vox proprie necessario animatis improprie eo inanimatis ut tuba, lyra. Vox vero est repercussio aeris respirati id est attracti a pulmone, facta ab anima cum imaginatione ad arterias vocalem. Omitto particulares huius definitionis examinare ob brevitatem operis.

CAPUT VII.

Tertiū sensū Olfactū hoc Cap: explicat Cuius et tres pes. Prima explanat Obiectū. 2. mediū 3. Organum.

PRIMA PARS CAPITIS.

In qua concludit obiectū huius sensus ēē odorabile et inodorabile hoc ē tā[m] quid sensibile quā eius privationē ut visus lucē et tenebras, auditus sonū et quietē habet obiecta: ita odoratus odorabile et inodorabile obiectū habet quod quidem inodorabile intelligendū ē aut omnino expers odoris aut obtusum habet odorē aut male olentem. 2DA PARS CAP.

In quā concludit mediū Olfactus ēē aërem in terrestribus aīalibus, aquam vō in piscibus.

TERTIA PARS CAP.

In qua concludit organū Olfactus ēē duos processus mamillares ab anterioribus cerebri ventriculis procedentes, nervis mollissimis n̄ absimiles et summo narium ossi adhaerenti q[uo]d quidē organū hēt suū locū prope oculorū concavitatem.

CAPVT VIII.

Quartū sensū Gustū videlicet exponit hoc Cap: cuius partes et tres. Prima Obiectū. 2. mediū. 3. Organū continet PRIMA PARS CAP.

In qua sciās Obiectū Gustus ēē Saporē qui ē affectio seu qualitas corporis mixti à sicco terestri in humido aqueo per calorē generata. 2DA PARS

In qua sciās mediū gustus ēē carnem, linguae spongiosā et porosā saliuā vō esse vehiculū saporū ad nervū quo sensatio exercetur. TERTIA PARS

In qua sciās Organū gustus ēē duos nervos in medio linguae inflexos qui

per plures ramos sparguntur in extremitatibus lateralibus linguæ.

CAPUT IX

Ultimum sensum externum Tactum nimirum explicat hoc Cap: cuius sunt duæ partes Prima assignat obiectum. 2. medium et Organum.

PRIMA PARS CAPITIS

In qua scias Obiectum tactus esse quatuor primas qualitates Calidum Frigidum Humidum et siccum. et secundas quæ sunt Asperum, Leue, Durum, Molle, Aridum Lubricum, Lentum, Friabile.

2DA PARS CAPITIS.

In qua scias medium esse Cutem et carnem: Organum uero Carnem neruosam per totum corpus diffusam.

CAPUT X.

Explicatis externis sensibus attendit interiores quos sensus sensum videlicet communem et imaginationem explicare hoc Cap. Cuius sunt partes 2. Prima de sensu Communi. 2. de imaginatione

PRIMA PARS CAPITIS

In qua concludit dari sensum interiorem communem cuius sunt tria officia Primum sentire se operari actus sensuum externorum Vg. Dum aliquis sentit se videre, audire hoc habetur sensu communi. 2. discernere obiecta diversorum sensuum Vg. quod album non est dulce sonorum non sit odoriferum. 3. Apprehendere rem in loco in quo non est sed futuram esse Vg. Dum sagitta cadit deorsum sensus communis apprehendit eam in loco inferiore in quem non cadit

sensus communis apprehendat ne sensibilia communia. R. non obstat: enim sen-
sibilia communia n ideo dicuntur communia quod ad sensum communem pertineat, sed
quod a pluribus sensibus exterioribus percipiantur.
In 4a concludit dari potentiam imaginationem cuius officium est ut species a sensu com-
muni acceptas veluti in thesauro conservare.
Nota praeter hos duos interiores sensus a Mag: Alberto tertium Estimationem
4. Phantasiam. 5. Memoriam annumerari.

Incipit iam Autor agere de anima intellectiva duobus Cap: Praesentis Cap:
statuit esse potentiam. Prima in prima de intellectu ut est in potentia. In 2. de Intellectu
ut est in actu. In 3. de divisione eius.
In prima Concluditur Intellectum esse in potentia ad omnia intelligibilia. Ratio. Sicut sese habet
sensus ad obiecta a quibus moventur ita intellectus ad ea quae possunt intelligi. Sed
sensus est in potentia ad sua obiecta. Ergo et intellectus. Ad cuius rei eviden-
tiam sciendum intellectum dici esse in potentia in genere intelligibilium i in genere entium
prout est potentia perfectiva et cognitiva. denique esse in potentia intellectum quia
ante potest intelligere licet ex se nullis imaginibus sit consignatus licet non potest consignari.
Est enim tamquam tabula nuda in qua nihil depictum est, sed potest depingi.
Corollarium quod ducit ex eo quod sit in potentia ad omnia intelligibilia nullo modo
intellectum permixtum esse corpori quia operaretur cum corporeis qualitatibus afficie

qa ei esset aliquod in corpore deputatum organum quod non constat.

2

In qua Concludit intellectum in habitu esse res ipsas intelligibiles seu actu habere earum species. Vt ille habet qui actu scit et contemplatur quamvis non operetur actu. Infert corollarium quo docet differentiam sensus et intellectus: sensus quidem est permixtus corpori. Intellectus ab illo separatur: Deinde sensus laeditur ab excellenti sensibili: Intellectus vero non ab excellenti intelligibili laeditur. Et huius ratio est. Quia sensus est affixus organo et excellens sensibile alterat organum quo alterato vel debilitatur vel destruitur sensus. Intellectus vero non est affixus organo et ideo excellens intelligibile non potest alterare nec debilitare nec corrumpere intellectum imo efficit et reddit potentiorem ad intelligendum. TERTIA PARS CAPITIS.

In qua duplicem esse intellectum concluditur Agentem et Possibilem. Agens est qui abstrahit speciem a phantasmatibus et reponit eam in intellectu possibili. Possibilis est qui ab intellectu agente species recipit.

Continet hoc Cap: tres partes. In prima agit de operationibus intellectus. In 2. de Analogia eius ad sensum. In 3. de divisione intellectus in Contemplativum et Practicum.

PRIMA PARS CAPITIS

In qua concluditur triplicem esse operationem intellectus nempe simplicium apprehensionem Compositionem atque Divisionem et Discursum. 2DA PARS CAPITIS

In qua per Analogiam ad sensum intellectum explicat applicans ea quae [illegible] intellectui

quid sirunt sensui. Primo autem inest sensui aliquid percipere quasi quoddam dicere: sed dicere ē actio simplex in quantū dicens simpliciter ex̄primit dictum. Ergo ita sensus uno apprehendit sensibile sine compōe eius cū alio. Ubi Analogia facta quemadmodū sensibilia agunt sensū imprimendo ad speciem sensibilem ita intellectus per suos phantasmatibus recipit species intelligibiles. 2. Quemadmodū sensū subsequitur delectatio et dolor. Delectari n̄ et dolere ē potentiā sensitivā converti ad bonū vel malum: Ita intellectus apprehendens aliquod bonum vel malū absq sensibus quodq movetur, vel impeditur ad deliberandum de re prosequenda vel fugiendā, vel sensibilibus præsentibus. Vel solā phantasiā de futuris cogitante et alia cum aliis conferente. 3. Ut sensus apprehendens sensibile sub specie iucundi vel molesti excitat sensitivum appetitum sic intellectus iudicans obiectum apprehensum esse bonū vel malum per propositionē affirmantē vel negantē movet voluntatem.

TERTIA PARS CAPITIS.

In quâ concluditur intellectū dividi in Speculativum et Practicū. Contemplativus est qui totū intelligit et ratiocinatur propter cognitionem ut res vere cognoscat unde finis eius est scire quid nimirū sit verū quid falsū. Practicus qui intelligit et ratiocinatur propter opus ut agat et efficiat id quod bonū esse intelligit.

CAPUT XIII.

Hoc Cap: ultimo agit de potentiâ loco motivâ cuius sunt duæ partes. In primâ principium motus progressivi animalis edocet. In 2da Concurrentia ad motū animalis explicat.

Sciendū autē vltimo loco de hac poteā agere ideo qā progressio de loco n̄ fit nisi su-
bita notitiā sensus aut intellectus. Absoluta itaq tractatione sensitiuā et intellectiuā
de hac vltimo loco est dicendum. PRIMA PARS CAP.

In quā primo concluditur Vegetatiuam potentiam n̄ posse esse principium mo:
tus a(nima)lis progressiuū. Pbtr Quia motus progressiuus semper fit cū appetitu et imaginatiōe
Sed vegetatiuā potentiā n̄ stt appetitum et imaginatiōem. Ergo 2 dū Pbtr Quā fuga et
persecutio appetitui conuenit. Sed motus progressiuus semper fit ad aliquid persequendū
vel fugiendū. Ergo semper fit cū imaginatiōe et appetitu motus progressiuus. 2. Conclu:
dit Nec oem potentiam sensitiuam eē principiū motus progressiui qā sunt quędā a(nima)lia infi:
xa quę sunt in eodē loco manēt. Concludit 3. Principia intrinseca motus progressiui
et intellectum Practicū et Appetitū: veni ita vt sub intellectu contineatur etiam
imaginatio quidā enim brūtis praetermissā cognitione intellectus sequūtur imaginatiōem sius
mouētur ad quidpiam faciendū vt et a(nima)lia nis expertia. Vltimo concludit ima:
ginatiōem et intellectū mouere cū appetitu. Pbtr. Quia quoties mouetur aliquid
iuxta intellectū mouetur etiā iuxta voluntatem. Ergo et iuxta appetitū. Conseq:
clara ex eo qā voluntas est quidā appetitus qui sine intellectu motus dīr cupiditas.
Sed eo differunt qā intellectus in appetendo semper rectus est. Imaginatio vero et cupi:
ditas modo rectā, interdū n̄ qā quandoq feruntur in bonū verū quandoq in apparens.

2DA PARS CAP.

In quā ad motū a(nima)lis concurrentia ponit tria. Mobile, Mouens et Instrumentum
motus. Mouens vero duplex: Aliud mouens immotū: Aliud mouens et motū simul.
Quod erit in motu a(nima)lis sit. Mouens quidem immotū bonū nimirū appetibile quod mouet
appetitū in genere causę finalis. Est eā in motu a(nima)lis mouens motū ipse nempe appetitus
qui mouetur ab appetibili bono n̄ quod ē verē motus sed actus qui dīr appetitio. Est

porrea in motu aāli mobile, ipse nimirū aāli corpus. Vltimo Inli hoc inrom:
menti qd corporeā nāt quo sit motor illa motū est attribuendū.

Et hæc dicta sufficiant in explicationem Physicā Jacobi Car:
pentarii pro mē cponis.

Finita hæc lectio 2. Martii Comū tide Hyemali Anō 1640

Cedat hic labor ad laudem et gloriam DEI Oīpotentis, Virgi:
nis B. Studiosorū Patronæ, Sanctorumq omnium honorem

Errores si qui irrepserint in margine correctos lege.



Professores quamcunq artē tractare incipiunt, multis elogiis
et accurata cōmendationis laude eā adornare consueverunt.
Credo non alia est causa nisi ut Aud: animos ad subeundum la:
borē invitent et alliciant generosos. Nihil boni nobis est faci:
endū, luce em̄ meridiana clarius nobis constat, non tantū ex
rerū oīum experientia Magistra utilitas et dignitas Dialecticę
verū etiā ab ipsa rerū natura parente et Efformatrice incredibi:
lis eius necessitas commendatur. Est em̄ clavis oīum scientiarū
et quasi vestibulū in arcē sapientię properantibus constitutū.
Huius em̄ ope et auxilio alię oēs scientię indigent. Quā nos
cū senserim⁹ ad altiora studia sapientię progredimur tanquā
Ducē et Antesignanū Jacobū GORSCIUM noscere cu:
pimus eligimus.
Labori nr̄o summa potestas et in Cœlis et in terris DEUS

ter Op: Max: annuat, B. VIRGO Patrona studiorum nostro:
rum in progressu nos iuvet. Indigetes Cœli D. Cantius. S. Hya;
cinthus pro nobis divina Maiestate exorent, dum methodum nostræ
tractationis, necessitate Dialecticæ, totius Operis divisione et
explicatione aggredimur.

Quæ est Forma sive Methodus tractationis?

Philosophi duplicem Methodum statuunt seu viam procedendi
in una quaque scientia. Una Compositiua Altera Resolutiua.
Compositiua est. Quando á minimis et imperfectissimis ad maxi:
ma et perfectissima componendo devenitur. V.G. Cum puer in
Grammatica ab elementis et his ad Compositionem syllabarum
ab his deinde ad dictiones, á dictionibus ad Orones progreditur.
Resolutiua est. Quando totum aliquod in suas partes resolui:
tur. V.G. si Orão in suas partes Exv: Prop: [illegible] resoluatur.
Nostra Methodus est Prudentis Dialecticæ. Cum Autore
nro Compositiua. Ita á vocibus simplicibus V.G. prædicabi:
libus, prædicamentis ad Enunciationes, et ab his ad Syllo:
gismos procedemus.

Quæ est Necessitas Dialecticæ?

Necessario inventa est Dialectica per quam intellectus noster veritatis cognitionem rerum naturam et essentiam earumque principia, Causas proprietates, partes earumque accidentia pervestigare posset.

Quomodo hoc praestare potest Dialectica.

Beneficio trium Operationum Intellectus. Hoc est. Vel recte simplici modo apprehendendo et haec dicitur prima Operatio. Vel recte aliud de aliquo enunciando, componendo, dividendo et haec dicitur 2da Operatio. Vel recte argumentando et haec dicitur tertia Operatio. Et ideo Dialectica est necessaria ad alias scientias.

DIVISIO OPERIS.

Totam hanc Dialectices tractationem Autor decem libris est complexus. Et in primo quidem libro definit, dividit, Dialecticam, Officium, Subiectum, finem et usum eius explicat, quinque praedicabilia enumerat. In 2do Praedicamenta explicat. In tertio Definitionem et Descriptionem examinat. In quarto ipsam docet divisionem. In quinto Locos Dialecticos et argumentum considerat. In sexto. Quid et quotuplex sit Quaestio, seu problema edisserit. In septimo. Quid pronunciatum quotuplex et quae natura eius perpendit. In Octavo quid Argumentatio et quot eius partes sunt determinat. In

Nono Demonstrativum Syllogismu expedit. In Decimo Sophistica et captiosa Argumentatione describit.

Liber primus.

Diuiditur hic liber in duas partes. Prima habet definitionem, Diuisione Dialectica, Quod sit eius Subiectu, Officiu, Finis et Vsus.
In secunda parte. Prædicabilia enumerantur et definiuntur

Quibus nominibus appellatur Dialec.

Philosophi eius Etymon deducunt à Græco verbo ΔΙΑΛΕΓΕΣΤΕ quod sonat disputare seu disserere. Vnde dialectica varijs nominibus appellare voluerunt. Plato lib primo de Repub: Disciplinarū disciplina et Methodu appellauit. Arist: Organū et Instrumentū. Peripatetici Logica. D. Augustinus Apice disciplinarum ea appellauit. Vnde quamuis hæc nomina sint diuersa vnu tamen quid sonant Arte scilicet disserendi.

Quid est Dialectica?

Variæ definitiones reperiuntur apud Philosophos Dialecticæ. Autor nr sic eã definit:

Dialectica est ars quæ de re quavis propositâ probabiliter et in utramq partē disserere pt.

Cicero in Oratore sic eã definit. Dialectica est ars benè disserendi: Hoc est Ars quæ docet oẽs formulas disserendi vel nota ex ignotis eliciendi.

Quomodo dividitur Dialectica?

Alia est τοπικη Alia κριτικη est Alia est Inveniendi Alia Judicandi

Inveniendi sive Topiki est. Quæ locos de quibus argumenta tanquã de thesauris depromuntur, ad disputandū de re quavis in quæstionē vocata demonstrat.

Judicandi sive Kritiki est Quæ argumenta ex locis derupta diligentiùs expendit et examinat.

Judicandi quotuplex est?

Triplex. Prima Apodictika seu Demonstrativa quæ ex primis certis necessariis concluditur. 2da Dialectica quæ probabiliter

in utramq partē disserit. 3tia Sophistica quæ falsū semper infert.

Danturne aliæ Divisiones Dialecticæ?

Dantur. Alia enim Dialectica est Naturalis, Alia Artificialis. Naturalis est quâ homo naturaliter utitur in cogitando. Seu Est naturalis quidā instinctus, cuius beneficio etiā rustici disserere solent.

Artificialis est habitus quidam scientificus per quē possumus vera á falsis certa ab incertis dignoscere.

Artificialis Dialectica quotuplex est?

Alia est Docens Alia Utens.

Docens quæ docet definire, dividere, et argumentari.

Utens est quæ applicat sua præcepta (nobis cognita alteri scientiæ.

Quis est Usus Vocis Dialecticæ?

Multiplex est usus Dialecticæ. Primò sumitur pro tota arte, quam nos Logicā appellamus. 2do pro ea parte tantū quæ Iudicativa dicitur, quā nos triplicē assignavimus, Apodicticā, Dialecticā et Sophisticam.

Quæ est Differentia inter Logi: et Dialect:

Hoc statuitur discrimen quia Logica est Communior, hoc ē, latius patet et extendit se ad Grammatica, Rhetori:. Dialecti:

ca

ea vero strictius, id est pro sola mente disserendi sumitur ideo Grammatica et Rhetorica appellantur communi nomine LOGOS quia versantur circa sermonem et Orationem.
Unde inter Dialecticam et Rhetoricam hanc rejar esse Diffam. Zeno Princeps Stoicorum Rhet: palmae Dialecticam pugno simi: lem esse dixit: quod Rhetorica latius loqueretur, strictius Dialec:

Quod est Subiectum seu Materia Dia: lecticae.

Quinque sunt celebres opiniones de Subiecto Dialecticae.
Prima est D. Thomae Ens rationis pro subiecto asserentis. Cuius fundamentum est quia Logica est de secundis intentionibus. Secun: dae intentiones sunt Entia rationis. Ergo Ens rationis est Sub: iectum seu Materia Dialecticae.
2da Opinio est Scoti et Egidii qui statuunt Obiectum Diale: cticae Syllogismum. Fundamentum est commune. Quia habet eviden: tem Consequentiam seu illationem Consequentis ex Antecedente. Talis autem est Syllogismus. Ergo Syllogismus est Subiectum Dialecticae. Nam scilicet dantur aliae Species Argumentationis non concludunt nisi in vi Syllogismi ut docet Aristoteles in li: bris priorum.
3tia Est Opinio. Alberti Magni et Avicennae qui statuunt

pro

Obiecto Argumentationem. Quorum fundamentum est: Quia Dia:
lectica tradit modum procedendi seu ex noto ad ignotum deueniendi
non per solum Syllogismum sed per quamcunque Argumentationem.
4ta Opinio est Nominalium hoc est Recentiorum qui affirmant
Obiectum Dialecticae Operationes Intellectus. Fundamentum
est eorum quia Logica dirigit Operationes Intellectus. Ergo
sunt Obiectum Logicae.
5ta Opinio Authoris nostri qui statuit pro Obiecto Dialecticae Res
omnes quaecunque in disputationem cadere possunt. Fundamentum eius
est ex Aristotele, a quo Ars Artium, Scientia Scientiarum voca:
tur, quod etiam omnium principia quaestionem vocare conueniunt.
Ad reconciliandas has opiniones sciendum est in scientiis Subiectum
varium et multiplex esse. Vel prout est Communissimum quod
se extendit ad alias scientias. Vel prout est Principale
de quo est primaria in scientia intentio. Vel prout est Adae:
quatum quod neque excedit scientiam neque exceditur ab ipsa.
Vel prout est Totale quod toti scientiae competit.
Respondeo igitur. Divum Thomam posuisse Obiectum Ens
Rationis tanquam Communissimum. Scotum posuisse Syllo:
gismum tanquam Principale. Albertum Magnum posuisse Ar:

gumentationem

gumentationem tanquam Adaequatum Obiectum. Nominales et Autorem nostrum posuisse tanquam Totale.

Quod est Officium Dialecticae?

Primum Est rectè, ordine et perspicuè docere. Secundum, Omnia adhibere quae tantum requiruntur ad probabiliter concludendum, neque enim semper fit concludere probabiliter, sicut nec Medicus curare semper, nec Orator semper persuadere: verum nihil ad sanandum aut medendum omittere, nihil ad persuadendum negligere. Sicut illud Medici est: ita hoc industrii Oratoris. Potest autem hoc munus cum varijs modis peragi: tum potissimè definiendo, dividendo, et argumentando.

Quis est Finis Dialecticae?

Magnam cum Officio cognationem habet Finis. Qui est probabilis Conclusio. Neque enim alium finem spectat Logicus nisi ut probabiliter concludat.

Quid est Probabile?

Frequens est huius vocis usus. Probabile proinde necessarium duxi explanare quid sit. Est igitur probabilis Conclusio quae conficitur ex his, quae aut alijs probabilia et verissimilia esse videntur ut DEUM, Parentes, Praeceptores esse colendos. Aut

plurimis ut mundum divinâ providentia gubernari. Aut sapientibus idque vel ortus ut Deum curare res humanas. Vel plurimis ut virtute non satis esse ad bene beateque vivendum ut Peripatetici sentiunt.

Pars 2da Lib: primi

PARS LIB: Imi 2DA

Quid est Prædicabile?

Est vox quæ de multis prædicari potest. Hoc est, quæ rebus multis attribui potest ut aal prædicatur de Homine, Leone, Asino, bove. Sic virtus attribuitur iustitiæ fortitudini.

NOTA. Excludi illas voces, quæ Amphibologiam in se quandam habent, quæ licet de pluribus prædicantur, non tamen prædicabilia vocantur, quia non prædicantur secundum eandem rationem et modum. V.G. Taurus dicitur de bove, de sydere cœlesti, de monte eiusdem nominis, sed secundum diversam rationem et naturam.

Quot sunt Prædicabilia?

Quinque Genus, Species, Differentia, Proprium et Accidens. Nonnulli addunt Individuum. Duo enim volunt esse genera Prædicabilium. Unum quod de pluribus dicitur et sunt quinque

Alterum

Alteri quod non pt dici de pluribus sed tanti de uno ut est Individuum.

Quid est Individuum?

Individuum lato modo sumptum sic definitur. Individuu est qd sensu quopiam deprehendi pt et talia sit oia generabilia et corruptibilia; Seu quaecunq Machina mundi habet ut elementa ex elementis composita, quorum sensus est non aute intellectus. Alii sic definiunt Individuu. Quod de uno solo pote praedicatur ut Socrates, Plato, Aristoteles.

Quotuplex est Individuum?

Duplex Determinatum seu Certum et Vagum.

Determinatu est quadruplex. Nominatione qd per proprium nomen exprimitur ut Petrus Paulus etc.

Demonstratione quod per Pronomen demonstrativum explicatur ut hic homo, hic equus &.

Circumlocutione quod fit per Periphrasim seu proprietates rei competentes determinatur ut Troiani belli scriptor, i.e. Homerus

Suppositione quod posita aliquâ conditione significat rem particularem ut B. Virginis Filius, id est CHRISTUS.

Vagu Individuu qd sicat rem particularem sed inconfuse

Seu

Seu circa quod vagatur intellectus noster ut quidā homo, quidā studiosus.

Quid est Species?

Cū Autor disputat de Specie duo agit. Primo ordinē Speciei ostendit. 2do Definitionē et Divisionē adfert.

Quantum ad primum. Autor de prædicabilibus incipit à Specie propterea qd proxima sit Individuis, quippe ex his colligatur. Etenim Intellectus noster videns multa Individua eandē naturā et proprietates habentia, unā formā et imaginem Speciem ex illis multis conficit, quam apud se retinet perpetuo, ad quam et oīum Individuorum naturam atq vim depingit, eius naturā talem esse iudicans qualē in illa formā intuetur. V.G. Sensus nr videns Paulū, Ioannem et alios quam plurimos eiusdem natura æque esse visibiles æque esse rationales, æquè societati aptos iudicat, horū autē omniū imaginem vel formā in mente habet, statim secundā eam formam oēs Individuos, hnēs pingit. Itnēm esse tale aal quod sit unis particeps, visibilis, videntiens.

Quantum ad secundum. Species ab Autore sic definitur. Est species quæ dividit genus ut homo, dividit

animal

animal in rationale et irrationale.
Alii sic definiunt Speciem. Quæ sub assignato Genere ponitur ut iustitia sub virtute, leo sub animali.

Quotuplex est Species?

Duplex Infima seu Specialissima et Subalterna
Infima est. Quæ cum sit Species Genus esse non potest, quia sub se alias Species non habet ut homo sub quo omnia Individua continentur.
Subalterna est quæ et Genus et Species esse potest ut Animal, Vivens, Corpus.

Quot sunt proprietates Infimæ Speciei? Tres.

Prima. Prædicari de pluribus numero differentibus ut homo prædicatur de Ioanne Paulo etc.
2da. Non dividit in Species sed tantum in Individua ut unum alius est Petrus, alius Paulus, alius Sigismundus.
3tia Semper esse Speciem nunquam Genus ut Homo.
Namque Subalterna Species et Genus et Species esse potest, Genus respectu inferioris, Species respectu superioris.

DE GENERE

Posita Specie Autor descendit ad Genus quod primo definit, deinde dividit.


Quid est Genus?

Quod de pluribus Speciebus differentibus in eo quod quid est prædicatur.
Vel sic. Quod sub se Species diversas complectitur ut Animal, hominem leonem et Asinum. Virtus iustitiā, Temperantiā, Flos rosam, lilium et amaracum.

Quotuplex est Genus?

Duplex Summum seu Generalissimū et Subalternum.
Summum est supra quod non est aliud Genus. Seu, Quod cum sit Genus Species esse n' sit respectu alterius. Et talia Genera sunt decem Prædicamenta ut Substantia Quantitas, Qualitas &.
Subalternum Genus est Quod sub alio Genere se continere positum est Seu quod et Genus et Species esse sit ut Corpus respectu Substan: est Species, respectu Viventis est Genus, Vivens respectu Corporis est Species, respectu aliis est Genus.
Sciendū est. Dari quasdam voces quæ istis Generibus multo communiores et superiores esse censentur et ob id transcendentia vocantur ut sunt Ens, Unum, Bonum, Verum, Res, Aliquid et horum contraria. Nam et Substā et Quantitas et cæteras Prædicamenta Entia dicuntur in eo tū differunt, quod Substantia sit Ens per se Quantitas autem vel Qualitas et alia Prædicamenta sunt Entia per Accidens, neq enim possunt consistere nisi beneficio Substantiæ.

Sciendū 2do Genera Subalterna ēē illa quæcunq media st inter Genus Generalissimum, et Speciem Specialissimā. Quod te melius hæc figura quā Arborē Porphirianā vocamus docebit.



Debet legi n̄ Viuens sed Corpus quod sub Substātiā ponitur

DE DIFFERENTIA.

Generum et Specierum tractationem ea sequi debet: quæ dividit Genera in Species tanquam in suas partes: hoc autem præstat Diffa Ergo de ea agendum est.

Quid est Differentia?

Quæ prædicatur de pluribus Specie differentibus, in eo quod quale quid est. Ut quærendo quale quid est homo: recte respondetur rationale.

Quotuplex est Differentia?

Duplex Accidentalis et Essentialis.

Essentialis est quæ dividit ea quæ sub eodem genere collocantur. ut Rationale et Irrationale: dividunt hominem et brutum posita sub Animali.

Differentia Essentialis iterum quotuplex est?

Duplex. Divisiva et Constitutiva

Divisiva est quæ Genus in Species et formas diversas dividit ut Substantiam dividit in Corpoream et Incorpoream. Corpus in Animatum et in Inanimatum, Vivens in Sensibile et in Insensibile.

Constitutiva quæ applicata ad Genus constituit Speciem ut rationale addita Animali constituit Speciem idest hominem.

Quid est Accidentalis?

Quæ procedit ex his velut quæ ita insunt alicui ut etiamsi detrahantur nihilominus tamen suam Substantiam integram retinere possint: quo pacto Cicero differt à Catilina: quia Cic: fuit Civis bonus patriæ, Catilina autem Coniurator et oppressor.

Quotuplex est Accidentalis Differentia?

Duplex. Communis et Propria.
Communis est. Quia alter ab altero differt Accidente separabili ut sitis a lecto, Socrates senex à seipso puero.
Propria est quæ alter ab altero differt Accidente Inseparabili, ut Caesiis oculis et simo naso, differt ab eo qui glaucis oculis et aquilino naso fuerit.
Addunt alii Specificam differentiam sed hanc nos Essentialem esse diximus quam Valii vocant Maximè propriam, idem autem significat quod et Essentialis. Unde propter suam naturam maximè continuit hoc prædicabile ut rationale, ratione enim à cæteris animantibus differimus.

Unde Differentiæ rerum sumuntur?

Ex diversis fontibus potissimum tamen ex locis Dialecticis ut Definitione, Genere, Specie, numero, proprio, Coniugatis, notatione, a toto à partibus, à simili, à differentibus, adiunctis, antecedentibus, Consequentibus, repugnantibus, Contrariis, [illegible]

bus, correlativis, contradicentibus, causis, forma, Effectibus, fine Comparatis et aliis.

DE PROPRIO

Auctor naturam proprii explicaturus primo definitionem eius affert. 2do distinctam à differentia ostendit. 3tio modos Proprii enumerat.

Quid est Proprium?

Quod de ea Specie cuius est Proprium et individuis eius praedicatur ut de Petro Paulo, in quale quid ut habere potentiam ridendi de homine: benè enim dixeris, homo est risibilis, Petrus est risibilis.

Quomodo differt Proprium à Differentia?

Quod proprium cum ipsa Specie recurrat ut Omnis homo est risibilis, et omne risibile est homo.

Differentia non item nam benè quidem dixeris. Omnis homo est rationalis. Male autem omne rationale est homo. Nam et Spiritus ipsi sunt eius participes, qui non ratione ab homine differunt, quod est illis communis cum eo, sed quod incorporei sint, immortalesque.

2do differunt quod Proprium sit unius tantum Speciei: Differentia pluribus competit ut ridere soli homini competit, ratione autem vel etiam caelestibus spiritibus.

Tertio quod differentia ad constituendam rei naturam sit ne:

cessaria, neq par rei. Proprium autē tantū aptitudinem quan:
dam significat.

Quot modis accipitur Proprium?

Quatuor: Primo. Quod soli alicui competit Speciei sed non omni ut Medicū esse, Poetam, Oratorē soli hōi sed tñ n̄ oī.
2do Quod competit oī Speciei sed non soli ut bipedem esse omni homini. Sed non soli nā multa animantia presertim autē aves st bipedes.
3tiô. Quod oī soli sed non semper ut hōi canescere sed tantū in senectute.
4to. Quod oī soli et semper competit ut esse risibilem semper competit hōi, Leoni negitē.

Obiicies primo. Contra tertiam proprietatem. Caetera astia Canescere dicuntur. Ergo non solus homo pt canescere.
Resp. Hoc potius albescere vel grisescere Canicies em à Candeo duc, hinc illud Cana fides.
Obiicies 2do. In iuvenili aetate etiā canescunt. Non solū in senectute.
Resp: Caniciem multis de causis induci primo ob tristitiam et moerorem hinc illud:

Cura facit canos quamvis homo nesciat annos.
2do ob nimiam et acrem in pervestigando et agitando subtilitatem inde illud Boetii. Intempestivi funduntur vertice cani.
3tio ob humiditatem cerebri et intemperatã complexionem, qualis est flegmatica et melancholica, utraq ẽm est frigida.
4to Ob senectutem quãdo cum calido radicali vix deficiat et abundat frigiditate causat caniciem.
Obiicies. Contra proprietatem quartã. CHristum Dnum in vitâ nunquam risisse, Heracliti Philosophum, Crassum et Catonem semel in vita risisse. Ergo risus neq semper neq omni competit.
Respondeo. Hoc ẽẽ intelligendum non actu sed potentia licet ẽm Christus Dnus et alii non riserunt, potentiam ridendi tamen habuerunt.
Obiicio. Ex risu quosdam exanimatos fuisse ut Diagora Rhodius, Comicus et Tragicus Poeta Philipides. Ergo non est proprium omni ridere.
Resp. modũ in omnibus servandum, oẽ ẽm nimium est naturæ inimicum.

Nosse breviter Zoroastem Regem Bactrianorum ex quâ natus est die risisse quod fuit praesagium futurae scientiae primus enim dicitur artes magicas invenisse.

Quid est Accidens?

Quod potest adesse vel abesse alicui praeter aliquod incommodum ut candor à pariete, nigredo ex facie fabri.

Duplex est Accidens Separabile et Inseparabile.

Separabile est quod facile à re cui inest separatur ut laetitia tristitia à corde somnus à dormiente.

Inseparabile est quod aut nunquam aut non facile separari potest ut candor à nive, nigredo à Corvo.

Scias enim posse nigredinem separari à Corvo cogitatione seu imaginatione, non autem re ipsa.

Conveniunt quidem in eo Praedicabilia quod praedicentur de

pluribus differunt quia Genus praedicatur de pluribus specie differentibus Species de pluribus numero differentibus. Haec autem duo differunt ab aliis quia haec praedicantur in quid alia vero in quale.

Porro Proprium ab Accidente differt quia proprium convenit uni. Accidens multis, ut risibile soli, hinnibile equo, candor autem plurimis. 2do quia proprium semper convenit. Accidens autem non item sit enim adesse et abesse.

+Proprium

Liber 2dus:

Natura Praedicabilium explicata: Summa Genera decem quae Categoriae dicuntur aggreditur Autor, et primo quidem breviter explanat quid sit Praedicamentum seu Categoria, unde dicatur quia ratione aut consilio Praedicamenta sint instituta: quomodo differant à Praedicabilibus: deinde singulas Categorias in specie persequitur.

Quid est Prædicamentum?

Est classis seu ordo in quo res omnia includuntur ut alia infimum, alia medium, alia supremum locum teneant.

Quare dicitur Cathegoria?

A Græco Categorizo quod sit dici et appellari et aliquid de aliquo enunciari ut Catonem esse recentem et Reipub: studiosu.

Quot sunt Prædicamenta seu Summa Genera?

Decem. Substantia. Quantitas, Qualitas, Relatio, Actio, Passio, Ubi, Quando, Situs et Habitus

Horum exempla hoc disticho comprehenduntur:

Arbor sex servos fervore refrigerat ustos
Rure cras stabo nec tunicatus ero.

Quare Prædicamenta á Philosophis sunt instituta?

Ut in ea res universæ quæcunq tanta hac machina mundi complectitur distribuerentur, nec aliqua per incerta Prædicamenta divagentur, utq melius coordinatæ et ab aliis separatæ

facilius et distinctius cognoscantur.

Quomodo differunt Prædicabilia à Prædicamentis?

Quia Prædicabilia sunt voces universales; Prædicamenta vero *rerum ordo *tamen *rerum sunt.

DE SVBSTANTIA

Quid est Substantia?

Est sine qua nihil potest consistere ipsa vero abstracta ab aliis persistit.

Sanctus Damascenus sic eam definit: Substantia est quæ per se subsistit alio neutiquam indigens ut sit.

Vnde dicitur Substantia?

Vel à substando quod substet cæteris scilicet Accidentibus. Vel à subsistendo quod per se subsistat non indigens alia.

Quæ est Divisio Substantiæ?

Multiplex et primo quidem Substantia Alia est Prima Alia secunda

Prima est quæ sub sensus nrõs cadit ut sũt Individua Petrus Joannes. Hinc homo dicitur prima Substantia quod sit potissima et præstantissima et primo lab ipsâ natura genita.

2da Substantia est quæ Genera et Species complectitur.
Sed hic illud notabis primas Substantias neq esse in Subiecto, quia sũt Substantiæ, neq prædicantur de Subiectis quia sũt particulares
Secundas autẽ Substantias non esse in Subiecto quia sũt Substantiæ, dici de subiecto quia sũt universales.
Sunt et aliæ divisiones Substantiæ ut in arbore Porphiriano optimè perspeximus. Alia em̃ est Corporea, alia Incorporea, alia Animata, alia Inanimata, alia Sensibilis, alia Insensibilis, alia Rationalis alia Irrationalis:

Quot sunt proprietates Substantiæ?

Sex. Prima est. Nulla Substantia est in subiecto, quia Substantia per se subsistit. Accidentia autẽ esse in subiecto dicuntur.
Secunda Proprietas. Substantiæ per se et propriè nihil aliud est contrarium, licet hic aliquis obiiciat ignem et aquã ēē Substantias et esse contraria breviter tamen respondendum; ignem et aquam esse contraria ratiõne Qualitatis, non autẽ Substantiæ.
Tertia proprietas. Una eadeq Substantia diversis propriis pẽ

recipere contrarias qualitates, et sic aqua nunc est calida, nunc frigida, homo nunc pallidus nunc rubicundus.

Quarta. Substantia non recipit magis et minus, seu non intenditur, nec remittitur; neq enim una Substantia magis est Substantia quam altera: non enim vir magis est Substantia quam puer licet possit dici maior secundum quantitatem, non tamen secundum Substantiam.

Quinta proprietas. Proprium est secundis Substantiis univoce praedicari de primis ut Homo de Socrate et Aristotele dicitur.

Sexta Proprietas. Primae Substantiae maxime est significare hoc aliquid hoc est determinare, id est, rem eam quae sensui subiici et digito monstrari possit, seu rem certam et individuam.

De Quantitate.

DE QVANTITATE.

Quid est Quantitas?

Est rei dimensio seu dinumeratio. Vel secundum quam res partes quidquam dividitur.

Duplex vero Quantitas Continua et Discreta.

Continua

Continua est cuius partes communi aliquo termino copulan:
tur.
Sunt autẽ Quantitatis Continuæ tres Species Linea, Superficies
et Corpus.
Linea est quæ sola longitudine constat clauditurq puncto.
Nota. Hic duo requisiti ad constitutionẽ Lineæ. Primo Vt sit Quan:
titas Continua et Longa. 2do vt dividatur per oẽ punctum.
Superficies est quæ habet longitudinem cũ latitudine coniunctã.
Corpus ẽ quod habet longitudinem, + crassitudinem, et profun: + latitudinem
ditatẽ copulaturq communi termino Superficie.
His addunt nonnulli Locum et Tempus sed non oẽs probant nã
Locus includitur in lineâ, nihil autẽ includitur in lineâ nisi
solã longitudinẽ in tempore. spectamus.
Discreta Quantitas ẽ. Cuius partes nullo termino communi
copulantur vt sunt Numerus et Oratio.
Numerus est multitudo ex vnitatibus collecta.
Oratio ẽ multitudo vocũ syllabarumq quæ possunt inuicẽ se:
parari.

Quot sunt Proprietates Quantitatis?

Tres. Prima Non habere contrarium et hoc quidẽ planum
est de Quantitate definitâ, nã aliter se habet de Quantitate

Indefinita

Indefinita, multu enim et paucum magnu et paruum sunt Quantitates contraria.

2da Proprietas Quantitas non suscipit magis et minus, et sic una linea, non est magis linea, quam alia.

3tia Maxime proprium est Quantitati et secundum eam res dicuntur aequales vel inaequales, pares vel impares.

Quid reuocantur ad Praedicamentum Quantitatis?

Reuocantur ea omnia quaecunque magnitudinem, multitudinem paucitatem, paruitatem, locum, extensionem contractionem pondus et mensuras significant.

De Qualitate.

DE QVALITATE

Quid est Qualitas?

Est secundum quam res quales esse dicuntur ut res bona vel mala.

Sunt autem quatuor species Qualitatis. Habitus et Dispositio. Naturalis potentia et Impotentia, Passio Patibilis Qualitas, Forma et Figura.

Habitus est Qualitas ea quae nobis a natura non inest sed longo

vsu et exercitatione comparatur, nec facile à Subiecto sepa-
ratur.

Quotuplex est Habitus.

Duplex Corporis et Animi.
Corporis est qui exercitatione corporis acquiritur ut ars luctan-
di, iaculandi, equitandi &.
Habitus animi, Iustitia, prudentia. Voluntatis Habitus vo-
cantur artes et scientiae quae intellectus habitus dicuntur,
quod nobis à naturâ non insunt, sed studio comparantur.
Alii Divisionem habitus hanc adferunt Habitus alius est Bonus
alius malus.
Bonus est qui honestati siue virtuti est coniunctus.
Malus qui turpitudinem adiunctam sibi habet.
Alius Habitus est Infusus alius Acquisitus. Infusi sunt
habitus fides spes et charitas, Acquisiti sunt omnes artes et scientiae
artes liberales mechanicae ut ars pictoria, sculptoria etc &.
Dispositio est. Qualitas quaedam mobilis et facilè separabi-
lis à Subiecto, in quo est ut sanitas et aptitudo, item aut
virtutes inchoatae in animo pueri.
Et hoc differt Habitus à Dispositione: Quod Habitus sit
firmus et permanens. Dispositio mobilis et mutabilis.

Secunda est species. Naturalis potentia et Impotentia.

Naturalis potentia est naturalis ad quidpiam propensio ut in equo ad currendum, in homine ad intelligendum.

Impotentia est naturalis ineptitudo ad aliquid praestandum qualis est in asino ad lyram, in homine ad volandum.

Tertia species. Passio et Patibilis Qualitas.

Passio est subitus quidam animi aut corporis motus ut rubor ex verecundia, pallor ex metu.

et Patibilis Qualitas quae sensum vel animum movet ut sapores, odores, soni, colores, ut mole dulcedo gustum movens.

Quomodo differt a Passione?

Quia Passio est facile transiens a subiecto ut excandescentia ex ira. Patibilis autem Qualitas est permanens et difficulter mobilis ut dulcedo in lacte, amaritudo in felle.

Quarta species. Forma et Figura.

Figura est Qualitas aut pluribus lineis aut una tantum comprehensa ut triangulus circulus.

Forma est effigies ex certa quadam compositione vel ex membrorum et partium proveniens simetria ut in animantibus et aliis

rebus, inde ex forma res dicuntur formosa, pulchra, deformes.
Differt à Figura, nam hæc est in rebus artificialibus. Forma autem
in naturalibus.

Quot sunt Qualitatis Proprietates?

Tres. Prima. Qualitas habet contraria, ut albedo et nigredo,
justitia injustitia.
2da. Qualitas recipit magis et minus et sic vocitatur aliquis
iustior, doctior doctior.
3tia Proprietas Secundum Qualitatem res dicuntur similes e
vel dissimiles.

Quæ referuntur ad hoc Prædicamentum.

Rx. habitus animi corporis naturales, siue illi sint perfecti siue
inchoati, et illi quidem referuntur ad habitum, hi autem ad dispo:
sitionem. Item naturalis inclinatio seu propensio ut potentia vel
impotentia, corporis et animi, secundæ speciei Qualitatis subjici:
untur, Item omnia quæcunque mouent sensum vel sensus passionem in:
ferunt, ut dulcedo, color, nigrum, album etc. Perturbationes
quoque ut ira, gaudium, dolor, delectatio, tristitia ad tertiam spe:

ciem referuntur. Deniq cur figura Geometrica et Mathematica Forma sub quarta specie Qualitatis collocantur.

De Relatione

DE RELATIONE

Quid est Relatio?

Est unius ad alterum affectio ut discipuli ad magistrum, domini ad servum.

Quot modis explicantur Relata.

Duobus. Primo per idem nomen ut simile e simili simile scientia scientiae scientia.

2do per diversum nomen et hoc per septem modos. Vel quando unum excellit et alterum deficit ut multum paucum, magnum parvum, maius minus. Vel quando unum imperat et alterum obedit ut Dominus et servus, Mgr Discipulus. Vel quando unum indicat et alterum indicatur, ut sensus et qd sentitur. Vel quando unum est particeps alterius ut scientia scientis. Vel quando unum e Efficiens alterum Effectus ut pa et filius. Vel quando unum

agit et alteri patitur, vt Verberans vapulante verberat. Vel quando vtraq loco differunt vt dexter et sinister.

In quo Relationum natura consistit?

In duobus.

Fundamentū ē a quo incipit Relatio. Terminus autē in quo desinit Relatio. Vt ut patet ē fundamentū Relationis ad filiū. Filius autē.

Fundamenta Relationis vnde sumuntur?

Vel á Substātia vt pater et filius. Vel á Quantitate vt æquale et inæquale. Vel á Qualitate vt virtus et gloria, dedecus et vitiū. Vel á causa Efficiente vt á naā vt, auus et nepos. Vel á voluntate vt gener et socer, præceptor et discipulus. Vel á fatura vt victor et victus.

Quotuplex ē Relatio?

Duplex. Propria et Impropria. Seu secundū esse et secundū dici.

Propria seu secundū esse ē quod nec esse nec intelligi pt

sine altero ut p[ate]r sine filio et contra filius sine patre.

Impropria seu secundu[m] dicitur e[st]. Quod licet per se vel absq[ue] illius comparatione et esse et cognosci possit, habet t[ame]n quandam (quendam) respectu[m] ad alia ut manus ad totu[m] corpus, mons parvus ad magnum.

Nota breviter sublata Relatione fundamenta manere posse ut dissoluto matrimonio inter Cic: et Terentia[m], Cicero et Terentia maneant, e contra fundamento sublato ipsa quoq[ue] Relatio everti:tur, ut mortuo Graccho, Cornelia quoq[ue] uxor legibus matrimonii sol:uitur, nec ia[m] amplius Gracchi uxor e[st], sed permittitur alteri nubere.

Quot s[un]t proprietates Relationis?

Quinq[ue]. Prima Relationi inest contrarietas ut scientia et ignoran:tia, virtus et vitium, et hoc intelligendu[m] de Relativis.

2da Relatio suscipit magis et minus, na[m] simile quodda[m] magis est simile huic q[ua]m alteri, sed hoc contrarietas n[on] p[otes]t competere Re:lationi secundu[m] se esse.

3tia. Relativa dicuntur ad convertentia[m], na[m] ut pater dic[itur] filii pater, ita filius patris filius.

4ta Relativa s[un]t simul natura ut Dominus et servus. Et hoc

intellige de Relativis primis seu secundum esse simul autem et natura (quod simul sunt naturali intelligentia.

Ita Cognita definitione unius Relativorum cognoscitur et alterius: qui enim cognoverit eum esse dominum cui sit servus, certe vicissim sciet eum esse servum qui habet dominum.

Retta ad hoc Praedicamentum spectant etiam nomina cognationis et affinitatis ut gener, socer, avus, nepos. Item et ea quae ex praepositione Con: componuntur ut Commilito, Condiscipulus, Competitor, Convictor. Et in summa quaecunque non absoluta sed respectiva rem stant.

Sunt huius Praedicamenti Categorem, ut maritus, uxor, patronus.

DE ACTIONE

Quid est Actio?

Est actus cuiuspiam rei quod vim suam in aliud quod eam accipere potest transmittit ut ignis agit in aquam, tanquam in materiam quae illius actionis capax est.

Quotuplices sunt Actiones?

Multiplices. Aliae sunt quae vim suam in aliud transmittunt, et vocantur transeuntes ut secare verberare. Aliae quae in ipsa re sunt et vocantur immanentes ut deambulare, ratiocinari, intelligere

2do Alia st Actiones animi vt cupiditas. Alia Corporis vt Calefactio.
3tio Actiones alia st naturales vt comedere, bibere. Alia voluntaria
vt legere disputare. Alia publica vt iudicare, accusare. Alia sacra
vt sacrificare ordinare.

DE PASSIO. XI.

Quid est Passio.

Est Effectus Actionis vt enim Actio vim sua in aliud transmittit
ita Passio eandem recipit vt secari, verberari.

NOTANDUM Est haec duo praedicamenta esse sibi correlativa
connexioni autem eadem e natura: ideo quoties contingit aliquid a:
gere, toties et pati.

Quot st proprietates Actionis et Passionis.

Duae. Prima habere contrarium vt calefacere, frigefacere
2da. Suscipere magis et minus. Vt magis vel minus aegrotare.

NOTA. Quod dr dicto agere signi e praedicamenti Actionis
vt legere, secare. Quod dicere pati signare sunt de praedicamento Pas:
sionis vt delectari, secari.

Sues tn. Sentire, videre, audire, odorari, gustare, tangere ad
Passionem spectare.
E contra Sentiri gustari audiri ad Actionem.

Ubi est loci notatio et huc Prædicamenti omnes circumstantias locorum complectitur ita ut non solum illas dictas supra, infra, dextrorum, sinistrorum, ante, retro, post, sed etiam nomina regionum, urbium, imo et adverbia loci vendicat. Ut in littore, in mari, in Africa, hic illic, Venetiis Athenis.

Quando est temporis notatio. Et huc referuntur omnes temporis circumstantiæ, ut ver, æstas, annus, mensis. Et omnia temporis adverbia ut heri, hodie, nudius, tertius.

Situs. Est totius corporis aut partium eius positio. Et hoc Prædicamentum potissimum spectare videntur, quæ apud Grammaticos neutra dicuntur, et significant vel motum vel quietem corporis ut stare, sedere decumbere, supinum esse, pronum esse.

Habitus Est omnis ratio vestiendi et ornandi corporis ut togatum esse armatum, [illegible], galeatum etc.

Quot sunt Genera huius Prædicamenti?

Varia. Aut enim est Habitus totius corporis ut vestium esse
Aut partis corporis ut pileari esse. Aut Varatus gratia ut for:
quet. Aut est domesticus et pacis ut togati esse. Aut mi:
litaris ut sagum vel galea.. Aut magistratus ut purpura.
Aut privatorum ut quiduis aliud praeter purpuram.
Est etiam alius Habitus. Alius Profanus. Alius Barbarus
puerorum, virorum, mulierum, servorum et plurimi alii pro diversitate lo:
corum, regionum, personarum, aetatum etc &.

Absoluta Praedicamentorum doctrina transit ad explica:
tionem Definitionis: quam primo quidem definit et dividit, mox
descriptionem cum definitione et divisione considerat: tandem quod
leges definiendi, quae vitia, quis modus, et a quo genere defi:
niendi sit incipiendum perpendit.

De Definitione.

Quid est Definitio.

Est Orao quae id qd definitur explicat quid sit.

Quotuplex e Definitio.

Duplex. Altera Quid Nominis quae vocis vim explicat.
Altera Quid Rei quae quid sit res ipsa indicat.

Definitio Quid Nominis quotuplex e?

Triplex. Catalexin, Cataetymologiam, Catadiaphoram.

Catalexin seu Adverbu e cum vox obscurior, alia longe notiori explicatur ut si dicas librare pro ponderare, anθρωπος, id e, homo, sym: posion convivium.

Cataetymologia est cu unde vox deducta sit inquirimus. Hinc Cicero ea notationem et Etymon verbi vocare consuevit, ut ide dixit credimus inde appellata fidem quod fiat id quod dictu est, conuenire a con et veniendo.

Catadiaphora seu per differe est quae inquirit ide ne sit an al: terum qd Arist: ait.

Primus hoc fingendi genere cum proponitur dicitur voca:
bulis consideramus, cum idem sit an diversum reddit. Cuius definitionis
crebrer est usus cum aut Identitas, aut differentia rerum investigatur.
ut Cic: pro Caelio aliud est male dicere, aliud accusare. Ac:
cusatio certum crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet
argumento probet, teste confirmet. Maledictio autem, nihil habet
propositi praeter contumeliam, quae si petulantius iactatur, con:
vitium, si facetius urbanitas nominatur.

Quid est Definitio Quid Rei?

Quae quid sit res explicat breviter.

Duplex est definitio Quid Rei. Altera Essentialis quae rei
naturam et essentiam explicat. Altera Accidentalis quae non tam
quid sit res qualis sit requirit, unde a plerisque descriptio
dicitur ut Cic: de legibus Hominem definiens sic inquit. Animal provi:
dum, sagax, multiplex acutum, memor, plenum rationis et consilii

Quot sunt Species Essentialis Definitionis?

Tres. Prima sub genere per differentias explicatur ut homo est animal

vnale. Et haec species definitionis ē optima qa per eā species per sua genera et differ. explicantur.

2da ē partibus quā fit cum res aliqua explicanda in sua membra discerpitur, quorum enumeratione facta quid sit et quā late pateat aperitur vt cum hōō dicitur constare ex corpore mortali et aīā rationali.

Quomodo differt Diuisio a Partitione?

Quia Diuisio fit inter genus et speciem vt cū aāl diuiditur in hōem et brutū, virtus in iustitiā temperantiā et eodeteras virtutes. Partitio vō fit inter totū et partes vt cū domus diuiditur in tectū parietes et fundamentū. Corpus hōem in caput, pedes, lumbos, manus et alia membra.

3tia species est per Caūs qndo res aliqua caūs explicatur, vt si dicas domū esse habitationē ex lapidibus lignisq confectā ab Architecto grā inhabitandi.

NOTA. In tali definitione quā fit per caūs non semper requiri oium causarum petitionem sed aliquando requiri dicas, aliquando res vt Cum legē definiunt. Lex ē nihil aliud nisi recta

et á numine Deorum tracta ratio, imperans honesta, prohibens contraria. In quâ definitione sunt ver[ae] Cau[sae]. Formalis est sui dev[isio] recta ratio. Efficiens Cau[sa] á numine Deorum tracta. Finalis Imperans honesta et prohibens contraria.

In qua definitionem Quid Rei qualitativá quæ descriptio vocatur extendit.

Quid est Descriptio?

Quæ conspicitur ex his quæ licet rei insint, nihil tamen ad eius Substantiam pertinent.

Quot sunt Species Descriptionis?

Decem. Primo per notionem quæ aut ab effectis res describit ut Ira est ulciscendi libido. Aut á signis ut Cic: in Catilina. nis describens eius exercitium illi. Postrema est genus non solum nu[merum] mero quorum sexo capillo nitidos aut imberbes aut barbatos videtis. 2da Species á qualitate quâ plurium Accidentium et adiunctorum serie qualis sit res ostendit hoc modo qui ingenio valet, acutus pellex bonum ac malum discernit.

3tia per Translatione metaphorica quâ imponitur rei aliqua de: scribit ut adolescentia est flos aetatis, senectus solstarius vita.
4ta per eversione contrarii ut Horatius. Virtus est fugere vitiu et sapientia prima stultitia caruisse.
5ta per declaratione cum personâ aliquâ luculenter describimus eâ vel laudantes vel vituperantes ut si dixeris. Aeneas est filius Veneris et Anchisae. Et Lu: Mumius qui Corinthu evertit.
6ta per exemplu quod addito exemplo res explanatur, Substantia est ut homo. Quantitas ut linea, Affa ut rationale.
7ma per defectu alicuius integri ut si mutilatu dicas cui aliquid deest ut dolabru est cui quadrans deest, ut sit as,
8ua. per laude ut Cic: pro Cluentio Lex est mens et anima et consiliu et disciplina Civitatis.
9na per interpretatione ut mens est in hoc quod si mundo Deus proportionem
10ma per Relatione ut pater est qui habet filium.
Obiectio. duplice esse descriptione. Alia breve quae paucio: ribus verbis complectitur, ut pax est tranquilla libertas. Alia longa quae pluribus verbis circumducitur ut Cicero. Quis igr vivit et dulce nisi qui recta requiret, qui gaudet officio, qui

legibus n propter

De virtutibus et vitiis definitionis.

legitur non propter vetitum sed ex virtute paret.

DE VIRTUTIBUS ET VITIIS DEFINITIONIS.

Tertia est in libro in qua leges definitionis continentur. Prima est ut neque plus neque minus definitio complectatur quam definitum sed de quolibet dicatur unum dicatur et alterum.

2da lex. Ut ea Oratio sit quae quid sit res, hoc est, substantiam rei explicet, quae lex soli definitioni essentiali competit.

3tia. Ut sit aperta clara et perspicua.

4ta. Ut minus rei una sit definitio essentialis.

Vitia quae sunt virtutibus contraria.

Vitia quae sunt Virtutibus contraria.

Primum si definitio plus in re complectatur quam definitum.

2dum Si definitio est manca et mutila, i.e., si minus in re debet quam definitum, et si non potest reciprocare cum suo definito.

3tium. Obscura et ambigua seu ut nonnulli dicunt, si falsum quidquam includat ut si dicas. Sapientia est congregandae pecuniae diligentia.

A quo genere definiendi initium sit sumendum?

Ab eo qd ẽ summũ an ab eo qd rei definiendæ proximũ est
Respondet Tullius quin rei propriẽ Naã per proximũ genus recte ex-
plicatur: minus enim laborandũ est in colligendis differentiis, si genus
sumptũ fuerit propinquius ut homo ẽ aal rõle particeps, recte de-
finitur licet definitio ñ incipiat à gñe summo scilicet Sub-
stantia. Et hæc circa naturã et adiuncta definitionis suffi-
ciant.

Liber quartus.

Postquã libro præcedente naãm definitionis explicasset et qualis
ea ẽẽ deberet ostendisset, nunc iã in præsenti Diuisionis ratione examinat.
Ratio huius ordinis ẽ: Tũ quia definitio sine diuisione munere suo fungi
non pt, tũ quia ad explanationẽ et copiã Oris maxime confert. Primo
itaq quid sit et quotuplex diuisio docet. 2do quid in ipsã obseruandũ
et quid fugiendũ sit declarat.

Quid est Diuisio et quot eius Partes.

Diuisio est rei alicuius in suas species aut partes distributio.
Est autẽ duplex. Altera quæ secundũ Substantiã fit rei naturam
determinans. Altera quæ 2dum Accidens vocatur qd in Accidente

fundatur.

Prioris, hoc ē, Substantialis Divisionis sunt tres Species. Prima quâ Genus in suas species per differ. distribuit, vt animalium aliud vnius participes vt homo. Aliud vnius expers vt brutū.

2da Species quâ totū in suas partes dividit vt Dialectica in rationem inveniendi et Judicandi.

3ia quâ vocē æquivoca aut ambigua in suas significationes partitur.

Æquivoca vt Canis in aal domesticū, piscē marinū, et sydus cœleste.

Ambigua vt illud Pyrrho responsū Aio te Æacida Romanos vincere posse, vel-n. Pyrrhus vincet Rnōs vel Rnī Pyrrhum vincent.

Secundi Generis seu Accidentalis Divisionis sunt tres Species. Prima cum Subiectū dividitur per Accidentia vt Homo vel parvus vel magnus, audax vel timidus.

2da Cū Accidens dividitur per Subiecta id est Substantias. V.g. Albedo alia ē in pariete, alia in Cygno.

3ia Cū Accidens per Accidentia distribuitur, vt Virtus: alia ē vera: alia ficta: sic homines alii iusti alii temperati, alii modesti. Eâdē divisio quoq per oīa praedicamenta, praeter solā Substāam pt fieri.

Respōsio addenda. Notā Licet hæc vocabula, Divisio, Partitio, Analysis discriminatim vsurpentur, est tñ inter ea discrimen quod Divisio sit pprie totius Vniversalis in species. Partitio totius integri in membra: deniq Analysis sit reductio Conclusionis in suā principia, vel regressus à fine ad medium.

Quid ē Definitio

Quae est utilitas Divisionis?
Ad docendum, ornandum, amplificandum ac probandum maxime valet divisio.

DE LEGIBVS DIVISIONIS.

De Legibus Divisionis.

Regulae divisionis nec virtutes dantur. Prima. Quis divisio bona debet esse bimembris, id est, debet constare duobus membris Ut Substantia alia est Corporea, alia incorporea, sed si necessitas postulaverit et tria et quatuor membra habere potest Divisio.
2da Divisio debet esse per membra opposita vel pugnantia propterea haec bona divisio non est. Hominum alii sunt tertii, alii docti, alii urbani, alii liberi, fieri enim potest ut ille sit tertius et eruditus et liber. Et haec lex valet in divisione per differentias non autem per species aut partes.
3tia. Divisio nec deficere nec redundare debet nam quemadmodum definitio suo definito: ita divisio suo diviso debet esse aequalis.

Quae sunt vitia Divisionis?
Tria. Primum quando necessarium aliquid praetermittitur.
2dum. quando alienum adiungitur.
3tium. quando Genus in speciebus et genus in parte numeratur. Partem autem numerare in genere nil aliud est nisi quod est pars in genere ponitur. Ut si quis dicat. Corpus dividitur in compositum et simplex

et in Substantiā, sicut ēēt nā Substantiā poneres pro parte corporis quod est genus vnē corporis.

Liber quartus.

Huc vsq circa elementa, hoc ē, rerū simpliciū explicatioē, versabatur Autor. Nunc iā ad ipsā arte disserendi progreditur. Incipit autē ā locis ordinē nāē servans, prius enī aliquid inuenire debemus quā iudicare et semper de inuentis iudicamus.

Totus autē hic liber est de Syllogismo Topico, seu de Locis qui sūt quasi domicilia seu receptacula materiarū quæ ad disserendum et probabiliter concludendū desumuntur.

De Diuisione Locor.

DE LOCORUM DIVISIOĒ.

Quid sit Locus et Argūm in Elencho partionū Oratoriarū satis copiose diximus.

Hic primo monendi sūt oēs quod non ii loci explicentur qui singularū Cāarū singulorūq statuū sunt quoq Rhetores tradere solent, sed eor qui ad materias explicandas, et genus Cāē, ā quæstioni communes sūt, ex quibus oīs argumentatio non modo ad Philosophorū disputationū

tione, sed ad eam quoque quae forensis et popularis est pertinet.
Quorum quidem locorum non eandem omnes partiendi rationem adhibent. Aristoteles in Topicis nullam eorum adhibuit diuisionem, nec certum ordinem seruauit: tamen in arte Rhetorica duo genera eorum ponit. Quam diuisionem quoniam plurimi docti maxime uero Cicero secutus est nos etiam illos imitanter dicimus. Locos alios esse Insitos seu Artificiales. Alios Assumptos seu Inartificiales, id est artis expertes.
De Locis Assumptis dictum est in Elencho partitionum Oratoriarum. De Insitis nobis hic agendum est.
Qui sunt secundum Cic. duplices. Alii qui ducuntur ex toto et sunt tres. à Definitione. Notatione nominum. Enumeratione.
Alii qui ducuntur ex aliis rebus quae quodam modo affectae sunt ad quaestionem et sunt varii. À Coniugatis, à Genere, à Forma, à Similitudine, Differentia, à Contrario, ab Adiunctis, Antecedentibus, Consequentibus, Repugnantibus, à Causis à Comparatione Maiorum, Minorum et Parium.

LOCUS A DEFINITIONE.

Locus à Definitione.

Quid sit Definitio et quot eius genera satis libro tertio. Nunc quis eius usus et quaenam sit in hac ratione disserendi est explicandum.
Locus Definitionis est, Ex quo deriuantur argumenta Subiecti vel praedicati ut si probes hominem esse disciplinae capacem quod est definitio Subiecti scire debes quid sit animal rationale

Quot sunt huius Loci Maximae seu Communia pronunciata.

Sex. Argumentamur enim ab hoc loco vel affirmative seu Constructive idque dupliciter. Primo iuxta hanc Maximam. Quidquid convenit definitioni, id etiam conveniet definito. V.g. Animali convenit rationali ut sit visibile. Ergo etiam conveniet et homini.

2. Argumentamur sic. Cui convenit definitio conveniet et definitum. V.g. Petro convenit ut sit animal rationale. Ergo ei convenit ut sit homo.

Vel argumentamur Negative seu Destructive idque dupliciter iuxta hanc Maximam. Quidquid non convenit definitioni, idem etiam non convenit definito V.g. Animali rationali non convenit ut sit latrabile Ergo neque homini convenit. 2do. Cui non convenit definitio neque definitum conveniet. V.g. Simiis non convenit ut sint animalia rationalia. Ergo neque illis conveniet ut sint homines.

Addunt alii duas Maximas. Prima Si definitio convenit definitioni etiam definitum conveniet definito V.g. Si Logicae definitio convenit definitioni Dialecticae. Ergo Logica et Dialectica re: cum conveniunt unumque erunt.

2. Maxima. Si definitio non convenit definitioni neque definitum convenit definito. V.g. Si indignabundi definitio non con:

uenit cu definitione mundi, neq. malignabundus conueniet cu mundo, id e, n erunt aliquid unu sed diuerse.

Repetenduntur aute argta a definitione eo modo si ex uitorũ defi: nitione deducantur. Vitiorũ aute definitioné ex lib: 3ro cognoscet ubi et leges seruitia definitionis sit explicata.

Nota diligenter easde Maximas de definito respectu definitio: nis tradi debere quas de definitione respectu definiti sunt tradebantur. Recte em semel recurrunt et unu absq altero consistere n pt Vg. erat prima Maxima. Quidquid conuenit definitioni id etiã con: uenit et definito. Ista Maxima de definito ita pronunciabitur Quid: quid conuenit definito eta definitionem. Et sic de reliquis maximis intelligendu est, ubi erat mentio definitionis, ubi sit definiti, et ubi definiti ubi sit definitionis.

Nota. 2do. Huius loci esse usu in eo duplicẽ et in affirman: do et in negando, quia est argumentatio Circularis.

LOCVS A NOTATIONE

Locus à Notatione.

Locus Notationis est qui continet argta, à Notatione nominis seu ab Etymologia ac interpretatione uocis ut Consul e qui con: sulit patriæ.

Argumentamur à Notatione. Vel affirmatiuè Vel Negatiuè Affirmatiuè quide dupliciter. Primo quidq conuenit nota;

tioni convenit et ipsi nomini cuius ē notatio. V.g. Qui consulit patriæ ē honore dignus. Ergo est Consul honore dignus. Cui convenit notatio convenit et nomen notati V.g. Convenit Ciceroni ut bene consulat. Ergo etiā ut sit Consul.

Negativè pariter dupliciter. Primo quidquid non convenit notationi nec nomini notato conveniet. V.g. Si fallacia non convenit viri constituendo. Ergo nec iustitiæ conveniet. 2do Cui non convenit notatio neq nomen notati conveniet V.g. Lutero n̄ convenit ut virtutes Christianas exerceat. Er. neq ut sit Christianus conveniet.

Scias primo. Notationē n̄ solū argta sed etiā iocos suppeditari. Sic Cicero in Oratione Rosciana Ironiā sumit a nōe Chrysogoni qd ex Græco sonat aureū partum.

Scias 2do. Simili modo à rē notata ad notationē valere argta ut valebant à notatione ad rē notatam.

Scias 3tio. Huc quoq referri locū à derivatiōe ad derivatū et è converso.

Locus à Toto.

LOCUS A TOTO.

Locus Totius est res universa quæ in suas partes ex quibus constat dividitur ut Domus dr̄ totū quia in parietes, in tectū in fundamenta et alias partes pt̄ dividi. Est autē Totū multiplex. Primum Universale. 2dum Substantiale seu Speciale. 3. Integrale seu

Continuū

Continuū. 4. in potestate. 5. Totū. 6. Totū in loco. 7. Totū in modo. Totū in tpē.
8. Totū in quantitate. 9. Totū Homonymū seu Aequivocum.
Totū universale est ql sub se species ac differ. hbt V.g. Scientia
continet sub se Physicā, Metaphysicā, Mathematicā: sed de hoc toto
dicetur in loco de genere.
Totū Substantiale seu Speciē est quod constat partibus Substantia:
libus ex quibus componitur. E.g. Homo constat ex materiâ et formâ
hoc est, ex Corpore et anima quae sunt ptes hūs essentiales.
Argumentamur autē à Toto in Specie vel Affirmativè idq dupli:
citer. Primo quidqd cadit in totū cadit in ptes ut Homo ē Substantia
Ergo et partes eius sunt Substantia. 2do. In quodcunq cadit totū ca:
dunt et partes v.g. Petrus ē homo. Ergo habet Corpus et animā Vel
Negativè. Primo quodcunq à toto removentur et à partibus removentur.
ut homo non est accidens. Ergo nec corpus nec anima eius. 2do.
A quocunq removetur totū et partes removentur ut lapis non est homo.
Ergo non hbt corpus nec animā humanā.
Obiicies. Homo est mortalis. Ergo et anima huius est mortalis.
Probatur Consequentia. Quia quod cadit in totū cadit in partes. quod
sint mortales. Sed anima est pars hominis. Ergo anima ē mortalis
R. Hoc axioma in illis solus currere quae et toti et partibus co:
petunt. Mortalitas autē licet competat toti, videlicet hūi non tamen

In theoriore Syllogismū est male, Ergo sic legendū. Quod cadit in totū cadit in ptes Sed cadit in totū hūi ql est mortalis: Ergo cadet et in partes hūi qt nae mortales Sed anima est &.

competit animæ radix.
Totũ Continuũ seu Integrale est qd in partes integrales scindi[t]ur ut Corpus humanũ in caput, pedes manus.
Adverte p[ar]tes eẽ duplices: alias Principales quibus sublatis necesse est desinere totũ: ita sublato capite tollitur homo. Alias minus Principales, quibus sublatis pt manere totũ. Eg. manus. aures. oculus &
Argumentamur autẽ à Toto integrali tantũ affirmatiuè iuxta hanc maximã. Posito toto integrali ponitur et quælibet pars eius ut est domus Ergo. est fundamentũ paries tectũ. Sed n̄ valet non ẽ domus Ergo n̄ ẽ fundamentũ aut paries.
Totũ potestate ẽ qd in virtutes seu potestates diuiditur ut Anima sensitiua in facultatẽ visiuã, auditiuã, olfactiuã, gustatiuam, tactilẽ.
Argumentamur autẽ à Toto potestatiuo negatiuè sic. Non est anima in lapide. Ergo nec virtus vegetatiua, sensitiua, nec facultas rationalis
Totũ in tempore ẽ dictio stans oẽ tpus ut semper, nũquã pr autẽ eius ut hodie, cras, heri &
Argumentamur autẽ à Toto in tpẽ vel affirmatiuè sic Cui conuenit, totũ in tpre conuenit et quælibet eius pars ut DEO conuenit ut sit semper Ergo. et ante mille annos et post millia multa. Vel negatiuè sic A quo remouetur totũ in tempore ab eo remouetur quælibet pr eius ut Sphinx vel Harpia nunquã ẽ. Ergo nec hodie ẽ.
Totũ in loco est dictio stans locũ stans aduerbialiter ut vbiq nullibi

pars vero

pars vero eius est dictio significans aliquē locū particularē hic, ibi in cœlo &. Ex isto quoq loco argumentamur vel affirmatiuè sic. Cui conuenit totū in loco, conuenit et cuilibet pr eius. Ut Deus ē ubiq. Ergo etiā et hic inter nos. Vel negatiuè à quocunq remouetur totū in loco, remouetur et quilibet pr eius. Ut Chimera nullibi ē. Ergo neq in cœlo neq in terrâ. Totum in modo est quodlibet universale sumptū absq aliquâ determinatione, id ē signo aliquius ut homo leo. Pars in modo est idem universale sumptū cū aliquâ determinatione et modo diminuente ut hō albus. Argumentamur ex isto loco tantū negatiuè sic. Quidquid à toto in modo remouetur et à qualibet eius parte remouebitur. Ut n scribit. Ergo nec bene nec malè scribit.

Totū in quantitate est quodlibet Universale sumptum cū signo universali ut omnis homo. Partes autē istius totius dicuntur inferiora oīa ut Plato, Petrus, Joannes &. Et licet totū in quantitate appelletur totū universale: differunt tn quia totū universale non habet signum adiunctū: Totū autē in quantitate habet V.g. Animal ut continet sub se leonem, bouem et alias species, est totū universale non autē oē animal est totū in quantitate. Argumentamur autē à toto in quantitate vel affirmatiuè sic. Quidquid conuenit toti in quantitate conuenit cī eius parti. V.g. Omni hoī conuenit currere. Ergo et Petro. Vel negatiuè quidquid remouetur à toto in quantitate remouetur cī eius parti. Ut nullus hō volat. Ergo remouetur à qualibet eius parte neq Petrus.

Totū Homonymū seu Aequiuocū quod in plures rationes diuiditur

ut canis in aal domesticu, pisce marinu, sydus cæleste.

A Toto Homonymo arguimus tantu negatiue sic. A quo remouetur totu Homonymu et oes ejus ejus rationes remouentur et lapis non est canis. Ergo nec aal latrabile nec piscis marinus.

NOTA PRIMO. Per istas Maximas speciales assignat autor generales a toto ad partes argumentandi. Prima quod toti inest et partibus inest. V.g. Si totus hoi sit integer et sanus eius partes integræ et sanæ sunt. Sed ista Maxima valet de iis quæ habent partes eiusdem generis nam ut supra dictu est non valet totus homo est mortalis. Ergo et anima eius.

2da Maxima quando ex toto singulas partes concludimus. V.g. Omnis Senator debet esse bonus Orator. Ergo et disponere et eloqui et inuenire et pronunciare debet.

3tia. quando posito toto partes enumeramus et eadem reiecta unam concludimus V.g. qui scit Philosophiã. Ergo aut Physicã aut Mathematicã, vel non Mathematicã tenet.

*duo NOTA 2do. Vitia Loci istius a toto ista esse. Primu si pars pro toto vel totu pro parte ponatur, hoc est si quis a parte argumentabitur tanquã a toto. V.g. Orator a Dialectica accipit locos. Ergo totã eloquentiã ad Dialecticã referet. Negatur nam pro toto ponitur.

2dum Vitium si nominatim quodpiam dixi de toto et pronunciemus et de partibus praesertim autem de illis partibus quae sunt diversae rationis V.g. Civitas est infelix. Ergo omnes Cives in illa Civitate felix esse, non valet.

LOCUS A PARTIUM ENUMERATIONE.

Locus a partibus est is in quo dividitur totum vel est is in quo progredimur a partibus ad totum. Partes autem sunt aliae Substantiales: aliae quantitatis; aliae Virtutes. Substantiales: partes illae dicuntur quae ad constituendam pertinent Substantiam et sunt duplices. Vel constituentes rem V.g. Materia et forma ex quibus una quaeque res composita constituitur. Vel constitutionem rei subsequentes quae dicuntur integrales. V.g. in homine pedes, manus caput, thorax. Et hae integrales sunt duplices vel Principales et simpliciter necessariae, sine quibus totum non subsistit ut caput, cor, cerebrum. Vel minus Principales et simpliciter non necessariae ut pedes manus. Rursus hae partes utraque aliae sunt Homogeneae Aliae Heterogeneae. Homogeneae partes sunt quae sunt eiusdem naturae cum suo toto V.g. partes aquae sunt aqua. Et partes ignis sunt ignis. Heterogeneae sunt quae sunt diversae naturae a suo toto V.g. in manu sunt nervi, caro, ossa, sanguis. Partes quantitatis illae dicuntur quae vel magnitudinem vel multitudinem habent, Anni unius sunt partes duodecim. Et hae partes Quantitatis sunt duplices. Aliae Permanentes. Aliae Fluentes. Perma:

nentes, i.e. quæ in toto permanent v.g. parietes, tecta, fundamenta in totâ domo. Fluentes id est quæ cito recesserunt ac veluti fluunt

NOTA 2DO. Eandē eē vim individuorū ad Speciem quā vāo ē Speciei ad Genus unde etiā conveniunt argumentandi ab Individuo illa axiomata. V.g. Petrus est Ergo hoo valet argūo. Non ē Petrus. Ergo n ē hoo minime valet. Sic sublatis omnibus individuis Speciei et ipsa Spēs sublatur necesse.

LOCUS A DIFFERENTIA ET PROPRIO.

Locus à Diffa et Proprio

Iste locus à Diffa et à ppriō prætermittitur ab antiquis propterea quia isto loco eadē finitur est [illegible], quod definitionis et descriptionis. Unde Diffa ad definitionē, Propriū ad Descriptionē referri debet. Autem qm ut tyronibus disserendi istos locos seorsim proponere, et quomodo Diffa partim cū Genere, parti cū Specie conveniat docet. Quando igitur Diffa cū Specie comparatur eandē habet vim quā Species. Quare negative sic argumentamur. A quibus aufertur Diffa, ab iis et Species auferuntur, et quæ ex diffa auferuntur, ea et à Speciebus auferuntur. Ut si non est vitale neq homo erit. Affirmative vero sic.

Quae cadunt in Differentias ea et in Species cadunt, ut quia rationale e capax disciplinae, itaque risibile quoque tale erit. Quando vero Differentia cum Genere comparatur: distinctio enim adhibenda. Vel enim e Differentia Constitutiva vel Divisiva. A differentia vero Constitutiva ad Genus ita argumentamur, ut a Genere ad Speciem, scilicet negative sic

nobis decernent spec. Sublata Differentia constitutiva vel divisiva tollitur genus. V.g. non est sentiens. Ergo non est animal. E contrario a genere ad differentiam constituentem ita argumentamur ut a specie ad Genus, videlicet. Posito genere ponitur differentia constituens ut si e animal. Ergo est sentiens.

Porro a Differentia divisiva ad Genus affirmative tantum argumentamur sic. Posita Differentia Divisiva ponitur Genus ut est rationale. Ergo e animal. E contrario a Genere ad Differentiam Divisivam negative tantum. Sublato genere Differentia dividens tollitur. Ut non e animal. Ergo nec rationale.

Proprium e quod cum sua Specie convertitur seu reciprocatur. Utimur autem eo loco et Affirmative sic. Quaecunque aliquid competunt et Speciei competunt. Et quibuscunque Proprium competit, et Species quoque competit. V.g. Petrus est risibilis. Ergo est homo. Et negative sic: Quodcunque removetur a proprio et a Specie removetur. V.g. Canes non est risibilis. Ergo non e homo. Simili modo a Specie ad proprium argumentabimur, quia proprium cum Specie reciprocatur. Ergo:

mur autẽ in Argumentatione. á proprio et differentia. Primo quan:
do putamus illud ẽẽ proprium quod non est ut si dicas modestiam suam
esse semper tacere, stultis proprietas. 2do quando illud quod est mul:
tis commune existimamus proprium uni, velut vitã defendere propriũ
est uni, sed non soli, quia et cæteris animantibus proprium est. 3tio.
quando differentiam comunẽ loco generis ponimus ut si dicamus Leonis ẽẽ
animum irrationale, falsum ẽ quia ẽ differentia eius et comunis pluribus.
Quarto quando Accidente loco generis ponimus V.G. Cum albedinem
Cygni dicimus ẽẽ proprietatem, falso dicimus est enim accidens con:
naturale. Unde omnis quidẽ Cygnus est albus, sed non oẽ album est
Cygnus.

Affecta sũt quæ ad rẽ explicandã atque demonstrandã adhibentur
ipsa vero singula pene ullam rem probant nec explicant. Sunt enim
accidentia quasi totã vim rei de quâ quæritur fundamentũ est.
Sunt autẽ loci affecti sexdecim. á Coniugatis, á Genere, á Specie,
á Differentia, á Causis, ab Effectis, ab usu, ab adiunctis, á Coherentaneis.
Repugnantibus, ex Similitudine, á Comparatis, á Contrariis, á Diversis

ab antecedentibus, à Consequentibus, à Repugnantibus.

Locus à Coniugatis.

LOCUS A CONIUGATIS.

Locus Coniugatorum ea continet argta, quæ ex vocis ac significationis comunione fiunt, ut si probes sapiente esse iustum quia agit. Sunt autem Coniugata verba eiusdem generis quæ ab uno vocabulo orta varie commutantur ut fortis, fortiter, fortitudo. Et dicuntur Coniugata quia sunt coniuncta una eademque ratione. Cicero vocat Coniugata Coniuncta quæ sunt verba eiusdem generis, unde dicta sunt à iugo per Metaphoram, ut enim boues uno iugo colligati, non nisi simul progredi possunt: ita et Coniugata sunt simul, et cui conuenit unum conuenit et alterum.

Quotuplicia sunt Coniugata?

Alia Simplicia in quibus Contraria non ponuntur ut iustus, iustè, iustitia. Alia Consequentia in quibus multa contraria collocantur ut si prudentia est sapientia, venit stultitia et insipientia.

Rursus Coniugata alia sunt voce alia re.

Coniugata sunt voce illa qua quæ connectuntur voce tantum ut Dialecticus Dialectica, Phisicus, Phisica.
Coniugata Re ipsa sunt quæ connectuntur non tantum voce, non tantum

ad re

tum re sed etiā significatione V.G. Virtus et studiosus sunt Con:
iugata re ipsa nā (sed dixisses. virtus et virtuosus: hoc idem est virtus
et studiosus. Intelligitur ex virtutis noē, non em̄ ille meretur
noēn studiosi qui virtutē non habet.
Argumentamur autē à Coniugatis Affirmatiuè sic. Quidquid con:
uenit vni Coniugatorū et alteri conuenit, vt si prudentia est virtus
Ergo prudens erit virtuosus. Vel Negatiuè sic. Quidquid non con:
uenit vni Coniugatorū nec alteri conuenit, vt Sapientia non con:
uenit rusticis. Ergo nec sapienter agere.
Sciat vsū loci huius eē leuem in eloquentia non tantū in rebus
seriis sed etiā in iocosis per quandā deflexionē. Vt Cicero lepidè
vocat Astrologū, qui n̄ Vtanit cœlū sed cœlatū argentū libenter
aspiciat.
Sciat 2do. Coniugata sic vocari Concretū et Abstractū vt Bonus
bonitas. Vnde tales maximæ possunt dari quæ idē valebunt quod
Superiores. Si abstractū de abstracto prædicatur, et Concretū de
Concreto prædicabitur Vt Iustitia est virtus. Ergo Iustus est virtuo:
sus. 2do Si Abstractū de Abstracto negatur, et Concretū de Con:
creto negabitur. vt Iustitia non est vitiū. Ergo iustus n̄ ē vitiosus.
Peccamus autē in Argumentatione ex hoc loco. Primo quando
vnū Coniugatorū ad aliā significationē diuersā transferimus, et
quod non eā re ipsā quæ voce tantū videantur esse Coniugata V.G.
Mortalis est. Ergo Mortalia debet curare non valet et peccatur

quia

quia non solũ ex Corpore mortali constat, sed etiã anima immortali.
2do. Quando vni Coniugatorũ quędã accidere, putamus quã in
alterũ nõ cadunt vt Philosophi vitiis laborant. Ergo Philosophia vitio:
sa dicenda saltũ. 3tio. Quando ea attribuimus rebus quę iestis
tanũ competunt vt prudens est dissillabũ. Ergo prudentia erit
dissillaba vox non valet.

Scias huc etiã pertinere locũ à Casibus vt vult Arles et Cic, nisi
quod sit inter illos discrimen, qd casu sit cũ nomen in aduerbiũ
deflectitur. Coniugata vero cũ à noĩe diuerso modo fit inflexio.
Dicuntur autẽ Casus, Aduerbia à noibus deducta vt sapienter à
sapientia. Iisdem quos maximis vtimur in argũtatione à Casibus
quibus et Coniugatis. Si aduerbiũ videlicet de aduerbio prędicatur.
Etiã Adiectiuum de Adiectiuo prędicabitur et si negatur etiã
negabitur Vg. Iustũ est virtuosũ. Ergo qd fit iustè fit virtuosè.
Ita etiã Adiectiuũ quã Aduerbiũ coeunt et originẽ ab vno et
eodẽ ducunt videlicet à virtute et iustitia.

LOCVS A CAVSIS.

Locus Caũe continet ea argta quę ex quatuor Causis gene:
ratis dicuntur. Est autẽ Caa quę concurrit ad aliquid effi:
ciendũ. Dico Concurrit qa prima Caa sine alterã nihil efficit.
Vel Caa ẽ cuius vi efficitur effectus vt ait Arles. Ita vt ma:

ter nõlē ita Caã effectū pariṫ.
Est autē Causarū diuisio multiplex quas videre licet in autō:
re. Causa sit quatuor Materialis, Formalis, Efficiens, et Finalis
Ad quas oēs ab Autore numeratas possumus reuocare.
Materialis Caã est ex quâ aliquid constat vt annuli materia
ē aurū.
Est autē duplex. Permanens et Transiens.
Permanens est quã post effectū quoq manet vt ferrū, quē ē
ante formā gladii in ipsū introducta, quã post formā.
Transiens est materialis Caã quã in effectū assumitur n̄ manet vt
farina in pane, vinū in aceto.
Duobus igr modis argumentamur á Causa Materi: ad effectum.
Primo Affirmatiuè ex hac Maxima. Posita Caã Materiali
siue Permanente siue Transeunte, st poni et effectus in potentia
vt est ferrum. Ergo et gladius eē pt.
2do Negatiuè sic. Sublata Caã materiali tollitur effectus
vt n̄ ē ferrū. Ergo nec securis eē pt.
Formalis Caã ē quã constituit rē in suo esse vt albedo est Caã
formalis albi vel ē quã dat eē rei.
Argumentamur á forma Vel Affirmatiuè sic. Posita Caã
Formali in suâ certa materia, ponitur et effectus seu ipsa

res. Vt ē Anima hūa in corpore Ergo est hoō. Vel Negatiuē Sublata Forma rei alicuius auffertur et effectus. Vt n̄ est Anima in Corpore. Ergo n̄ viuit.

Efficiens est Caā à qua principiū ōis immutaōnis fit vt an-nuli ē Caā efficiens artifex.

Est autē Caā Efficiens alia quæ absq ope alterius efficit aliquid vt Sol, DEUS, ars. Alia quæ vi suâ nihil efficiat sed adiuuari velit vt faber vt gladiū efficiat, opus habet Concausis, hoc ē, instrumentis.

Argumentamur à Caā Efficiente sic. Cuius Caā Efficiens bona ipsū quoq opus bonū. E contra. Cuius Caā Efficiens mala, ipsū quoq opus malū vt negligens Orator Ergo non bona Oraō.

A Caā Efficiente Necessaria sic. Posita Caā necessaria po-nitur necessario effectus vt Est ignis. Ergo urit. Et remota Caā quamuis necessaria n̄ necessario remouetur effectus, si is effectus aliunde imprimi pt. V.E. moritur. Ergo hbt ces-ieroq, ista Consequentia falsa qā pt obuenire mors, non tantū ex ista Caā qd habeat ces otiosū, sed ex alia. Ista itaq Ma-xima tantū hic iis valet in quibus aliunde pt inferri effectus.

At si ab una Causa pendet Effectus verum erit Quod remota Causa Necessaria removeri debeat et ipse effectus V.g. Non est sol super Orizontem. Ergo neque dies est. Valet quoque ipse effectus a Causa Efficiente, hoc est, a Sole fit.

Finalis est Causa propter quam fit aliquid quatenus cogitatione apprehenditur ut domus finis est inhabitatio eius, ut simus liberi a Tempestatibus propterea enim domus construitur ut inhabitetur.

Appellatur autem Finis Causa Causarum quia alias Causas omnes vim hic suam dirigunt.

Est autem Finis vel medius vel ultimus. Medius est qui se posteriorem ad quem ipse pertineat habet ut hoc fine discimus ut simus docti. Ultimus finis est qui se non habet posteriorem in quem alia conferuntur et in eo acquiescunt V.g. beatitudo est finis quo felicitatem consequimur.

Argumentum a Fine idque firmiter sic. Si finis non est nec media quae ad finem ordinantur erunt. Unde Philosophi dicunt Si tollerentur finis tollerentur accidentia. Natura enim agit propter finem.

Aut sic argumentantur. Cuius finis malus ipsum quoque medium est malum V.g. Poena inferni non est bona ergo nec condemnatio.

Ergo neq peccatū ē bonū. Vel affirmatiuè Si finis est
et media quæ ordinantur ad finē erunt. Alii sic Cuius finis
est bonus ipsū quoq mediū qd ordinatur ad finē est bonū. Et
viceversa. Qualis medium ē bonū ipse quoq finis ē bonus. Ergo
Beatitudo est bona. Ergo et virtus est bona et finis virtutis est
bonus. Ergo et media ad virtutē bona.
NOTA A totius Caūs ita possunt argutari. Primo Nihil sine
Caā fit. Ergo et odii et effectus et cuiuscunq rei debet ēē Caa
2do Posita Caa in potentiā ponitur effectus in potentia. Et
posita Caā in actu ponitur effectus in actu.
3tio. Qualis Caā talis ut plurimū suo modo ē Effectus.
Erramus autē in hac argutatione à Caūs. Primo qndo ab in suf:
ficientibus Caūs argūta sumimus V.g. Doctus qd tempore ha:
bet et libris abundat et in illustri Gymnasio studet. Ergo
est doctus n̄ semper valet. 2do videndū ne vnius effectus
sint plures Caā sic em ex singulis ēt effectus inferri non valet
negatiuè argum. V.g. Non est ignis. Ergo non est calor
Non valet non obstat em ignis sed etiā Sol est Caā caloris
ac etiā ipse motus si Aristoteli credimus. 3tio diligen:

ser abbreviandū illa axiomata quæ de Caũs habentur quomodo sint intelligenda. Vg. illud vsitatissimū. Propter qd vnū quodq est tale: illud ipsū est magis tale. Sed propter vinū Petrus est ebrius. Ergo vinū est magis ebriū. Non valet nā ebrietas convenit quidē Petro sed ñ vino vnde axioma ē intelligendū de illis quæ aliquid inter se comune habet. nā vini et Petri ebriū ā nullo est. Comparao cū hō sit gal: vinū aute naā suā ab ei sensu alienū. Eodē quoq modo si propter ignē dolore aliqui efficiuntur ignē maiori dolore emotiuū vanū est.

Similiter illud. Qualis Caā talis effectus. et quæ cadunt in Caām cadunt et in effectū. Vg. Ædificator ē viuens: Ergo et domus viuit, non valet. Axioma tm̄ intelligendū est de illis rebus quæ ad caandū pertinent, hoc est, qualis materia et forma, id qd ex eis factū tale erā esse indispositionr: si materia ē corruptibilis etiā id qd ex eo fit tale erit.

LOCVS AB EFFECTIS AD CAVSAS

Locus ab Effectis ad Caās.

Effecta illa dicuntur quæcunq ex Caūs efficiuntur vt ranæ efficiuntur à Sole, domus ab Ædificatore, vel effecta verè dicuntur genita et producta à Caūs quia illis veluti parentes

et velles Causam: unde fit, ut Causa cum Effectibus mutuo sese re:
spiciant. Et sicut multiplex est nomen Causæ ita possent esse mul:
tiplex effectus hinc etiam fit ut totidem ferè modis arguemus ab
Effectis ad Causas quot modis arguamur à Causis ad effecta.

Sciās. A Causis procreantibus fieri effectum, à Causis autem
conservantibus requiri interitum.

Argumentamur ab Effectu ad Causas ita ut à Causis ad effectus
inverso tamen ordine terminorum sic: Posito Effectu in potentia
ponitur quoque et Causa in potentia. Et sic Posito effectu debet po:
ni Causa ut occidit. Ergo odio eum persecutus est. Et sublato
Effectu tollitur Causa ut Dies non est. Ergo Sol non lucet.

Sciās. Alios Effectus esse qui sine Causis suis stare non possunt
modo ille effectus ab alia Causa non sit. V.g. Dies sine Sole non
potest esse. Alios qui sine Causa esse possunt. Ut esse domus
et potest ædificator interire.

In primo genere Effectuum semper valet argumentum. Posito
effectu ponitur Causa. In 2do genere Vel de præsenti vel
de præterito sine argumentum valet. Posito effectu necesse est
Causam esse vel fuisse.

NOTA. Huc quoq pertinere loci à generatione et corruptione, qa eni Vlaneto. Caa generantes et corrumpentes quam similis est rão ut et ipsius generationis et destem maxi: ma quod à Causis procreantibus et corrumpentibus. Cuius Caa producens est bona illud ipsu ē bonu. At sanitatis Caa producens est dieta. Ergo sanitas est bona. Et Cuius Caa producens est mala scilicet intemperies. Ergo et ipsa invaletudo ē mala.

Adiunx loci ab Effectis, pertinet locus ab usu qui accipi: tur hic pro operatione propria vel exercitio alicuius rei. V.g. Securis usus ē secare. Vestis usus est vestire. Veneni necificere Et habet duas Maximas. Prima. Cuius usus ē bonus ipsu quoq ē bonu. ut eloquentiæ usus est bonus. Ergo eloquentia bo: na. 2da. Cuius usus ē malus ipsu quoq est malum ut necare veneno ē malu. Ergo et ipsum venenu est malu.

NOTA. Discrimen esse inter Usum rei et Effectum Effectus enim rē simpliciē dicit à Caa perfectam. Usus autē in: dicat officiu et functione rei. V.g. gladius ē artificis effe: ctus. Usus gladii ē officiu seu munus quod circa gladiu st.

Huc quoque refertur locus a destinatis. Destinata autem Rudolphus Agricola vocat Causas illas quae ad certum finem destinantur seu referuntur. V.g. Fabri materia, instrumenta et omnia quae sunt inter extremum finem et primam Causam moventem ad domum aedificandam referuntur.

Erramus autem in argumentatione in hoc loco ab Effectis. Primo quando effectus falsos fucatos a veris effectibus non discernimus. V.g. si dicas effectum eloquentiae esse orationem efferuoris Dialecticae altercationes, effectum medentiae unius lites grauiter dulcissimas omnia ista sunt falsa. Alii effectus sunt veri et genuini sunt quaerendi.

2do erramus quando abusum pro vero ponimus. V.g. si quis dixerit multi homines gladio intereunt. Ergo sunt tollendi gladii. Non valet ista enim est abusus non verus gladiorum. Verus enim usus gladiorum est vitam defendere aut sceleratos occidere.

Inde videndum diligenter ne nos patiamur decipi, vale esse Causam qualis fuerint effectus idque enim fit ut Causa bona effectus mali sequatur, non per se quidem, sed per abusum eius ut vinum se per natura est bonum. Efficitur tamen saepe pant est mala.

Locus ab adiunctis.

LOCVS AB ADIVNCTIS.

Adiuncta sunt quae rem non necessario sed probabiliter cir:
comitantur ut si perres cum gladio igitur occidisti.
Dicuntur adiuncta quasi rebus iuncta, à Cic: vocantur con:
iuncta aliquando consequentia ut in 2do de Oratore: aliquando
attributa vel attributiones rerum et personarum, ab aliis hoc est recentio:
ribus contingentia vel communiter accidentia appellantur. A Quintiliano
circumstantiae rerum et personarum dicuntur. A aliis Circumstantiones.
NOTA Inter Antecedentia et Consequentia, inter Circumstantias
sive adiuncta hoc est discrimen
Adiuncta autem contingenter praecurrunt vel comitantur rem aut
cum ipsa cohaerent.

LOCUS A SIMILITUDINE

Locus à simi
litudine

Similitudo est diversarum rerum duarum aut plurium similis quae:
dam inter se affectio. Vel similitudo est proportio rei cum re extra:
nea consimilis collatio quoties ipsa qualis sit demonstratur
ut inter florem et adolescentiam inter occasum et senectutem.
Sunt autem tria genera similitudinis ut Cicero docet. Primum
est Inductio quae scilicet pluribus collationibus Oratio pervenit
quo vult, id est, plurium similium collatio. V.G. Si nus

Sol inter planetas, aquila inter aves, leo inter feras, Del:
phin inter pisces regnat: sic inter homines quoq. unus regna:
re debebit.

2da est Collatio. Quod est unius rei cū altera Compara:
tio. V.g. Dū calamitas temperantiæ comparatur. Sic Cicero
in Orone Cluentiana. Ut corpora nostra sine mente: sic Civi
tas sine lege, suis partibus et nervis ac sanguine et membris uti
non pt.

3tium est Exemplum. Quod rem aut autoritate et casu
alicuius hominis aut negotij confirmat aut infirmat. Est
autē exemplū vel Verū quod petitur ex historijs. Vel fictū
et fabulosū. V.g. Scipio occidit Gracchum magno reipub:
commodo: igr et Milo Clodiū seditiosū dū occidit plurimū
utilitatis Reipub: attulit est exemplū historicū. Fabulosū
autē est si qs ex Æsopo recenseat exemplū aquilæ et scara:
bei, qui contemptus ab aquila mirū in modum ultus est
inimicam sua licet parvus scarabæus: igr humiles non
st contemnendi.

Ad similitudinē refertur locus à proportione. Est autem proportio quædā similitudinis comparatio. V.g. inter pd̄rā et pd-miū est

Argumentamur à simili sic. De similibus simile debet ēē iudiciū et quemadmodū de simili ita de proportionibus idē iudiciū V.g. in periculo est navis si non habeat nauclerum Ergo et Respub: periclitabitur quæ non habebit Principem.

Possumus etiā à proportione argumentari transmutata. Sicut se habent octo ad quatuor, ita sex ad tria. Sed in prima combinatione ē proportio dupla (nam bis quatuor sūt octo) Ergo etiā in secunda combinatione talis erit proportio. Similiter sicut se habet fundamentū ad totā domū ita princeps ad totū populū. Sed fundamentū sustinet totū pondus domus. Ergo et Princeps populi debet sustinere oēs molestias populi

Maximæ autem istius loci istæ sunt. Si primi ad secundū et tertii ad quartū eadē est proportio. Erit et tertii ad primū et quarti ad secundū eadē quoque proportio. Rursus si primi ad secundū et tertii ad quartū eadē est proportio, certe

primi ad tertiũ et secundi ad quartũ est eadẽ proportio
Peccamus vero in argumentatione à simili primo quando ea
sumimus pro similibus quæ n͂ sunt penitus similia. Vt dũ Stoici
probarent oĩa peccata æqualia simili utebantur. Quemadmo:
dũ inquit peccat æque gubernator si paleam nauẽ euertit
atq ille qui nauẽ auri: ita æquè peccat qui parentẽ iniuria
afficit atq ille qui seruum. Falsa est ratio à falsa similitu:
dine Stoicorũ. Nã ad artẽ enim gubernandi nox pertinet an paleas
an aurũ habeat nauis: sed multũ interest inter officiũ quod pa:
renti et quod seruo debeamus.
2do peccamus quando similitudo est obscurior quàm res ipsa,
quã ad declarandũ et illustrandũ assumitur: nã cum ex genere simi:
liũ res obscurius ignoti similitudine explicetur non è contra.
Scias. Nonnullos assignare locũ dissimilitudinis diuersũ à
loco similitudinis verũ sed n͂ è cur necessariũ sit vna enim eadem
tã similitudinis quã dissimilitudinis sit ratio et idcirco et Quia
et Aristoteles in Topicis locũ dissimilitudinis omisit quia ex simi:
libus recte intelligitur. Sicut ergo in loco similitudinis ita
in dissimilitudine conspicienda est maxima, verbis mutatis simi:

liu in dissimilia quod est ista. Dissimilibus in rebus dissimile e[st] indicium. Et quod uni dissimiliu[m] quia dissimile e[st] convenit n[on] convenit alteri V.g. Apud Cic: in Laelio Amici novi veteribus n[on] s[un]t anteponendi ut equis vetustis teneros anteponere solemus, non e[nim] amicitiam e[ss]e debent sicut aliam rem fabricatas veterima quoq[ue] debent esse suavissima.

NOTA 1.[mo] Dissimilia duci ex ... adiunctis, antecedentibus, consequentibus, Caus[is] et effectis quemadmodu[m] et similia.

NOTA 2.[do] Locu[m] Dissimilitudinis à Cic: in Topicis nominari differentiam non aute[m] ita stricte accipit ut Dialectici sed differentiam appellat id o[mn]e quo aliud ab alio quocunq[ue] modo differt.

Vitia Loci à Dissimili eade[m] s[un]t quae à simili desumuntur e[nim] qui dissimilia petant, quae s[un]t similia

LOCVS A COMPARATIS.

Hic Locus est proximus duobus superioribus, quia ut in illis similitudo et dissimilitudo, ita in hoc par et impar, aequale et inaequale considerantur. quae ita s[un]t cognata ut vix ... discerni possint

Locus à Comparatis.

Differt cum dissimilitudo à Comparatis. Primo quia simili-
tudo est qualitatis, Comparatio ad quantitatem pertinet. 2. In si-
militudine non est maius et minus sed aequalitas: in comparatione
è contra.

Comparata sunt duae vel plures res quae in eadem vel in diversa
quantitate conferuntur. Sunt autem Comparata triplicia Pa-
rium Maiorum vel Minorum.

Comparata Parium est illa quando inter se conferuntur valde vici-
na et propinqua non per proportionem, et in similibus sed per aequa-
litatem vel paritatem. Vel paria sunt in quibus aliquid pariter
valet et eadem est ratio.

A paribus et affirmative et negative licet argumentari sic.
Quod in re pari valet etiam in ea valere debet quod par est. Et
è contra Si non valet in illa et in hac non valebit. Vel non cla-
rius. De rebus paribus par iudicium est ferendum. Ut si conti-
nentia est virtus. Ergo et abstinentia. Similiter negative.
Prudentia non decipit deus. Ergo nec iustitia.

Comparata maiorum est illa in quibus spectatur clarius vel quando
maiori minus comparatur. Dicitur autem maius, aut illud quod
habet maiorem virtutem seu potentiam aut illud quod est verisimilius

excellentius aut farre facilius.

Argumentamur vero a Minori Negative tantum. Quod in re meliori valet multo minus in minore valere potest. Vel sic id quod magis videtur inesse non inest, nec id quod minus videbatur inesse inest. V.g. Rex Poloniae non valet aliquid efficere, multo minus valebit idipsum aliquis Polonus Senator.

Comparata Minora sunt illa in quibus spectatur submissio, vel cum res minori maior comparatur ut si nobis Christo contemnenda est vita. Ergo et pecunia est contemnenda.

Argumentamur a Minori affirmative tantum sic. Quod in re minori valet eis convenit multo magis in maiore valere debet. V.g. Amat alienos qui potest contemnere suos.

Nota. Comparationem esse duplicem. Alteram simplicium quaestionum cuius tractatio hac tenus fuit. Alteram eorum de quibus non simpliciter quaeritur sed comparate: saepe enim fit ut non simpliciter in quaestionem res veniat: sed ita ut ea cum altero comparata quaeratur vel melior quae tantum vel utilior, perniciosior fuerit. V.E. Videmus virtutem et fortitudinem esse expetendam sed quaeritur utra sit melior et haec comparatio a Cicerone in quattuor capita dividitur in Numerum, Speciem, Vim et Affectionem quibus singulis capitibus certos tribuit locos et membra quae copiosius explicat Auctor.

Erramus à Comparatione in argumentatione. Primo quando ea quæ sunt imparia censemus pro paribus V.g. Oratoribus in Senatu locus dandus est. Ergo et Iurisperitis: Negaret Cicero Consequentiam præponit enim Oratorem Iurisperito: et dicit illos ad iuris studium venisse qui Oratores fieri non potuerint. Est enim iurisprudentia et minoris laboris et minoris ingenii sed eloquentia omnia summa requirit.

2do quæ sunt paria pro imparibus putamus V.g. Oratoriam et Imperatoriam autem dicit Cicero contra eos qui hæc imparia existimarent, cum in utraque sit par dignitas et utilitas. Duæ sunt, inquit Cicero, artes quæ possunt homines in amplissimo dignitatis gradu collocare una dignitas Imperatoris et Autoritas Oratoris: Ab hoc enim pacis ornamenta retinentur ab illo

Reliqua vitia quæ recensentur in Autore vide.

Locus à Contrariis seu Oppositis.

LOCUS A CONTRARIIS SEU OPPOSITIS.

Contraria seu opposita sunt quæ sibi mutuò aliquo modo opponuntur. Sunt autem genera Contrariorum seu Oppositorum ut vult Cic: et Arist: Adversa, Privantia, Relativa, Aientia et Negantia seu Contraria, Privantia, Relativa et Contradictoria.

Adversa sunt secundum Ciceronem quae in eodem genere plurimum differunt ut sapientia stultitia, virtus et vitium.
Et sunt duplicia Mediata et Immediata.

Argumentamur à Contrariis Immediatis et Affirmative sic: Posito uno contrariorum Immediatorum removetur aliud V.g. Est sanus. Ergo non est æger. Et Negative sic Remoto uno Contrariorum Immediatorum ponitur aliud V.g. non est sanus. Ergo est æger.

Ex contrariis Mediatis argumentamur Affirmative tantum Posito uno Contrariorum Mediatorum removetur aliud. Sed non è contra. V.g. Est albus. Ergo non est niger. Sed negative non valet. Non est albus Ergo est niger, quia potest esse fuscus, rubeus, vel viridis.

Privantia sunt ea quorum alterum ponit formam seu habitum. Alterum vero privationem formae seu in subiecto à natura ad illud apto et in tempore à natura constituto ad illam formam introducendam V.g. Cæcitas visus, surditas auditus, lux tenebræ, Dicitur sequitur subiectum à natura non mele dicit lapidem cæcum vel surdum esse quia non est lapis aptus ad formam visus et auditus recipiendam Dicitur quoque in tempore à natura constituto quia catuli

ante nonū diē non debent dici cæci, neq̃ infer ante septimū annū amentes quia priuatio n̄ est priuatio nisi adsit certū tēpus ad formā introductionē.

Sunt autē priuantia. Alia quæ sine nomine simplici, id est, sine negatione explicantur vt cæcitas, surditas. Alia quæ nōe composito et in compositione, id est, cū negatione explicantur vt potens impotens, humanus inhumanus.

Sunt etiā priuantia alia quæ si semel cuipiā subiecto defue-rint perpetuo manent ab eodē habitū excludunt vt mors quæ est priuatio vitæ. Alia quæ mutuo cū habitu recurrunt atq̃ ita adesse rei subiectæ ita ab ea abesse possunt vt lux et tenebræ somnus et vigilia.

Argumentamur à priuantibus simpliciter pro vtraq̃ parte sic.
Priuantia nunquā simul consistunt. vt est Cæcus quicunq̃ non videt et ē contra. Est videns Ergo n̄ ē cæcus.
Est quoq̃ præter hanc communem
propositio ista. Remota forma ab apto subiecto certo tēpore requisita ponatur priuatio. V.g. homo non sapit decimo anno. Ergo est stultus. Hic homo aptū ē subiectū ad

id ut sapiat. Ergo iam est certum tempus sapiendi, a septimo enim anno homines sapere incipiunt.

Relata seu ea quae cum alio conferuntur et quorum natura consistit in eo ut alterum referatur ad alterum v.g. pater ad filium.

Argumentamur a Relatis sic. Posito uno Relativorum debet poni aliud et sublato uno tollitur aliud. Ratio. Quia Relativa sunt simul natura ut patet ex praedicamento Relationis.

Adversa et Negantia vide dicta quod idem a

b et sunt quando unum verum est alterum continuo falsum. et est contra. ut homo non homo. Et haec vocantur a Philosophis Contradictoria.

Sunt autem duplicia. Alia Simplicia quae absque ullo verbo enunciantur ut bonus non bonus. Alia Coniuncta quae cum verbo iunguntur ut homo currit homo non currit.

A Negantibus seu Negativis seu Contradictoriis argumentamur sic. Si unum Contrariorum est verum alterum est falsum. Et est contra. V.g. Si verum esset caelum moveri. Ergo falsum caelum non moveri. Vel sic impossibile est contradictoria esse simul vera ratione eiusdem sed omnino necesse est alterum esse verum alterum falsum.

NOTA. Communes leges omnium Contrariorum haec esse. Prima Contra:

nis

vis omnibus, contraria non conveniunt V.g. Virtus non est vitium. 2da Contrariorum sunt contraria consequentia ut stultitia fugienda, sapientia expetenda est. 3tia. Si uni contrariorum convenit, ei alteri non convenit V.g. Si nix est candida. Ergo non est atra. 4ta. Si quid uni Contrariorum conveniat id alteri conveniet. V.g. Si iustitia conservat Rempub: Ergo iniustitia non conservat.

Peccamus ex hoc loco Contrariorum in argumentatione, quando contraria vel subiecto vel tempore vel loco non eodem sumuntur, vel non in eadem ratione comparantur, ut interdiu domus aperiatur et noctu clauditur. Ergo domus est aperta et clausa. Falsum est. Deceptio est in argumentatione quod ignorantia Elenchi appellatur de qua in Syllogismo Sophistico.

Locus à Diversis

LOCVS A DIVERSIS.

Iste locus cognatus est superiori nec ab eo multum distat. Dicuntur autem Diversa vulgo disparata latinè Distincta, differentia, vel distantanea et definiri possunt sic Disparata sunt quorum unum non est aliud quamvis inter se non pugnent: Alius est; Disparata sunt quae quamvis non sunt inter se opposita ullo modo oppositionis simul tamen stare non possunt.

Sunt autem Disparata seu Diversa quadruplicia. Vel enim sunt numero ut Petrus Paulus. Vel specie ut homo vel Leo(?). Vel genere ut arbor

et lapis. Vel praedicamentis ut animal et scientia.
Quaeres an Diversa et Adversa sint eadem?
R. distinctione esse nam licet omne adversum sit diversum non tamen contra
omne diversum est adversum. V.g. Arbor et lapis res non sunt adversa quia sub
eodem genere iam autem fortitudo et audacia sunt adversa. Ergo et diversa.
Argumentamur a Diversis affirmative tantum sic. Quae natura distin-
cta, illa non possunt coniungi. At terra est elementum. Ergo terra non est caelum.
Negativum modum argumentandi non habet neque enim valet Canis non est
homo. Ergo est equus.
Erramus ex hoc loco in argumentatione quando putamus ea quae uni
diversorum conveniunt aliis non convenire hoc est quando existimamus
ea quaecunque in unum cadunt in caetera diversa cadere non possunt. Ut
homo, equus, leo, falsum est cum homo dormiat, vigilet, comedat non posse
convenire equo leoni: communia enim haec omni animanti attributa.
Obiicies. Fortitudo et iustitia sunt diversa si igitur fortitudo est
virtus: Iustitia non est virtus. Nam diversis diversa conveniunt, ne-
gando consequentiam.
R. ad probationem. Dico diversa diversis competere in quaestione proprii
et definitionis: non valet autem hoc axioma in quaestione generis
et accidentis nam diversae species unum habent genus Vg. Fortitudo
et iustitia habent virtutem suum genus.

Locus ab Ante-
cedentibus Conse-
quentibus et Repu-
gnantibus.

LOCUS AB ANTECED: CONSE- QUENTIBUS ET REPUGNANTIBUS:

Cicero hunc loci aptiu esse Dialecticorum asserit atq ab adiunctis eo differre credit quod hic e rem probabilium ille aute necessariam. Adiuncta enim non semper euenerunt non semper firmiter concludunt: Antecedentia ad Consequentia et Repugnantia semper firma it et nunquam fallunt.

Antecedentia sunt quae rem quampiam necessario antecedunt V.g. Castus procedit odium, meridiem ortus et hac Antecedentia et Consequentia dicuntur Consentanea, quia cum illis nomine conueniunt.

Usus huius loci est in confirmando idque ex duplici Maxima. Prima Si id quod antecedit rei cuipiam conuenit. Etiam quod est consequens conuenit et V.g. Si ignis est sequitur ut sit calidus et urat. 2da. Si antecedenti quidpiam conuenit id Consequenti conueniet V.g. Si ars bene dicendi est expetenda. Ergo et Rhetorica est expetenda.

Et in refutando duplici ter. Primo. Cui non conuenit antecedens nec Consequens conueniet. V.g. In Antonio non est virtus. Ergo nec Iustitia nec liberalitas. 2do Si Consequenti quid non conuenit nec Antecedenti conueniet. V.g. In virtute non cadit vitium Ergo nec in Iustitia nec Prudentia.

Nota. Non eadem esse Antecedentia in Confirmando quae
et in refellendo: in confirmando enim Species antecedit genus, et hoc
est aut Iustitia est virtus, siquidem dato hoc statim sequitur aut.
In refellendo genus est antecedens Speciei quo sublato speciem
etiam tolli est necesse V.g. Si antecesserit vacat nec consequi … statim
hominem esse cum ipse caninitas ad animus sequi.

Consequentia sunt: quae res necessario consequuntur ut iustitiam
est honestas.

Sunt autem Consequentia alia quae semper eveniunt. V.g. hominis sem-
per Consequens aut, iustitia, virtus, avaritia vitium. Alia quae
non semper eveniunt ut libere et inebriari non semper evenit,
nec dirigere et noscere ut enim qui bibit non semper inebriatur: ita qui
sedulam dat operam literis proficit. Sed haec magis consentanea
sunt quam Consequentia ea enim vere Consequentia sunt quae et ne-
cessario et semper consequuntur.

Usus huius Loci est in confirmando: sed ratio ex hac Maxima
Quidquid convenit aut non convenit Consequenter id etiam conve-
niet aut non conveniet.

Antecedentia ut si animal spirat et sentit. Ergo homo, bos, leo,
spirant et sentiunt. Et in refellendo idque dextre ex ea Maxima
Cui Consequens non convenit eidem et antecedens non conveniet

Vg Si avaritia n̄ ē vitium. Ergo nec iustitia nec temperantia a:
varitia erit.
Repugnantia sunt quæ cū re nunquā cohærere possunt; quidquid
enim rei convenit qui eiusmodi est ut cohærere nunquā possit: Vg.
Igni sit et non urat: venenū et nō noceat repugnāt. 2do: Vel Re:
pugnantia sūt Contrariorū Consequentia: seu Consequentiā contraria
Vt amat Cicero Pompeiū. Ergo illi non invidet.
A Repugnantibus ducuntur argūta. Primo Cū ea coniunguntur
quæ nullo modo coniungi possunt, hoc est, Si alterū Repugnantiū rei
convenit, alterū convenire n̄ pt ut si quis dormit n̄ vigilat. 2do.
Si quid unū Repugnantiū cadit in aliud cadere non pt ut si tem:
perantiā ē laudabilis, intemperantia ī erit. Negative vero sic Cum alteri
n̄ convenit Repugnantiū si alterū non repugnante convenit Vg.
Si Antonius nullo Consul nihil repugnat eū fortē esse.
Differunt Repugnantia à Contrariis quod illa certā lege repugnant
et in uno loco sentiuntur: Repugnantiā autē nec legē habent et per
oēs locos sūt diffusa.
Sequamur vō ex his loco Antecedentiū. Primo Quando puta:
mus Conclusionē firmā fore, si sublato eodē antecedente tollatur Con:
sequens quod credi ī pt: quoniā assumpto antecedente Consequens rectè
concludebitur ut se habet si quidē iustitia si sit virtutē esse, dici:

Omnino non rectè, Si iustitia non fuerit n esse virtute, cu specie questione generis euersio n consequatur. Ego quando id quod necessario se consequitur putamus consequi v.g. Si doo est doctrè, n sequitur necessario: nam sequeretur et id, vt oes qui sint docti quod n videntur.

In Consequentibus vero erramus quando arrepto Consequente antecedens concluditur, recte aute argumentamur Cu sublato consequente tollitur antecedens v.g. Non sequitur, cu dico Si quod aal è sensum hnem eê oportet. Sed bene sequitur Si quid n est aal nec hoo est.

In repugnantibus aute peccamus quando statuimus Repugnantia esse quae minimè repugnant, vt et diuitē esse et bonu esse: Etsi enim multi diuitiis sepè depravantur, n tn bonitas à diuitiis ita diuiditur, vt nunquā in eundē cadere possit. Falsu itaq dicent Si quis ita concludat. Si Cato esset vir bonus. Cato n e diues: Cu vtrumq ornatus fuerit.

Sed cur aliter ab Autore nrō Antecedentia, Consequentia, Repugnantia tractantur, aliter ab aliis Dialecticis: quod ne te turbet, distinguas locu istu duplicē esse vel in rebus vel in argumentatione. Loquuntur alii Dialectici de Anteceden: Conseq: Repugnan: Autor vero nr de Antece: Consequen: in arguendo. Superius ha. licti Ante: Consequen: Repu: in rebus in arguendo vo hoc. Cu:

ma Regula. Posito Antecedente Consequens ponatur. 2da Destructo Consequente destruitur Antecedens. 3tia. Repugnantia simul non agreeant V.g. Si odio prosequitur non igitur amicus est.

De Locis Asumptis satis Communibus dicimus in Elencho particionum aperta nulla eorundem mentionem facimus.

Liber 6tus

Argumentationis explicatio.

Pertractatis iis locis ex quibus argumenta ad probandum eruuntur antequam ipsam argumentationem aggrediamur, prius cum Auctore, id quod est caput totius disceptationis et controversiae inquiramus quid sit videlicet Quaestio et quotuplex huc enim omnia quae in tota disputatione dicuntur referenda sunt.

Quid sit Quaestio et quotuplex.

× licet.

Quaestio est Oratio probabilis de qua in utramque partem disserere potest[×] rit se ille philosophari. Et haec a Graecis Problema dicitur.

Problema

Est autem Quaestio duplex Vel finita. Vel infinita ut Cic: docet.

Infinita est quæ nullis circumstantiis aut personarum aut temporum aut loci notatur, sed de universo genere disputat V.g. An Philosophia sit utilis Reipub: et hæc à Græcis dicitur Thesis, à Cic: propositum Consultatio. Locus Comunis, quæ quidem quæstio est propria Dialecticorum ac Philosophorum qui non singulas res inveniunt et circumspectant: sed de universo rerum genere disputant.

Finita est quæ personis temporibus et aliis circumstantiis desoribitur V.g. An nostris Polonis sit Philosophia utilis et hæc à Græcis Hypothesis appellatur à Cicerone Causa et Controversia dicitur.

Infinita quæstio est duplex. Vel Cognitionis vel Actionis.

Cognitionis est quæ ad veritatem et scientiam pertinet seu cuius finis est scientia ut Cicero exponit. V.g. An cælum sit rotundum: An Sol sit maior terra: In his enim sola cognitio spectatur et veritas, qua inventa animus noster conquiescit.

Actionis est quæ ad persequendum × quid et declinandum seu quæ finem habet agere V.g. An voluptas sit expetenda.

× pertinet inservi debet.

Quæstio Cognitionis est triplex. Prima quærit an sit. V.g. An sit Monoceros et hæc coniectura explicatur. 2. quæ quærit Quid sit. V.g. Quid sit Monoceros sitne equus an alterius speciei animal et hæc definitione exprimitur. 3. quæ quale sit explicat V.g. qualis sit Monoceros, qualis est vivendi eius, an cornua Monocerotis × appellare venena.

× expellant

Quaestio An sit est quadruplex. Prima quae quaerit sitne aliquid V.g. Sitne iustitia in mundo. 2. quae investigat unde oriatur. V.g. Unde iustitia oriatur an à doctrina, an à natura. 3. quae quaerit quae sit causa efficiens V.g. An praemium aut poena iustitiam conservant. 4. quae de mutatione rei quaerit an possit videlicet mutari V.g. An facile ex iustitia fiat iniustitia.
Huc quoque pertinent tempora. Praeteritum ut an mundus sit aeternus. Instans ut An moderatione et sapientia perfecti Oratoris non solum prius dignitas: sed et vita civium multorum et universa Respublica conservatur. Futurum ut Verum bellum proximo anno sit futurum.
Quaestio definitionis seu Quid sit est duplex. Prima de eodem et diverso V.g. Sitne idem perseverantia et pertinatia. 2. quae sit imago rei ut Quae sit imago superbiae, avaritiae.
NOTABIS. Quaestionum esse locos proprios. Et quaestioni quidem An sit servire praecipue. Videlicet locos à Causis, Effectis, et Coniunctis: et tametsi in hac quaestione alii loci inserviant, hi tamen eius sunt maxime proprii.
Quaestioni vero quid sit serviunt loci à Definitione, Descriptione, Notatione, Genere, Specie, Differentia propria.
Quaestio Quale sit seu Qualitatis est duplex Simplex et
Comparata [x] Composita.

Simplex habet tria genera. Primũ de expetendo et fugien=
do V.g. Sit ne expetenda an fugienda urbs. 2. de aequo et
iniquo, ut sit ne ulcisci eum à quo iniuria acceperis. 3. de cupi
et honesto ut honestũ ne sit pro patria mori: nunc cupe nobile
mercari.

Comparata duo habet genera. Prima de eodẽ et diverso qd
erat cadebat in quaestione quid sit. V.g. Idẽ ne sit eloquens et loquax
ibĩ qualis sit eloquens et qualis loquens. 2. de maiore et minore
V.g. Maior ne sit in Repub: Orator an Imperator. Et ad hoc
genus quaestionis adhibentur loci à Comparatis cũ iis omnibus
quae de eo dicta sunt. Ad illud autẽ genus simplex: subi:
bet de aequo et iniquo, cadunt loci ab adiunctis, Contrariis, si:
milibus, Dissimilibus, Antecedentibus, Repugnantibus, Consequen:
tibus et Comparationẽ praecipuè iõ Caussarum.

Hac de Cognitionis Quaestione.

Quaestio iõ Actionis est duplex. Prima quae ad rationem
officii pertinet V.g. quomodo sit administranda Repub: quomodo
sint parentes colendi. Secunda quae pertinet ad sedandos vel
ad commovendos oratione animos, ut quo pacto animus à maerore
ad laetitiã ab odio ad benevolentiã sit deducendus. Et hac

timur in consolandis afflictis in comprimendis iracis in timore tollendo in cupiditate minuenda, in cohortando ad defendendam rempub: ad gloriam ad laudem, quod magis ad Oratorem quam Dialecticum pertinet.

Finita Quaestio dividitur in tria genera. Demonstrativum Deliberativum et Iudiciale: quae Rhetores peculiariter ad tractandum sibi assumpserunt: quibus viris Rhetoribus in his explicandis palmam indulgere volumus.

De Quaestione Dialectica.

DE. QVAESTIONE DIALECTICA.

Quaestio Dialectica seu Topica ab Autore exponitur ac in quatuor genera distribuitur videlicet in quaestionem Generis Definitionis, Proprii et Accidentis.

Quaestio generis est cum id quod praedicari vel attribui locum tenet in quaestione definitionis vim habet V.g. si quaeratur sitne ars Dialectica disserendi.

Quaestio Proprii est. Cum praedicatum Quaestionis habet vim proprii ut sitne proprium hominis ridere, equo hinnire.

Quaestio Accidentis est. Cum id quod attribuitur rei subiecto

est aliquid adventitiū, idē ē, ab extra advenit. hęre insti:
tūt expetenda, sicut ceetū colorati, terra rotunda.

Sciās itta quęstionū genera per oēs locos Dialecticos in lib. 1.
explicatos breve reduci scilicet per locū à Definitione, Rationale
à Toto, à Coniugatis, à Genere, à Specie. V.g. Si quęratur in quę:
stione Generis ē ne anima numerus, idq ita esse concedatur. A
Loco Definitionis poterit refelli hoc modo. Si anima est numerus
necesse ut sit multitudo unitatū. Atqui anima n̄ est multitudo
unitatū. Ergo. Sic à partiū Enumeratione. Si anima est nu:
merus aut par erit aut impar. Atqui neq est par neq im:
par. Ergo aīa n̄ est numerus. Sic à Toto. Ois numerus
est quantitas. Atqui anima n̄ est quantitas. Ergo. Et sic
de cęteris licet argumentari.

inter eos duo numerū paris: mus.

Sciās 2do. In oī quęstione duo esse diligenter obseruan:
da Subiectū et Prędicatū, ab utroq enī argta duci possunt.
A Subiecto si quęratur vtrū fortitudo sit laude digna: Con:
firmabimus à Subiecto sic. Si virtus est laude digna.
Ergo et fortitudo. Atqui datur primū. Ergo et secundū.
Hoc enī argūm est à genere virtus fortitudinis quod in quęst

stione subiicitur. A Praedicato vero si genatur Quaestio An liberalitas sit expetenda: sumeris praedicati Expetenda, dico Si virtus est expetenda. Ergo et liberalitas. Atqui primum Ergo secundum. Plurima exempla quisque pro industria sua fingere poterit si modo meminerit Quaestionis: ut id quod subiicitur quaeque quod attribuitur excutiendum esse: At utriusque definitiones, genera, Species, Propria, Coniugata perquiri debere. Scias 3tio. Quaestiones alias esse Simplices. Cum unum uni attribuitur ut cum unus sit mundus. Alias Coniunctas in quibus uni subiecto plura solent tribui ut sitne mundus unus et perfectus et aeternus. Sitne Dialectica necessarissima et prima.

Et haec de libro sexto.

Liber 7mus.

Exacta iam sufficienti doctrina inveniendorum argumentorum ne aliquid sibi ad eandem deesse videatur Propositiones ex quibus omnis constat Syllogismus. Primo explicare aggreditur quod facit in hoc libro in quo allata definitione Propositionis multiplicem eius divisionem cum hac quod attribuitur adfert 2do. Repugnantiam seu Contrarietatem propositionum ostendit. 3tio. Aequipollentiam et conversionem earundem docet.

Quid est Propositio et quibus nominibus appellatur.

PARS LIBRI PRIMA.

Pars prima libri.

In qua definitur Propositio. Est Oratio perfecta verum vel falsum significans et quae circa accidunt

Ubi sciendum illam Propositionem verum significare quae id quod est dicit esse et id quod non est dicit non esse ut homo est rationalis. Et Canis non est rationalis. Illam autem falsam quae dicit id esse quod non est et quod est non dicit esse ut Corvus est albus et Corvus non est niger.

Diversis autem nominibus appellatur Propositio: nam Graeci axioma vocant, Enunciationem meerdum Effatum appellant. Vulgo Propositionem appellari videmus licet Propositio explicarietur (ut nonnulli volunt) cum ad concludendum quidpiam assumitur. Aliter Pronunciatum appellatur.

quae hic intermissa sunt hoc inseri debere. Cicero meerdum pronunciationem et pronunciatum interdum Enunciationem et Enunciatum appellat.

DE MULTIPLICI DIVISIONE PROPOSITIONUM.

De Multiplici Divisione Propositionum.

Est itaque Propositionum divisio: quarum prima provenit a Substantia quae talis est. Propositio est duplex. Simplex sive Cathegorica et Coniuncta seu Hypothetica.

Simplex est quae habet unam sententiam eamque vel affirmat vel negat. ut Animus est immortalis.

Coniuncta seu Hypothetica est quae duabus pluribusque simplicibus, aliqua coniunctione copulatis provenit seu constat. Ut Si vivit clara et aeterna est. Expetenda est. Quae Propositio conficitur ex duabus simplicibus. Quis est. Vivit clara. 2. Vivit aeterna.

Secunda Divisio Propositionum est a Qualitate initium habens

Propositio est Aut est Affirmatiua aut Negatiua.
Affirmatiua est quod aliquid affirmat ut Plato est Philosophus.
Negatiua est quod aliquid negat ut Socrates n est vir bonus.
Ad hanc diuisionē refertur et illa Propositionū alia. Aut est Vera Propositio aut Falsa
Vera est quod est Consentanea naturæ rei et oēm hominē esse morti obnoxiū
Falsa est. quod attribuit ea quod rei n insunt vel negat quod insunt. Ut si dicas ignis est frigidus vel ignis n est calidus.
Tertia Diuisio. quæ sumit Quantitas est hæc. Propositiō Quanta est quadruplex Vniuersalis, Particularis, Indefinita et singularis.
Vniuersalis est quod aliquid in toto affirmat, vel negat cū signo sibi adiuncto vniuersali ut Oīs virtus est laude digna: nulla virtus est laude digna.
Signa Vniuersalia affirmantia s̄t Oīs, quilibet, quicunque. Negantia Nullus, nemo, &.
NOTA Hoc Vniuersale sumi dupliciter Absolutè et Respectiuè.
Absolutè cū nihil quicquā excludit ut Oīs hoō est aāl. Respectiuè cū restringitur ad id de quo agitur ut Oīa mihi licent, idē, ea de quibus ante actū fuit.
Particularis est quod aliquid in parte affirmat aut negat ut quidā hoō ē iustus: quidā homo n̄ ē iustus.
Cuius signa affirmantia sunt quidā aliquis &. Negantia quidā non, aliquis non &.
Indefinita est: in quā subiectū quidē est Vniuersale: sed absque ullo signo

notatur

pedolari ut homo est animal: homo n' est animal.
Singularis est in qua subiectu' e singulare seu individuu' ut Socrates
e Philosophus.
Hic notta. In ratiocinationibus consideranda' duas tanta' Propositiones spectari
Universale' et Particularem: nam q' Indefinita aliquando e' Universalis
aliquando Particularis
Universalis si praedicatu' necessario inest subiecto ut homo est a'al: id' valet
ac si diceret o'is homo est a'al: neq' e'm dabitur aliquis homo cui n' competat
hoc nomen animal.
Particularis si non necessario sed ex accidenti subiecto inest, homo
est sapiens doctus, videns: id' valet q'd particula si quida' homo e doctus.
neq' enim o'es ho'es contigit esse doctos.
Singularis aute' Enunciatio semper Particularis vim obtinet.
Quarta Divisio quae noveris materia est haec: Propositio alia aut
est necessaria aut Impossibilis aut Contingens.
Necessaria est quae semper e vera seu in qua coniunguntur ea quae neces-
sario cohaerent: et in hoc genus aut dicta praedicantur de Spe', aut propria
de subiecto, equus e hinnibilis. Haec alio noe' naturalis dic.
Impossibilis e quae semper e falsa, seu in qua connectuntur ea quae nulla' ra'
connecti possunt ut homo est asinus: ignis e frigidus. Haec alias Remo-
ta dicitur
Contingens e quae aliquando vera, et aliquando falsa e' p't hoc e', in
qua de subiectis dicuntur Accidentia dicuntur ut homo est niger, Socrates est
iracundus.
Differt aute' a duabus superioribus quod illaru' prior sit necessario

vera posterior sit necessario falsa. Hoc quod est contingens medio modo
sese habet nam aliquando est vera aliquando falsa.

Quinta Divisio. Propositiones aliae sunt quae diversis extremis clauduntur
ut virtus clara aeternaque habetur.

Aliae quae habent extrema communia ut alius est paratus semel mori et ta-
lium duplex est ratio, nam relativorum extremi utrumque particeps est, quod fit
bifariam. Primo Cum non solum extrema sed et ordinem et situm habent eundem
ut se exempla fallacia repetitis ostendunt. V.g. Virtus clara aeternaque. 2do.
Cum eadem habent extrema sed situm et ordinem mutant ut in hoc: nulla in-
iuria est virtus: Et nullum vitium est virtus. Sed haec ratio est conversio-
nis de qua infra dicetur; vel solum subiectum commune habent, ut iustitia est
virtus et iniuria est reiicienda. Vel solum praedicatum commune habent ut iniu-
ria est expetenda et eloquentia est expetenda.

Sequentes diversis sumuntur ex Baptista.

DE QUIBUSDAM ATTRIBUTIS PROPOSITIONUM.

Omnis itaque Propositio constat duobus terminis Subiecto et Prae-
dicato.

Subiectum est quod priorem locum tenet in Enunciatione.

Praedicatum est quod Subiecto attribuitur. Seu quod de Subiecto dicitur
ut in hac Pronunciatione. Animus est immortalis: animus est subiectum.
Immortalis, Praedicatum.

Nota 1o. Hic primo. Subiecti et Praedicati non semper esse eandem rationem
nam alia sunt quae simplicia dicuntur: Alia quae Coniuncta.

Simplicia singulis terminis ac vocibus constat ut homo est visibilis.
Coniuncta plures terminos et voces desiderat ut unius scientia est utilis
et necessaria Reipub: Ubi scientia unius similis est subiectum: Necessaria
et utilis Reipub. est praedicatum. *similis unius esse debet

NOTA 2do. Duplex esse genus Hypotheticae et Coniunctae Propo-
sitionis alterum cum plures voces concurrunt in unum et unam rem notam reddunt
ut ars bene et ornate dicendi id est Rhetorica: Alterum cum plures voces et
diversa natura exprimunt ut Orator et Poeta: Vinus et Leo.

NOTA 3tio. Duplicem esse propositionem Categoricam.
Simplicem cum praedicatum simpliciter attribuitur subiecto ut virtus est expeten-
da et homo est animal: Modalem simplicemque cum quodam coniungitur vel distinguitur
modo quodam, de primis diximus ante hoc est de Categorica: de posteriori
nunc dicendum.

DE MODALI PROPOSITIONE

De modali Propositione

Modalis est Propositio est quae ad Categoricam propositionem adiungit
aliquem modum ex istis quatuor. Necessarium, Impossibile, Contingens et
Possibile ut Petrus currit contingenter. Animal necessario vivat. Ubi mani-
festum est praeter istam Categoricam Petrus currit unum modum scilicet contingen-
ter.

*Petrus [illegible] li debet

Ex his Necesse ita praedicatum adiungit subiecto ut aliter evenire
non possit quam praedicatum enunciat quia quod necessario inest nunquam non
inesse potest sed semper inest ut homo necessario esse animal.

Contrario modo habet se impossibile ita enim subiectum cum praedicato coniungit ut alterum alteri inesse non possit ut impossibile est hominem volare. Posteriores duo modi et coniungi et disiungi praedicatum cum subiecto faciunt, ut possibile est hominem esse ursum. Contingens est hominem in errore esse.

Ubi nota. Primo quamvis possibile et contingens pro eodem interdum sumuntur, non proprie loquendo. Possibile est illud quod non est tamen esse. Contingens autem illud quod est, et potest non esse.

NOTA. Modales possunt correspondere signis quantitatis idque eo ex signo eodem modo: ita quod necessarium sit universale affirmativa correspondeat signo omnis. Impossibile significat universale negativa correspondens signo. Nullus. Contingens et possibile correspondent signo Quidam. Indefinita et singularis in modalibus non reperiuntur sed de modalibus Prop. vide prolixiorem Auct: De Interpret: Lib 2. Ioannem Caesarium et Mosicensem.

De Prop: Coniuncta seu Hypothetica.

DE PROPOSITIONE CONIUNCTA SEU HYPOTHETICA.

Quid sit Coniuncta seu Hypothetica Propositio dictum est nunc tantum duas esse eius partes. Antecedens et Consequens. Antecedens priorem Consequens posteriorem locum habet ut Si iustitia conservat Rempub: iustitia est expetenda. Iustitia conservat Respub: est Antecedens. Expetenda est, Consequens est,

Triplex aute est Hipothetica Propositio Conditionalis, Disiunctiva et Copulativa.

Conditionalis est cuius partes coniunctione conditionali Si copulantur ut Si Tyranni vere cadunter, Cesar vere est casus.

Disiunctiva est. Cuius partes tanquam dissidentes coniunctione disiunctiva copulantur ut, Aut virtuti aut voluptati serviendum est.

Copulativa est cuius partes coniunctione copulativa connectuntur ut Virtus et honestatem parit et utilitatem.

Porro Veritas et Falsitas Hippotheticae Conditionalis inde dignoscitur: si antecedenti necessario, Consequens adiungitur aliquid Vera est, ut Si homo est animal est. Quod si Consequens Antecedenti ex accidenti adiungatur est falsa. ut Si homo est doctus est, neque enim omnis homo est doctus.

Disiunctiva aute Si altera est Vera. Altera erit falsa ut Iustitia est aut virtus aut vitium: non est vitium ergo est virtus.

Copulativa aute est vera Si utraque pars eius fuerit vera ut Iustitiae est et bonos honorare, et improbos punire. Falsa aute si vel altera tantum pars eius fuerit falsa ut Virtus et honestatem parit et miseros reddit; in qua quia pars est falsa tota censenda est falsa.

NOTA. Hippotheticam Propositionem norit et Categoricam esse duplicem idque ratione qualitatis Affirmativam et Negativam

Affirmativa e quae nulla negatione vel nisi addita est licet in parte aliquando sit negatio, nihil tamen impedit quominus tota propositio sit vera ut Si Socrates e homo. Alioquin non est.
Negativa e quae negativam particulam habet annexam ut non est laudari et reprehendi, sed ... meretur. Non aut vivit aut mortuus est.

De Oppositione seu Repugnantia Pars 2da libri.

DE OPPOSITIONE SEV REPVGNANTIA. PARS 2DA. LIBRI.

In qua allata definitione Oppositionis Divisionem eius adfert.
Est itaq Oppositio eiusdem de eodem Affirmatio et Negatio: Vel duarum propositionum Cathegoricarum quaedam repugnantia, vel qualitate tantum, vel quantitate tantum aut qualitate et quantitate simul.
Est autem quadruplex. Contraria Subcontraria, Subalterna, et Contradictoria.
Contraria e repugnantia Universalium in qualitate tantum altera enim illarum universe affirmat, altera universe negat ut Omnis voluptas e expetenda. Nulla voluptas est expetenda.
Ea autem e lex et natura Contrariarum ut una illarum sit vera, altera falsa si

in materia necessaria. quod si in contingenti utraque est falsa. Exemplum prioris Omnis homo est visibilis: nullus homo est visibilis. illa vera haec falsa: Exemplum posterioris. Omnis homo est iustus: nullus homo est iustus utraque est falsa.

Subcontraria est Repugnantia particularium in qualitate tantum ut Quaedam voluptas est in bonis: quaedam voluptas non est in bonis.

Lex et natura subcontrariarum ea est ut nunquam utraque sint falsa sed semper verae: si sint in materia contingenti ut si dicas quidam homo est doctus, quidam homo non est doctus. Falsa autem utraque si in materia necessaria ut quidam homo est animal. quidam homo non est animal.

Subalterna est Repugnantia duarum Propositionum in quantitate tantum nam cum utraque sit sive affirmans sive negans altera necesse est ut sit universalis altera particularis ut omne honestum est utile: quoddam honestum est utile.

Contradictoria est Repugnantia universalium et particularium in qualitate et quantitate simul ut omnes virtutes pariunt honestatem quaedam virtus non parit honestatem.

Contradictoriarum ea est natura sive in possibili sive in remota sive in necessaria materia ut nunquam possint esse simul verae aut falsae sed altera erit vera altera falsa ut omnis homo est visibilis; quidam homo non est visibilis.

Sed ut melius cognoscatur natura Oppositionum hanc tabulam subiice.

De Propositionum inter se Oppositione, proxime diximus quae quia mutuum veritate aut falsitate per aequipollentiam conveniunt, consequens est ut de ea dicamus.

Est itaque Aequipollentia propositionum inter se dissidentium compositio et quasi in concordiam reductio quod tribus modis fieri contingit. Primo si negatio praeponatur alteri pronunciatorum: 2. si postponatur 3. si postponatur et praeponatur simul; id quod ex illo versiculus commodius docere solent.

Cuius talis est sensus. Si negatio praeponeretur uni Contradictoriarum rei conciliabuntur Contradictoria: At vero negatio postponatur contrariis inter se convenient: Si autem negatio praeponatur et postponatur simul, subalternis aequivalebunt.

Quod itaque attinet ad Aequipollentiam Contradictoriarum sic habet: Datis quibuslibet propositionibus duabus contradictoriis alteri illarum praeponenda est negatio, iuxta versiculi praeceptum, ubi dicitur.

Prae Contradict. V.g. Omnis homo est iustus: hic praepono signo universali negationem sic. Non omnis homo est iustus et aequivalet huic suae contradictoriae. Quidam homo non est iustus. Similiter. Nullus homo est iustus: si praepono negationem sic: Non nullus homo est iustus: aequivalet huic Quidam homo est iustus.

Hic Autor refutat opinionem quorundam et tacite obiurgat qui dicunt illam Propositionem non omnis qui dicit Domine Domine intrabit in regnum caelorum: idem valere quod Nullus qui dicit Domine D. quod certe videtur esse falsum, contrarium asseverante Autore qui enim dicit non omnis D. aperte indicat dari aliquos qui non ingredientur in Regnum caelorum et dari alios qui ingredientur, hoc est, qui faciunt voluntatem patris: illi autem qui non faciunt et dicunt Domine Domine, excludentur a regno caelorum: ac proinde valet haec propositio huic. Quidam qui dicunt D. D. non intrabunt in regnum caelorum.

Contraria sic redeunt in gratiam Si alteri postponatur negatio iuxta secundum versiculi requisitum ubi dicitur. Post Contra: id est postpone negationem

nec oper: secreib.

negatione in Contrariis: datis itaq duabus Contrariis: uni illarum post pone negationem ut Omnis homo est animal: subde negationem post subiectum sic. Omnis homo non est animal: idem valet quod nullus homo est animal.

Porro si in alteris Pronunciationum subalternarum et ante subiectum et post subiectum Negatio posita fuerit ut dicitur in tertio puncto versiculi. Post Praeq Subalter: Simile aequivalebunt illi ut Omnes virtutem laudant. Aliquis virtutem laudant: praeposito itaq et postposito negationem subiecto hoc modo Non omnes non laudant virtutem: aequipollet huic Quidam virtutem laudant. Similiter in Negativis. Non nullus homo non est animal: aequivalet huic. Quidam homo non est animal.

Eadem est ratio in modificatis Propositionibus ut si necessario praeponatur negationem idem valebit quod possibile aut contingens secundum quod sit Contradictoria. Et si postponatur in necessario idem valebit quod impossibile, seu Contrarium. Et si praeponatur et postponatur necessario idem valebit quod possibile aut contingens sua subalterna. Similiter si praeponatur et postponatur impossibile idem valebit quod contingens aut possibile in quantum sit subalterna.

De Conversione. Tertia pars libri.

I

In qua ultimam affectionem seu proprietatem Propositionis scilicet Conversionem

explicat: quã primo definit: deinde dividit: modũ convertendi ostendet.

Quid est Conversio;

Est cõmutatio subiecti in praedicatũ, et praedicati in subiectũ et sit homo ẽ visi-
bilis. Ergo oẽ visibile ẽ hõo ubi vides subiectũ hõo mutari in praedicatũ visibile
et praedicatũ visibile mutari in subiectũ hõo. et hoc Graece dicit
Lhàrie Reciprocatio.

Quotuplex est Conversio.

Triplex. Simplex. per Accidens, et per Contrapositionem.
Simplex ẽ mutatio Subiecti in praedicatũ et praedicati in subiectũ manente eadẽ
quantitate et qualitate, i.ẽ, si fuerint affirmativã vel negativã, universales vel
particulares. Dicitur Simplex quia in seipsa convertitur.
Sciendũ est. Duas esse Propoões quã convertuntur simplici conversione
Prima ẽ Universalis negativa quã convertitur in seipsã simpliciter ut nullus
vitius ẽ vitium. Ergo nullũ vitiũ ẽ vitius. 2da Particularis Affirmativa
quã convertitur in seipsã, hoc ẽ, in particularẽ affirmativã ut Quidã vitiosũ ẽ
fortitudo. Ergo quidã fortitudo ẽ vitius.

Per Accidens ẽ Conversio mutatio Subiecti in Praedicatũ et Praedicati
in Subiectũ manente eadẽ qualitate, sed mutatã quantitate, i.ẽ, si fuerint V-
niversales mutantur in particulares. Dicitur per Accidens: quia n' in seipsã sed
in aliã convertitur.
Sciendum. Duas esse Propoões quã mutantur per Accidens. Prima
Universalis Affirmativa in particularẽ affirmativã et sit vitius ẽ expetenda

Ergo quoddã expetendũ est vitiũ. 2da Vniversalis negativa in particula: ⟨rem⟩ negativã ut Nullus hõ est lapis. Ergo quidã lapis n̄ ē hõ.

Per Contrapositionem est mutatio subiecti in Prædicatũ et Prædicati in Subiectũ manente eadẽ quantitate et qualitate, sed mutatis terminis fini: tis in terminos infinitos.

Sciendũ. Terminos finitos esse illas dictiões quæ sine negatione ponuntur i.ē, subiectũ vel prædicatũ ut hõ, virtus, cælũ, terra. Termini autẽ infiniti sũt dictiões cũ Negatiõe ut non hõ, n̄ virtus, n̄ cælũ, n̄ terra.

Sciendum 2do. Conversionẽ istã dici per Contrapositiõnẽ quã fit secundũ terminos contradicentes et contra se positos ut hõ, n̄ hõ, virtus n̄ virtus &.

Sciendũ est. Duas esse Propões quæ convertuntur per Contrapositionẽ. Prima Vniversalis Affirmativa convertitur in particularẽ affirmativã ut oĩs hõ ē aal. Ergo oẽ non aal est n̄ hõ. 2da particularis negativa in particularẽ nega: tivã ut quidã hõ n̄ est lapis. Ergo quidã n̄ lapis est n̄ hõ, vel aliquid quod n̄ ē lapis est n̄ hõ.

Sciãs. Has oẽs Conversiones contineri in hoc versiculo

In quo versiculo notalis quatuor vocales. A. E. I O. A valet universalem affirmativã. E universalẽ negativã. I. valet particularẽ affirmativã. O. valet particularẽ negativã.

Cognitâ hac ratione vocaliū facilè quisq cognoscet quomodo aliquā Propōes sint convertendæ v.g. prima dictio E continet duo. E et designatt quod universalis negativa convertitur in universalem negativā simpliciter.
2da dictio. designat I. particularē affirmativā simpliciter eē convertendā. Et sic de reliquis vocalibus ē intelligendum. Illud autē Ac in medio versus designat conversionē per Accidens Et in fine versus Con designat Conversionē per Contrapositionem.

NOTANDUM. In Conversionibus cautiones certas servare debemus. Prima si propōo convertenda ē per verbū Adiectivum converti debet per participiū et verbū st. ōis hōo currit. Ergo quiddā currens ē hōo et ratio est quia vera Propositio Dialectica debet habere copulā unde et illa melior Propōo si dicat explicitè ōis hōo ē currens.
2da. Cautio. Si eveniat Propōo convertenda in cuius prædicato ē obliquus casus debet participiū implicitè intellectū in prædicato in conversā Propōe in subiecto poni explicitè ut Coquus est in culina. hic in prædicato latenter participiū subintelligitur existens ita ergo convertetur. Ergo quoddā existens in culina est coquus
3tia. Cautio. Si vox est ana ..... nulla fit Conversio. Unde n̄ convertitur hōo est hōo.
4ta. Debent esse Propōoes ex iisdē terminis conflatæ.
5ta. Debent eē Propōoes Categoricæ nā Hypotheticæ n̄ convertuntur
6ta. Si ex impersonalibus verbis et obliquis casibus eveniat Propōo in

verba personalia et rectu casu converti debet. V.g. Taedet animã vitã meã. Convertitur sic De vita mea habet odiu anima mea.

Quae est Vtilitas Conversionis.

Primo Vtilis e Conversio ad iudicandã Propõis veritatẽ.

2. Ad Enthymemata facienda qã pe esse loco argumentationis.

3. Conversio ostendit vim propositum negativarum maiorẽ ẽẽ quã affirmativarũ, hoc ẽ, maiorẽ ẽẽ vim negativã particulã nullus, quã affirmativã omnis. Nã in universali negativa hoc vis negationis totã pervadit Propõem convertendã ut conversa recipiat idẽ signũ universale negativum. V.g. Nullus sydus e viens. Ergo nullũ viens est sydus: Id õ in universali affirmativa n pe hoc dari.

4. est vtilis Conversio quia per eã Syllogismi imperfecti reducuntur ad perfectos.

Liber quar de Argõatione.

Huc usq de elementis et quasi principiis Syllogismorũ egit Autor nunc ĩã rem ipsã, hoc est, argũtationem tanquã postremã ptem artis disserendi aggreditur: quã quidẽ duo habet Inventionẽ et Judicium: de Inventione quidẽ

satis compræ in locis Dialecticis egimus de Iudicio hoc libro nobis ē dicendū.
Ac proinde hic totus liber erit de Argumentat: et suis speciebus.

Quid sit Argtatio et quot eius Species?

Est igr argtatio argti in debitā formā dispositio. Vel ē rei probabilis necessaria explicatio. — Prima pr libri ab hoc loco.

Quæ est Diffa inter Argtationem et Discursum?

Argtatio ut ē in voce dis argumentatio ut vero est in mente discursus magis proprie vocat.

Quot sunt Argtationis genera?

Quatuor. Syllogismus seu Ratiocinatio. Enthymema. Inductio. et Exemplum.
Quanquā Cicero de Inventione et Arist: primo Topicorū duo tm̄ volunt. Ratiocinationem et Inductionem: nā Enthymema Ratiocinationi, Exēplū Inductioni subjicitur. Nos cōmunem viam sequentes de istis quatuor ordine dicemus.

Quid est Syllogismus seu Ratiocinatio?

Est Oratio in quā quibusdā positis et concessis necesse ē aliud quidpiā evenire propterea quod posita sunt, (hoc ē, Syllogismus ē Oratio in qua maiore et minore Propositionibus, necessario sequitur Conclusio diversa à præmissis ut oē ē animal sensibile Ōis homo est animal. Ergo Ōis homo ē sensibilis. Ubi vides in hoc Syllogismo positis maiore et minore Prop: necessario inferri Conclusionē à præmissis diversā.

Quid intelligatur per Præmissas?

Maior et Minor Propos: quæ ideo præmissæ appellantur quia Conclusioni præmittuntur, i.e. primo ponuntur, postea vero Conclusio subsequitur. Et maior quidē sic appellatur quia ē basis Orōis. Minor vō sic dicitur quia minorē vim

continet. Conclusio sic nominatur quia est nexus et quasi cumulus utriusque.

Quae est Divisio Syllogismi.

Multiplex. Prima. Alius est Cathegoricus qui constat seu conficitur simplicibus Pronuntiatis aut Cathegoricis, aut Modificatis. ut Omne honestum est laudabile. Virtus est honesta. Ergo virtus est laudabilis.

Alius Syllogismus est Hypotheticus seu Copulatus qui constat coniunctis pronunciatis, vel qui constat ex utraque vel ex altera Hypothetica ut Si Rhetorica est utilis Rhetorica est discenda.

2da Divisio. Syllogismus alius est Universalis cuius Conclusio est universalis. Alius Particularis qui ex parte aliquid concludit id est, cuius Conclusio est particularis.

3tia Divisio. Syllogismus alius est affirmans cuius Conclusio est affirmans. Alius negans cuius Conclusio aliquid neget esse.

4ta Divisio. Syllogismus aut est Communis qui ex universalibus ac particularibus conficitur. Aut Expositorius qui ex singularibus Pronunciatis seu Individuis constat. Aut est Necessarius seu Demonstrativus qui constat Propositionibus indubitatis, immutabilibusque. Aut Probabilis qui propositiones recipit quae non habent perpetuam veritatem sed possunt esse verae ac falsae, ac facile possunt everti. Aut Captiosus seu Sophisticus qui ex illis Propositionibus conficitur quae esse aliquod speciem veritatis praeferant nihil vero certi intus habent.

5ta Divisio. Syllogismus alius est perfectus qui nulla perfectionis nullo medio petit, valet autem Syllogismi in modis figurae primae. Alius Imperfectus qui stabilitatis medio medium a perfecto petit in eiusque fundamento perfectionem

sua abducit huiusmodi ut Syllogismi secundæ et tertiæ figuræ.

De Syllogismo Categorico Pollizata.

Quæ Syllogismum Categoricum seu Simplicem cum eius partibus recenset et ex quibus conficiantur narrat: quemadmodum enim quælibet res in Mundo constat ex materia et forma ita et Syllogismus ex his duobus principiis conficitur.

Quæ spectantur in omni Syllogismo.

Duo. Materia et Forma seu quod idem est dicere. Principia Syllogismorum sunt Materialia et Formalia.

Materialia alia sunt Propinqua alia †Materia. Propinqua sunt ipsæ Propositiones ex quibus immediate componitur Syllogismus et immediate quoque in easdem resolvitur: nempe Minor, Maior Propositio et Conclusio. †Remota

Remota sunt ipsa extrema sive termini ex quibus Propositiones conficiuntur et ex quibus Syllogismus constare debet ut sunt Maior extremitas quæ à Cicerone Propositio seu Propositum dicitur. Minor extremitas quæ ab aliis Assumptio seu Assumptum vocatur, et Medium seu Conclusio quæ à Cic: Complexio appellatur.

Maior extremitas est terminus qui in maiore Propositione ponitur cum medio et in Conclusione Prædicatur.

Minor extremitas est terminus qui in minore Propositione cum medio, id est, subiecto, in Conclusione ponitur.

Mediū ē, qđ bis peniter ante Conclusionem et nunquā eandē ingreditur.

Scias Principia Regularica huc quoq pertinere: quā st: dici de ō: et dici de nullo. De quibus Aristoteles in libris priorū dixit.

Formalia præcepta Syllogismorū st duo. Figura et Modus.

Figura est certa quædā Dispositio triū illorū terminorū. Maioris et Minoris Extremi, et Medii in præmissis secundū subiectionē et prædicationem, ut melius infra patebit.

Modus est Conveniens ordinatio Propōum et ipsius Conclusionis, secundum debitā quantitatē et qualitatem.

QVÆRES. Modusne an Figura in Syllogismo proximū locū teneat?

R. Modus priorē figura retinoret. Figura termino, modus iō Propositioni corespondet.

Sunt autē Figuræ tres. Prima, Secunda et Tertia. Additur quarta Galeni de quā Aristoteles nulla præcepta dedit.

De prima Figura et modis eius.

DE PRIMA FIGVRA ET MODIS EIVS.

Figura prima est in qua mediū in maiore Propōē subiicitur, in minore prædicatur.

Vg. Omnis studiosus debet diligentiā. Petrus est studiosus. Ergo Petrus debet dili:

gentia: Ubi Subiectum est medium quod in maiore subiicitur et in minori praedicatur.

Sunt autem Figurae primae modi novem, ex quibus sunt quatuor perfecti scilicet

Imperfecti vero quinque. Baralipton. Celantes. Dabitis, Fapesmo. Frisesmo.

Vocantur autem illi perfecti et directi quia directe inferunt Conclusionem, a minori extremitate ad maiorem.

et maius extremum praedicetur de minori extremo.

Dicuntur Imperfecti et Indirecti hoc est non directe concludentes quia indirecte inferunt Conclusionem a maiore extremitate ad minorem. Vel quia in illis Conclusio non est disposita ut minus extremum praedicetur de maiori extremo et infra patebit.

Adverte diligenter. In istis modis trium figurarum omnia sunt consideranda. Primo quatuor consonantes a quibus omnes modi tam perfecti quam imperfecti incipiunt. B. C. D. F. Usus harum Consonantium est ut ipsae indicent quinam modi imperfecti reducantur ad aliquem modum ex quatuor illis primae figurae perfectis modi 2dae et tertiae figurae incipiunt a B. reducendi sunt ad primum modum primae figurae scilicet Barbara: quicunque incipiunt a C reducendi sunt ad Celarent: quicunque incipiunt a D reducendi sunt ad Darii et sic de aliis.

2do considerandus est valor quatuor vocalium scilicet. A. E. I. O. Usus earum est quia qualitas et quantitas maioris et minoris et Conclusionis per eas denotatur. Ut in quacunque harum Prop. hae vocales A inventa fuerit, notat debere esse Prop: Universalem Affirmat. Si vero fuerit inventa in aliquam

Prop: Vocalis E designat universale negativam et sic de aliis. Hoc facile intelligi potest ex his versiculis.

Asserit A. negat E. sed universaliter ambo.

Asserit I. negat O. sed particulariter ambo.

hoc est A. valet universalem affirmat: E universalem negat. I particularem affirmat. O valet particularem negativam.

Notandum. Considerandae sunt Consonantes minusculae in medio positae videlicet. S. P. M. C. quae ostendunt qualis debet esse reductio Syllogismorum imperfectorum ad perfectos quod patet ex his versibus:

hoc est S. ostendit convertendam esse Prop: simpliciter. P. per Accidens. M. ostendit transponendas esse Prop: C. autem monet ostendum esse reductione ad impossibile.

Quotuplex est reductio Syllogismorum.

Triplex. Ostensiva. Per impossibile et Expositoria.

Ostensiva sive Demonstrativa est quando per illam imperfecti Syllogismi reducuntur ad perfectos ut eorum Conclusio firma esse demonstretur.

Fit autem Ostensiva reductio vel per Conclusionem maioris vel minoris prop: vel per transpositionem praemissarum.

Conversio est mutatio Subiecti in praedicatum et Praedicati in Subiectum.

Transpositio

Transpositio praemissarum est quando ambae mutant locum ita ut ex maiore minor et ex minore maior fiat.

Et sic notaliter dicitur Conversionem imperfectorum Syllogismorum quadrupliciter fieri. Vel per conversionem simplicem alicuius Propositionis Vel per Conversionem per Accidens: Vel per mutationem praemissarum. Vel per deductionem ad impossibile ut ex illis versiculis supra annotatis liquet.

Per Impossibile reductio est quando negata vera Conclusione adversarius ducitur ad absurdum ut consentiat nostrae Conclusioni. Fit autem quando oppositum contradictoria Conclusionis in alteram praemissarum sumitur et infertur oppositum alterius praemissae iuxta hos versus

Servat maiorem, variatque secunda minorem

Tertia maiorem variat servatque minorem.

Ubi intelliges quando modos imperfectos duces per impossibile ad perfectos, necesse est ut in secunda Figura maior Propositio eadem maneat et minor convertatur in Conclusionem: In tertia autem Figura maior Propositio permutetur in Conclusionem, hoc est, ut contradictorium Conclusionis pro maiore ponatur et minor eadem maneat.

Scias. Hac reductione omnes quidem modos imperfectos reducendos esse ad perfectos si urgeret adversarius, sed quia ostensiva reductione reducuntur, in eo hac lege liberandi duo ergo erunt praecipui modi. BAROCO et BOCARDO qui nulla alia via saluari possunt nisi per hunc aliquem modum ducendi et per impossibile et hoc est, quod in illis versiculis dicebatur C per impossibile duci.

Expositoria reductio est quando Syllogismus communis per expositionem demonstratur ut Petrus est liberatus a febre. Petrus est verus philosophus. Ergo verus philosophus liberatus a febre.

Primus igitur modus perfectus primæ figuræ est BARBARA qui habet maiorem et minorem Prop: Vniversalem affirmativam in Conclusione Vniver. affirmat.

Omne rationale est capax disciplinæ
Omnis homo est rationalis. Ergo
Omnis homo est capax disciplinæ.

Secundus modus est CELARENT quia ex maiore universali negante et minori universali affirmante conclusionem Vniversalem negantem infert.

Nullum animal caret sensu
Omnis homo est animal. Ergo
Nullus homo caret sensu

Tertius modus est DARII qui ex Prop: maiore universali affirmante et minori particulari affirmante infert Conclusionem particularem affirmantem.

Omne rationale est visibile
Quidam homo est rationalis. Ergo
Quidam homo est visibilis.

Quartus modus est FERIO ex propositione universali negante et assumptione particulari affirmante Conclusionem infert particularem negantem.

Nullum rationale est lapis
Quidam homo est rationalis Ergo
Quidam homo non est lapis.

Modi autem Imperfecti primæ figuræ sunt quinque. Baralip. Celantes Da:

liis, Fapesmo et Frisesmo.

Primus BARALIP Cuius maior et minor Propō[ne]s ambo sunt universales affirmativae, Conclusionē vero inferunt particularē affirmativā. × per P. Arnum̄ scribi debet Baralip.

Omnis homo est rationalis

Omnis Petrus est homo. Ergo

Quoddā r[ati]ōnali est Petrus.

Reducitur ad BARBARA per literā initialē B conversione Conclusionis per accidens ut designat P.

Omnis homo est rationalis

Omnis Petrus est homo. Ergo

Omnis Petrus ē rationalis.

Secundus modus CELANTES qui ex maiore universali negativa minore universali affirmativa infert Conclusionē universalē negativam

Nullū r[ati]ōnale ē lapis

Omnis homo ē rationalis. Ergo

Nullus lapis est homo.

Reducitur is modus ad CELARENT Conclusione simpliciter conversa ex lrā S sic:

Nullū rationale est lapis

Omnis homo est rationalis. Ergo

Nullus homo ē lapis.

Tertius modus ē DABITIS Cuius Propō[sitio] maior ē universalis affirmativa, minor particularis affirmativa et Conclusio particularis affirmativa

indirecte inferatur

Omne rationale est visibile
Quidā hōō est rationalis Ergo
Quoddā visibile est homo.

Reducitur is modus ad DARII Conclusione simpliciter inversa ex litera S

Oē rāle est visibile
Quidā hōō est rationalis Ergo
Quidā hōō est visibilis.

Quartus modus FAPESMO cuius maior prop: ē universalis affirmat: minor universalis negativa, Conclusio autē particularis negativa indirecte concludens

Oē rationale est visibile
Nullus lapis est rationalis Ergo
Quidā lapis n̄ est visibile

Reducitur is modus ad FERIO maiore conversa per accidens qđ notat P minore conversa simpliciter qđ signat līa S tandē transponitur præmissis qđ notat līa M.

Nullū rationale ē lapis
Quoddā visibile ē rationale Ergo
Quoddam visibile n̄ ē lapis

Quintus modus ē FRISESMO cuius propō maior est particularis affirmativa: minor universalis negat: Conclusio particularis negativa

Quoddam rationale ē visibile
Nullus lapis ē rationalis Ergo
Quoddā rationale n̄ ē lapis.

Reducitur is modus ad FERIO minore et maiore conversa simpliciter et Conclusione transposita ut monet litera M.

Nullũ rationale ẽ lapis
Quoddã visibile ẽ rationale. Ergo
Quoddã visibile n̄ est lapis.

Regulæ speciales primæ Figuræ

Prima. Maior Propõ semper debet ẽẽ Vniversalis.
2. Minor semper sit affirmans.
3. Conclusio primæ figuræ et affirmat et negat universalis et particula: ris habetur. Vnde omnem infert
Oẽ genus problematis infert prima figura
NOTA. Has regulas tantũ servire modis directis quia ut patet n̄ inve: niuntur hæ conditiones in indirectis.

De 2da figura.

Secunda Figura est. In qua mediũ prædicatur in vtraq Prop. videlicet in maiore et minore.
Sũt autem modi 2tæ Figuræ quatuor quorũ definitiones ex prioribus fa: cile deprehendes.
Primus ẽ CESARE
Nullum vitium est laudabile
Omnis verecundia ẽ laudabilis Ergo
Nulla verecundia ẽ vitiũ.

Reducitur is modus ad CELARENT maiore simpliciter versa ut notat litera S.

Nullū laudabile ē vitium
Omnis verecundia ē laudabilis
Ergo. Nulla verecundia est vitium.

2dus modus.

Oē visibile est rationale
Nullus lapis ē rationalis Ergo
Nullus lapis ē visibilis.

Reducitur ad CELARENT. Utraq; Prop: et Conclu: simpliciter inversa et ordine pmissarū immutato ut notat litera M

Nullum rationale est lapis
Oē visibile ē rationale. Ergo
Nullū visibile ē lapis.

3tius modus.

Nulla virtus est vitiū.
Quaedā incontinentia ē vitium. Ergo
Quaedā incontinentia n̄ ē virtus.

Reducitur is modus ad FERIO maiore simpliciter inversa eo modo

Nullum vitiū est virtus
Quaedam incontinentia est vitiū Ergo
Quaedā incontinentia n̄ ē virtus.

4tus modus.

Omnis homo est animal
Quaedam arbor n̄ est aāl. Ergo
Quaedā arbor n̄ est homo.

Reduciatur is modus ad BARBARA per impossibile ut iubet lit. C. modus autem per impossibile est cum conceditur utraque Prop: Conclusio negatur, altera vera et concessa Prop. colligimus alteram simpliciter falsam et hoc est impossibile. Falsere autem sic bonis ostendemus quando Conclusio facta sit in BAROCO nobis negatur V.g. ostensa Conclusio. Ergo quaedam arbor non est homo. Si ipsa nobis negaveris, hic opposita facta in BARBARA ergo omnis arbor est homo. Negari non potest quia haec Conclusio est opposita minori in BAROCO iam concessa ab adversario duo autem contradictoria non possunt esse simul vera, et si illa minor fuit vera in BAROCO iam haec Conclusio falsa in BARBARA. Omnis homo est animal. Omnis arbor est homo. Ergo omnis arbor est animal. Falsitas autem Conclusionis ex falsitate vel maioris vel minoris colligitur. Sed non est maior falsa quia illam eandem ante concesserat adversarius. Ergo minor cuius contradictoriam veram concedere noluit.

Regula Specialis 2ae figurae.

Prima. Maior Propositio semper est Universalis ut patet ex vocalibus.
2. Minor Propositio est libera quia est in ea A. E. I. O.
3. Regula. ex puris Affirmativis in secunda figura nihil sequitur.
4. Conclusio semper fit negativa in secunda figura.

De tertia figura.

Tertia Figura est in qua medium in utraque Prop: subiicitur has in figuras sic

turpe veruntur

Prima prius subiicit mediū post prædicat ipsū
Prædicat altera bis, tertia bis subiicit.

Sunt autē modi tertiæ figuræ 6 quorū definitiones patent ex superioribus

Primus modus DARAPTI

Oē vitiū ē fugiendum
Oē vitiū ē turpe Ergo
Quoddā turpe est fugiendum

Reducitur is modus ad DARII reductione ostensiva, minore conversa per accidens ut DARII

Oē vitiū ē fugiendū
Quoddam vitiū ē turpe Ergo
Quoddā turpe ē fugiendum.

2dus FELAPTON

Nulla virtus ē fugienda
Omnis virtus est salutaris Ergo
Quidā salutaris n̄ ē fugiendus

3tius DISAMIS: Quidam

Qui continentia est virtus
Qui continentia est laudabilis Ergo
Quoddā virtus est laudabilis

Reducitur is modus ad DARII maiore et conclusione simpliciter conversis et transpositis præmissis sic

Ois̃ continentia est laudabilis
Quoddã virtus ē continentia Ergo
Quoddã virtus est laudabilis.

4tus modus DATISI

Omnis continentia ē virtus
Quoddã laudabile ē continentia Ergo
Quoddã laudabile est virtus.

Reducitur ad DARII minore conversa simpliciter et notat consonans S

Ois̃ continentia est laudabilis
Quoddã virtus ē continentia Ergo
Quoddã virtus est laudabilis

5tus modus BOCARDO.

Quiddã hoõ n̄ est lapis
Omnis hoõ ē aal. Ergo
Quoddã animal non est lapis.

Reducitur is modus ad BARBARA per impossibile iuxta illũ versum:

Tertiũ maiorem variat servatq; minorem.

id est, Minor Propoõ maneat integra et loco maioris pro Conclusione: opposi: tũ Conclusionis contrariae ponatur hoc modo.

BAR Oẽ aal est lapis
BA Ois̃ hoõ est aal Ergo
RA Ois̃ hoõ est lapis

Sextus modus FRISESOX

Nullus homo est aeternus.

Quidam homo est animal

Aliquod animal non est aeternum

Reducitur ad FERIO minore simpliciter conversa sic

Nullus homo est aeternus

Aliquod animal est homo Ergo

Aliquod animal non est aeternum.

Regulae speciales tertiae Figurae.

Prima Maior Propositio omnimodo libera est quae est A E I O.

2. Minor semper est affirmativa.

3. Conclusio in tertia figura semper est particularis. Unde non sequitur.

Omnis homo est animal.

Omnis homo est substantia Ergo

Omnis substantia est animal

NOTA PRIMO. Hos versiculos quibus comprehenduntur omnes modi trium figurarum qui sunt 19.

Barbara Celarent Darii Ferio Baralipton

Celantes Dabitis Fapesmo Frisesomorum

Cesare Camestres Festino Baroco Darapti

Felapton Disamis, Datisi Bocardo Ferison.

Frisesomorum

Nota.

Nota 2. In his necessario omnium figurarum modis duo videre debere. Primo Medii dispositionem. 2. qualitatem et quantitatem Prop: illud pertinet ad figuram constituendam hoc adspondet.

Nota 3. Eo nostro modo conspici modificatas et Cathegoricas Prop: Vg: in BARBARA.

Omne graue ferri deorsum est necesse
Omnem lapidem graue est necesse Ergo
Omnem lapidem deorsum ferri est necesse.

Et sic de aliis.

De quarta figura

Hæc Figura a Galeno inducta licet ab aliis omittatur quia in doctissimi quiq ea sunt argumentando ut vsi ut Cicero et alii: ideo Author illius ea: ehationem pretermittere noluit.

Est autem quarta Figura in qua medius terminus in maiore Prop: prædicatur et in minore subiicitur.

Sunt autem modi quarta Figura quatuor. Primus est Bamara qui constat omnibus Prop: uniuersaliter affirmatiuis

BAM. Omnis anima semper mouetur
A Omne quod semper mouetur est immortale Ergo
RA. Omnis anima est immortalis

Reducitur iste modus ad BARBARA transpositis praemissis et mutata litera M hoc modo.

BAR. Omne quod semper movetur est immortale

BA. Omnis anima semper movetur Ergo

RA. Omnis anima est immortalis

2dus modus CAMENE

CA Omnes sapientes sunt fortes

ME Fortes non afficiuntur dolore Ergo

NE In sapientes non cadit dolor

Reducitur iste modus ad CELARENT transpositis praemissis et mutata litera M. hoc modo

CE Fortes non afficiuntur dolore

LA Omnes sapientes sunt fortes Ergo

RENT Nulli sapientes afficiuntur dolore

3tius modus

FRIM Quaedam benignitas est virtus

E Nulla virtus potest damnari Ergo

NO Quaedam benignitas non potest damnari

Reducitur ad FERIO transpositis praemissis et

FE Nulla virtus potest damnari

RI Quaedam benignitas est virtus Ergo

O Quaedam benignitas non potest damnari.

Quartus modus

DIM Quidā hō̄ e͂ latro

RA Omnis latro iure cedditur. Ergo

I Quidā homo iure cedditur.

Reducitur ad DARII. transpositis pr̄missis hoc modo

DA Omnis latro iure cedditur

RI Quidā hō̄ ē latro. Ergo

I. Quidā hō̄ iure cedditur.

Nota. Communes oīm figurarū leges hae esse. Prima. In ō̄ syllogismo oportet aliquā ex pr̄missis vel ambas affirmantes eē̄ qā ex puris negatiuis nihil sequit.

2da. In ō̄ syllogismo oportet ex ambabus pr̄missis aliquā Vniuersalem esse quia ex puris particularibus nihil colligi dēt.

Hoc idem intellige de indefinitis et singularibus ut

Comedens volat

Homo comedens Ergo

Homo volat.

Hic ex puris indefinitis nihil certi colligitur

3. Si vel maior vel minor Propōō particularis fuerit Conclusio etiā particularis sequetur. Ratio quia Consequens semper debet sequi partē debiliorē Syllogismi. Porro particularis debilior est Vniuersali.

4. Si aliqua pr̄missarū fuerit negatiua. Etiā ipsa Conclusio erit negatiua. Ratio quia Conclusio debet sequi deteriorē partē Syllogismi. Porro negatiua deterior et magis maligna quā affirmatiua.

5. Regula. Mediũ nunquã ingredi debet Conclusionem. Ratio prima.
Quia mediũ dr̃ debet nimirũ ante Conclusionem. Certo si intret in Conclusionẽ
ter reperiretur. Rat 2. Quia Conclusio debet eẽ diversa à praemissis. Porro
si mediũ maneret in Conclusione n'erit diversa à praemissis. Rat 3. quia com:
mitteretur circulus in Syllogismo qui nihil probaret.
6. Regula. Non plus debet poni in prima Prop: pro medio quã in altera.
7. Cavendũ ē ne in Syllogismo aliquod nomen Ambiguum sit seu Aequivo:
cũ. Quod videlicet aliter accipiatur in unã Prop: aliter in alia.
8. In oĩ Syllogismo id potissimũ videndũ ē ne plures ponãt termini quã tres
Prima. Ex praemissis veris Conclusio vera semper colligitur. Ex vero ōm
verũ sequitur licet ex falsis interdũ falsa interdũ vera sequatur Conclusio
NOTA 2do. Prima Figura est omniũ perfectissima et quasi norma reliqua:
rum. 2dam Figuram praeferunt ceteris quia concludat ex Universalibus. Ter:
tiã vero quoniã ex singularibus concludat esse quodã modo Sophisticam dicunt etiam
ex singularibus Universalia colligant.

De arte inve: niendi medii termini. Vide libri tertia

In qua tradens Author ratiõe inveniendi medii termini in primis gravissime
conqueritur quod doctrinã de inveniendo medio termino planè ab Arist:
tradita eẽt et ipsa per se plana ac facilis inani ostentatiõe rerum subtilitate

in difficiles ambages et tertio quot sunt Syllogismi abierit. Itaq. eram ipso operae pretium eam inferretur Aust: eam planam plane tradendi initium. Cuius rei quoq. vestigiis insistendo totam hanc Syllogisticam quatuor Regulis cum auctore absolutissime trademus, atq. easdem exemplis ex notissimo substantiae praedicamento deinceps illustrabimus ut ita in hoc genere exemplorum bene exercitati adolescentes si in rebus postea scientiis medium invenire et cum facilitate queant. Sunt autem quatuor Regulae pertinentes ad artem inveniendi medii termini iuxta quadruplicem Conclusionem Syllogismi: vel enim concludimus syllogismo Universaliter affirmative, Vel universaliter negative. Vel particulariter affirmative. Vel particulariter negative.

REGULA PRIMA. Ad Concludendam Universalem Affirmativam (quae fit in Barbara) tenendum est Consequens subiecti esse Antecedens Praedicati, seu medium requiritur quod in subiecto reperitur et Praedicato inferius. Ut in praedicamento substantiae per lineam rectam disposito accipe quodvis ex inferioribus loco subiecti, loco vero Praedicati quodcunque ex superioribus modo ut medium inter subiectum et praedicatum reperiatur. V.g. sit ista Conclusio. Ergo omnis homo est vivens. Ubi homo est subiectum, Vivens autem Praedicatum. Quod ut concludatur accipiendum est animal quod est medium inter hominem et vivens, et dicendum.

Omne animal est vivens.
Omnis homo est animal. Ergo
Omnis homo est vivens.

Et in linea praedicamentali animal est superius homine, inferius vero vivente
Sic de ceteris omnibus Iudicium esto.

REGULA 2.

Ad Concludendam particularem (quod fit in tertia figura) quaerendum est medium quod in utroque extremo Antecedens, tum est tam subiecto quam praedicato inferius.

DA Omnis homo est animal
TIS Quidam homo est hebraeus. Ergo
I. Quidam hebraeus est animal.

Ubi medium est homo inter hebraeum et animal, consequitur subiectum et praedicatum semper hebraeum et animal. hoc Concludet in DARAPTI in tertia: quod si in DARII aliquis concludere velit eandem sequi debet methodum quae est praescripta in BARBARA. Videlicet debet quaerere medium subiecto superius et praedicato inferius non in BARALIPTON conclusiones quaere medium quod sit subiecto inferius, praedicato vero superius. Et hoc propterea quia subiectum Conclusionis in BARALIPTON debet esse praedicatum maioris.

REGULA 3.

In Concludenda Universali negativa medium tale quaerendum est quod vel Consequens seu superius subiecto et repugnans praedicato. V.g. Si vis concludere istam Conclusionem Ergo Nullus homo est lapis quaere medium reperitur subiecto quod repugnat praedicato V.g. quod est animal. Animal enim reperitur homine et repugnat lapidi, hinc argumentandum in

CE Nullum animal est lapis
LA Omnis homo est animal Ergo
RENT. Nullus homo lapis

Regula 4.

In concludenda quaestione particulari negante medium quaerendum tale quod consequatur subiectum Conclusionis seu est ut superius subiecto, repugnat vero praedicato v.g.

Quidam homo non est arbor.

Ratio huius medium quia est animal. Ex animal sequitur subiectum Conclusionis, seu est superius est huic repugnat autem praedicato, id est arbori. Hinc argumentandum in

FE Nullum animal est arbor.
RI Quidam homo est animal Ergo
O Quidam homo non est arbor.

Sciat. Hanc Regulam valere tantum in quarto modo primae figurae et tertio 2do non quartum modum 2dae figurae tale medium sequitur quod sit superius praedicato repugnat vero subiecto. In reliquis vero negativis ut in FESTINO FERISON, FELAPTON, BOCARDO, FERISON tale medium quaerendum quod sit inferius subiecto repugnat vero praedicato v.g. hac Conclusio. Quidam homo non est arbor. Ratio huius medium Petrus. Ex Petrus inferius tamen quam homo tanquam individuum sub sua specie hinc ergo argumentandum in

FEL Omnis Petrus est homo
EsM Nulla arbor est Petrus Ergo
Quidam homo non est arbor

Sciat 2do. Ut hoc melius intelligantur quid sit dicendum Consequens quid Antecedens quid Repugnans hinc Extraneum.

Per Consequens intelligentur termini qui inferuntur necne genus ex specie, species ex individuo et magis comune ex minus comune.
Antecedens autem est terminus ille ex quo infertur alius ut species respectu generis et dicitur Antecedens.
Ex parem autem seu Repugnans dicitur terminus disparatus qui universaliter possit de subiecto aut praedicato negari respectu secundo termini disparati ut quod ex parem bonum leoni, et lapis ex parem homini universaliter enim negantur de homine.

De Hypothetico syllogismo.
Secunda parte lib:

Quod post simplicem seu Categoricum syllogismum Coniunctum seu Hypotheticum persequitur.
Est autem Hypotheticus syllogismus qui ex Coniunctis pronunciatis constat. Vel est qui in se conditionem concludit.
Partes Hypothetici syllogismi sunt tres. Propositio Assumptio et Conclusio. Propositio Maior quod primum locum in ratiocinatione tenet et duobus simplicibus Enunciatis constat quorum uno vel assumpto vel negato alterum asseri vel negari necesse est.
Assumptio est quod secundo loco ponitur et est ea pars Propositionis quae vel asseritur vel negatur.
Conclusio seu complexio quod consequitur Assumptionem Vg. Si virtus

et valitatē et honestatem parit amanda ē. Ubi Propōo constat simpliciter Enunciatis quarū altera Antecedens: altera Consequens dicitur.

Sequitur Assumptio sic. Atqui virtus et honestatem et valitatē parit.

Infertur Conclusio. Ergo virtus ē amanda.

Et sic Syllogismus Hypotheticus et alii oēs reducuntur ad Categoricū ut: Omne honestatem et valitatē pariens est amandum

Sed virtus et honestatem et valitatem parit. Ergo

Virtus ē amanda.

NOTA. In Syllogismo Hypothetico n̄ oēs ēē debere Propōes Hypotheticas. Satis ēn ē ꝗ oēs ut sola tantū principalis Hypothetica probatur.

Est autem Syllogismus Hypotheticus triplex. Primus Conditionalis qui ex connexis seu copulatis propōibus conficitur ut si hōo ē aal ē. Atqui hōo ē Ergo aal ē.

2dus Copulativus qui ex negatione copulativis constat. Non est ignis. Ergo n̄ urit. Est autē ignis. Igitur urit.

3tius. Disiunctivus qui ex disiunctis particulis constat ut Aut vivit, aut moritur. Vivit autem. Non ē autem mortuus.

Conditionalis Syllogismus habet tres modos. Primus ab Antecedentibus dev seu a positione Antecedentis ad positionem Consequentis qui ē cū Assumpto Antecedente coniungemus Consequens eo modo. Si virtus ē honesta est expetenda. Est autem honesta. igr ē expetenda.

A converso hoc ē a positione Consequentis ad positioné Antecedentis non valet. V.g. Si est homo animal est. Sed est aal. Ergo homo est. Falsa Consequen-

ia quia Conditionalis Consequens sequi necessario ex Antecedenti n. Antecedens ex Consequenti habet.
2dus modus A Consequentibus dicitur seu à destructione Consequentis ad destructionē Antecedentis hoc modo Si hō ē verus particeps est. Atqui veri particeps n̄ ē. Ergo neq hō est.
Econtrario n̄ valet, hoc ē, à destructione Antecedentis ad destructionē Consequentis.
3tius modus A Repugnantibus dicitur seu à positione Antecedentis ad destructionē Consequentis et ē qui demonstrat n̄ posse coniungi ea quæ nāa coniungi non vult. Vel disiungi quæ disiungenda n̄ st ut Nunc si dies ē et nox est. Atqui dies ē. Ergo nox n̄ ē.
Disiunctivus Syllogismus habet duos modos. Primus. Ab affirmatione unius oppositi ad negationē alterius. Seu à positione Antecedentis ad negationē Consequentis ut aut ē probus aut improbus. Atqui probus ē Ergo n̄ ē improbus.
2dus modus à negatione Antecedentis ad positionem Consequentis ut Aut ē sanus aut ægrotat. Atqui sanus n̄ ē. Ergo ægrotat.
Copulativus Syllogismus ex disiunctivis propositio in Copulativas mutatis adiunctā negatione habet duos modos. Primus. A positione Antecedentis ad negationē Consequentis. Nō ē sanus et ægrotat Atqui sanus ē Ergo n̄ ægrotat.
2dus modus. A negatione Antecedentis ad positionē Consequentis hoc ē cū tollitur Antecedens in Assumptione et ponitur Consequens in Conclusione ut Nemo sapiens et miser est. Atqui n̄ ē sapiens. Igitur miser est. Et hic modus cū tertio Conditionalium conveniet, præterquā qd in illo Propositio cū

condicione in hoc sine conditione proponitur.

Unimaque libri.

Explicat reliqua primaria argumentationis genera quae sunt. Enthymema, Inductio, Exemplum.

Enthymema est mutilatus seu imperfectus syllogismus cui aut maior propositio aut minor deest subintelligitur ut est. Latrones iure occiduntur. Ergo Cato iure est caesus. Ubi minor est omissa quae talis esse debebat. Atqui Cato est latro. Vel Enthymema est argumentatio constans ex antecedente et consequente

Antecedens est pars illa prior quae antecedit. Vel est modus est pars Enthymematis ex quâ nascitur conclusio est quae vel aut maior syllogismi propositio, si scilicet idem praedicatum sit in Antecedente et Consequente vel aut minor est subiectum idem in illis partibus deprehenditur.

Consequens est pars posterior quae consequitur vel quae ex Antecedente nascitur ut Gracchus erat seditiosus. Ergo iure occisus. Ubi Gracchus seditiosus est Antecedens. Iure occisus Consequens

NOTA. Diligenter. Aliud esse Consequens aliud Consequentia. Consequens est pars Enthymematis posterior. Consequentia est omissa propositio. Videtur vis illationis per quam ex Antecedente infertur Consequens ut apud Ovidium est eiusmodi exemplum.

Quaeritur Aegistus quare sit factus adulter
In promptu causa est desidiosus erat

Antecedens est desidiosus erat. Consequens. Ergo adulter erat. Consequens.

tā quia Vir deridiorer adulter ē.

Inductio ē quā ex singularibus colligit Universale ex quibus genus ex par: tibus totū infert. Vel ē Oratio per quasi singularibus ad Universaliora pro: gredimur seu affirmativè seu negativè.

Est autē Inductio duplex. Perfecta Imperfecta.

Perfecta ē quando Conclusio certi aliquid concludit ut hic ignis ē calidus ille est calidus, hic tertius et quartus et sic de reliquis Ergo ōr calidus ignis.

Imperfecta ē Inductio quando ex singularibus ā planè infertur Conclusio. et Germania ē plena malorū Hispania Gallia Ergo totus mundus ē malus. Inductio ē falsa.

Partes Inductionis ī duae Antecedens et Consequens. Antecedentis locū obtinēt oīa singularia. Consequentis id quod infertur ex singularibus.

Quomodo differt Syllogismus ab Inductione

Primo differunt qā Syllogismus per mediū de minori extremo colligit maius. 2. quia Syllogismus ex Universo genere partē concludit: Inductio vō ex singularibus Universū genus: Syllogismus ab intellectu: Inductio ā sensu: ille ab iis quae naā sū nota: hāc ab iis quae nobis ī nota progreditur.

3. quia Syllogismus docet peritiores hominibus. Inductio vō imperitis rudioribus ē accomodatior.

Quid est Exemplū: Exemplū est, quando unū particulare probatur per aliud ē quanda similitudinē quā habet inter se ut Catoni licuit sequi bellum civile. Ergo et Ciceroni licebit.

Nota. Sic se habere exemplũ ad Inductionẽ, sicut se habet Enthy:
mema ad Syllogismus: nã quemadmodũ Enthymema dr̃ Syllogismus imper:
fectus et reducitur ad perfectũ: ita exemplũ dr̃ quædã imperfecta Indu:
ctio et ad Inductionẽ quodammodo reducitur.

Quomodo Exemplũ differt à Syllogis: Enthymem: et Inductione?

Quia Syllogismus à toto ad partẽ descendit: Inductio autẽ à pte ad totũ.
Exemplũ verò à parte ad ptem. Porro Enthymema syllo: probans pte: Exem:
plũ nõ: tn̄ Enthymema Antecedens plerumq generale habet: Exẽplũ sp̃a
particulare.

De Speties Imperfectae argtationis

Enumerat. Autem gradatio species Imperfectæ argtationis et ẽ Sorites, Di:
lemma, Violatio, et Enumeratio.

Sorites ẽ Enumeratio quæ gradatim vel minutim aliquid addit vel minuit
Vel ẽ acervalis Conclusio scilicet cũ ab inferioribus ad superiora veluti per gra:
dus quosdã ascendimus factoq magno acervo Consequentiarũ prima ul:
timis coniungimus ut Quod honestũ ẽ laudabile ẽ. Ergo qđ honestũ ẽ de:
lectabile ẽ.

Duplex ẽ Sorites. Captiosus et Nõ Captiosus.

Captiosus ẽ: quando membra ñ benẽ cohærent quod vnũ ex alio ñ ẽ ma:
nifesti necessarium. Vg. Vir qui laborat est dives. Vir dives splendide
vivit: Qui splendide vivit ẽ libidinosus. Ergo qui multũ laborat est

libidinosi.

Captiosus est cum ex concessis certi quoddam in Conclusione colligitur quod nemo vellet improbare. V.g. Vir inhonesta luxuria est peccatum. Sed peccatum est abominatio Dei: abominatio Dei est vitanda. Ergo et luxuria inhonesta est vitanda.

Sic omnia membra bene cohaerent tenetur ex Causis et Effectibus ex Generibus et Speciebus Sorites est rerum.

Scitu. Soritem esse similem Gradationi Rhetoricae quia in eo quasi per gradus itur ad aliquid repetito principio.

Differunt autem quia in Sorite velut primum a quo Sorites incipit, in verbo in ultimo posito repetitur: in Gradatione non. A Syllogismo vero differt eo quod Syllogismus certis constat Propositionibus, Sorites vero incertis.

Dilema est Genus Argumentationis quod fit cum utraque pars divisionis sive subiecta aut concluditur aut refellitur. Dicitur Syllogismus Cornutus: ita enim duo cornua dilematis disponuntur ut qui alterum effugerit in alterum incurrat. V.g. Apud Cic. Patria invitat Catilinam hunc mihi timorem eripe aut enim verus est aut falsus, si verus ne opprimar, si falsus ut tandem aliquando timere desinam.

Violatio est cum adversarii argumentum per conversionem retorquemus ut adversarius non est admonendus nam vel bonus vel malus, si bonus non indiget admonitione si malus contemnet eam: ita invertes: imo vero si bonus admonitione valet ei addendum: si malus admonitione perterritus faciendus.

Enumeratio est quando omnes partes enumeratae ita refelluntur ut totum concedi nequeat. Dicitur autem argumentum a sufficienti divisione ut [illegible]

ē corpus mixtū, quia n̄ generat igne, äere, aqua, terra quibus mixta componuntur: sed hę migrationes magis ā Rhetoricā qūā Dialectica

Liber nonus De Demonstrāone

Argumentū et Dispositio eius.

Postquā doctrinā de Syllogismo ut ē in formā pertractasset nunc agit de Syllogismo ut ē in materia qui (quoniā ē triplex Apodicticus seu Demonstrativus. Probabilis seu Dialecticus de quo lib: quinto dictū est. Et Cavillatorius seu Sophisticus. Ideo Demonstrativū hic considerans tria de illo facit. Primo. Demonstrationē definit et ex quibus constet aperit. 2. Principia Demonstrationis constituit. 3. Mediū Demonstrationes inquirit ac determinat

Pars lib: prima

Definiens Demonstrationem cū ex quibus rebus constat statuens. Demonstratio ē Syllogismus qui parit scientiā perfectā: Demonstratio ēm parit Conclusionē disciplinabilē, noviā q̄ doctrinā quę ex necessariis colligitur: nā qui eius generis Conclusionem habere is scire aliquid verè dicitur hoc ēm genere Conclusiones eo inventū ē ut compararemus nobis radamusq scientiam.

Quid est Syllogismus Demonstrativus?

Qui constituitur ex principiis veris primis, immediatis, prioribus, notioribus et Causis Conclusionis id est continentibus Causam Conclusionis.

NOTA. Per has conditiones enumeratas Demonstrationem praestantissimam ut constituit in formâ suâ: ita principaliter ab aliis Syllogismis aliis distingui et separari. Cum enim dicitur ex veris necessariis ita separatur Demonstratio a Dialectico et Sophistico Syllogismo qui non habent veritatem necessariam et in quibus oppositum potest esse verum: in demonstratione veritas ita est necessaria ut oppositum omnino sit falsum. Cum praeterea dicitur ex primis immediatis ita separatur a Demonstratione quae fit per Causam remotam: Cum dicitur ex prioribus notioribus et Causis ita separatur a demonstratione quae fit per Effectum et Causam.

Quot sunt partes Demonstrationis?

Tres. Principia, Subiectum et Passio.

Principia sunt Propositiones illae in quibus sine ulla probatione assentimur. Deberent infinitae potentiae, omne totum est maius sua parte: tales ergo Propositiones dum adhibentur in Demonstratione maioris et minoris principiorum sortiuntur appellationem unde et dignitates a nonnullis appellantur, in eo quod hae principia per se digna sunt ut illis fides habeatur.

Subiectum est Cuius evidens cognitio per Demonstrationem acquiritur.

Passio est Praedicatum illud quod Demonstratur inesse subiecto V.g. Sit hoc exemplum. Omne rationale est risibile. Omnis homo est rationalis. Ergo Omnis

homo ē visibilis: hoc totū rectè diceris Demonstrationem in qua sunt et principia et Praemissa et subiectū et homo et Passio et visibile.

Quod est Officium Principiorum?

Ut per ipsa demonstretur Passio de suo subiecto, subiecti autem officium et de ipso demonstretur propria passio. Passionis autem Officiū et ipsa demonstretur de suo subiecto.

Z. ē Officiū seu munus totius scientiā demonstratiuā demonstrare proprias passiones de suo subiecto per propria principia.

Post lib. 2°.

Definit ac diuidet Principia Demonstrationis. Est autē principiū seu Axioma Demonstrationis Propōo Vniuersalis adeo manifesta ut ex solā terminorū cognitiōne omnes innotescat nullā addita probatione. Vel ē Propōo immediata et Arist. lib. primo Posteriorū textu tertio definit.

Quotuplex ē Principiū Demonstrationis?

Duplex. Comune et Proprium.
Comune ē quod omnibus scientiis vel pluribus conuenit. Cuius exempla sunt illa duo. Affirmatiuū et quodlibet ē aut n̄ ē. Et negatiuū impossibile ē quicquā simul eē et n̄ eē. Cuius exēplū Totū totū ē maius sua parte.
NOTA. Comunia Principia appellari à Graecis Axiomata à Latinis Dignitates eo qd sunt certa omnibus digna sint quibus quisq credat. Vocantur autē Comunia qd vel maxime comunia q̄ possunt applicari ad plerasq scientias.
Propriū Principiū est qd uni et certe scientiae est accomodatū et vocantur principia propria Positiones.
Propriū Principiū seu Positio ē duplex Suppositio et Definitio.

Suppositio seu Hypothesis est Propositio affirmativa vel negativa cuius veritas supponitur ut tales sunt suppositiones: Physicus naturam esse corpus esse mobile. In Arithmeticis dari numerum esse. In Mathematicis triangulum habere tres angulos duobus rectis aequales.
Definitio est quae quid sit res aliqua indicat. Seu quae rem genere et differentia explicat, ut punctum est cuius pars nulla est.
Suppositionum neque aliud sunt Petitiones seu Postulata. Aliae Suppositiones Assumptae de quibus in libris Posteriorum.

De Conditionibus Propositionum.

DE CONDITIONIBUS PROPOSITIONUM.

Quoniam diximus Principium seu Axioma Demonstrationis esse Propositionem Universalem, et ideo hae Propositiones quibus constituatur seu quae sint conditiones sufficienter necessitatem in Propositionibus Demonstrativis.
Sunt autem hae. DE OMNI. PER SE. et Universalis Propositio.
De omni est quando Praedicatum ita praedicatur de subiecto ut illius genus..., ut subiecto aequaliter attribuatur pro quolibet tempore. V.g. Omnis homo est animal. Hic animal quando dicitur de homine dicitur etiam et de speciebus contentis sub homine. V.g. quod Petrus, Paulus etc. sit animal pro non uno aliquo tempore sed semper: ita ut nullum tempus dari queat quo animal quando de homine seu de contentis sub homine non dicatur.
Propositio per se est. Cum attributum subiecto ita inest et ad eius libertatem pertineat neque ab eo removeri sine incommodo libertatis eius possit.

Quot sunt modi Per Se?

Primus. Quando Praedicatum inest subiecto. 2. quando Praedicatum necessario

subiecto

Subiecto et subiecti de definitione praedicati. 3. quando substantiam sive Universalem sive particularem esse per se dicimus, i.e., non esse per aliud ut accidentia et per substantias ut Deus est prima substantia universalis: coelum existens substantia particularis. 4. quando aliquis effectus pendet a Causa externa et necessitate quadam importat rationem illius Causae et rei existentiam ut dicitur quaevis homo dum essendi per se ut sol generat murem. Sed de his copiosius in libris Posteriorum.

Propositio Universalis est in qua praedicatum ei quod est tali subiecto inest de illius essentia et definitione est de qua dicitur id primo et per se non alienum sine illi inest Subiiciat vel universale est quod dum de eo dicitur per se et etiam quatenus ipsum.

Pars tertia libri

Quum post explicatam naturam et vim Propositionum quibus Demonstratio constituitur medium prius Demonstrationis a quo tota ars Propositionum dependet et inquirit ac explicat.

Scias imprimis medium quatenus medium vocari a Dialecticis rationem sive Causam ob quam Conclusio rata debet obtinere veritatem: quoniam autem Conclusiones sunt variae aliae enim ut Dialect: aliae Sophisticae: aliae Demonstrativae ideirco etiam media atque ut varia. Vero quia de medio Demonstrationis agimus, scire imprimis definitionem debemus.

Quid est Medium Demonstrativum?

Est necessarium inventum ad faciendam fidem, i.e., quod cum subiecto et Praedicato Conclusionis necessariam habet connexionem vel est argumentum quod rebus dubiis fidem facit.

Unde sumitur medium Demonstrationis?

Ratio inveniendi medii ad Demonstrationem conficiendam ex locis sumitur de quibus lib. 5. egimus praecipue autem ex his qui Demonstrationi sunt aptissimi, primo à Definitione in qua illis quidem sed ea demum quae rei substantiam explicat.

2. A Genere Differentia Substantiali ac proprio quoniam unumquodque est per definitiones eius quam substantialem dicimus.

3. Ab Effectis et signis quae necessario rem consequuntur.

4. Pertinent loci illi vero inventione cognati tractatione diversi Antecedentium, Consequentium et Repugnantium.

5. A Causis qui locus hic est praecipuus, nec illa firmior Demonstratio quam quae fit per Causas.

6. A Contrariis quae quoque demonstrandis rebus apta sunt.

7. A propriis Demonstrationis de quibus modo diximus ut sunt dignitates postulata positiones suppositiones teoremata et alia principia quaecunque ea fuerint quibuscunque nominibus appellentur.

Ultimo possunt et alii loci Demonstrationi accomodari. Sed hi sunt infirmiores neque absolutam scientiam habere possunt.

Quotuplex est Demonstratio?

Duplex. Propter Quid et Quia est.

Propter Quid est illa quae pro medio habet causam maximam quae propterea vocatur Propter Quid: quoniam veram Causam Conclusionis exprimit. Vocatur etiam Demonstratio à priori quia Causa prior est suo effectu.

Haec autem Demonstratio est quando per rationale concludit hominem esse risibilem, per interpositionem terrae probatur Eclypsari Lunam.

Demonstratio Quia est. Dicitur illa quæ non explicat causam veram Conclusionis sed tantum ostendit quod Conclusio sit vera.
Hæc Demonstratio dicitur à posteriori quia effectus posterior est sua Causa unde aliquando Demonstratio aliquando habet pro medio Effectum. V.g. si probetur hominem esse visibilem per ridere quod est effectus visibilitatis: aliquando per Causam remotam V.g. si probetur aliquid non spirare per hoc quod non est animal: animal enim est Causa remota respirationis et sic arguitur in secunda figura in

CAM Omne respirans est animal
ES Nullus lapis est animal Ergo
TRES Nullus lapis est respirans.

Aliquando etiam habet signum necessarium hoc est necessariò inferens Causam. Quæ Demonstratio vocatur à signo V.g. si quis ex signis astrologicis certò rem indicantibus demonstret aut mutationem aeris aut quid simile.
Patet itaque primo medium in Demonstratione quæ fit per Causam remotam esse ipsam Causam remotam V.g. si probes Lunam pati Eclypsim quia opponitur Soli per diametrum: ista Causa est remota: non est illa prior ad effectum quod est interpositio terræ inter Solem.
Patet 2do. Medium in Demonstratione potissima debere esse Causam proximam et illius passionis quæ de subiecto suo demonstratur sive illa sit externa sive interna. Quæ sunt proprietates Demonstrationis.

Prima. Demonstratio potissima debet constare ex præmissis immediatis primis et indemonstrabilibus quia ex Conclusionibus Universalibus et sempiternis non autem ex particularibus et corruptibilibus.

2. Demonstratio debet constare ex premissis necessariis veris et Conclusioni-
bus necessariis, i.e. quae nullo modo esse possunt falsa.
3. Demonstratio praestantissima constat ex principiis, i.e. premissis propriis: dico pro-
priis quae se ad nullam Conclusionem probandam extendant, vel quae alteri alicui scien-
tiae deserviunt: primum enim a se excludit alterum.
4. Demonstratio est Comparatio unius cum altera genere excellentiam.
Est autem 1.o quod Demonstratio Universalis nobilior est parti, et affirmativa prae-
stantior negativa, et ostensiva seu recta nobilior est ad impossibilia deducente.
6. Demonstratio propter Quid debet parere nobilissimam scientiam.
Et hic usus intelliges si numeratur simul soli praestantissimae et nobilis-
simae Demonstrationi convenire debet.
Nota. Inter Opinionem et scientiam quae per Demonstrationem acquiritur du-
plex potest assignari discrimen. Primum ab Obiecto quia scientia est necessariorum
et aliter se habentium: opinio vero est anceps assensio et sine formidine. Sed scien-
tia est firma seu perpetuam ac veram demonstratio quod et utriusque definitiones
Secundum discrimen a genere probandi quia scientia proficiscitur ex sententiis ne-
cessariis: opinio vero ex contingentibus.
Idem intellige de arte et suppositione quod de opinione.
Nota praeterea Demonstrationem quae opponitur talem esse duplicem Negationem
et Affectionem.
Negationis est quando alicuius rei nec penitus ignorationem nec penitus certitudinem habe-
mus. Affectionis est quando quis existimat se aliquid scire cum re vera nescit.
Nota Alexandrum Demonstrationis finem in quo ferrum esse tale ac igno-
rantiam expulsionem, ut enim scientia per Demonstrationem conficitur: ita igno-
rantia eadem ratione a mentibus nostris amovere debemus.

Liber decimus de Elenchis Sophisticis.

Argumentum libri et Dispositio eius.

Deceptoriũ seu Sophisticũ Syllogismũ tanquã erroneũ et veritati contrariũ hoc libro ultimo Autor nr tractat. Et hoc propterea ut lux veritatis libris novẽ expositis depulsis Sophisticarũ nubeculis et umbris magis ac magis splendescat. Tuerã ut addiscentes artis Dialecticae studiosos melius disputare accuratius iudicare subtilibus a fraudibus sufficienter edoceat. De hoc igr Syllogismo Sophistico duo facit. Primo Quid sit ostendit. 2. Locos Sophisticos seu Fallacias tã in dictione quã extra dictionẽ enumerat.

Pars prima libri.

Definit Syllogismũ Captiosũ seu Sophisticũ idq triplicitur. Primo ratione materiae ex qua constat hoc modo Syllogis: Sophisticus ẽ qui colligit ex his quae probabilia videantur in speciem n tñ sunt.

2. Ratione formae seu Ratiocinationis quae videtur necessaria probabiliter concludere n tñ concludit.

3. Rone Finis quo spectat hoc modo ẽ ratiocinatio inducẽs in errorẽ aut falsã opinionem.

Quotuplex est Captiosus Syllogismus?

Duplex. Alter dicitur Pseudographus qui constat Propositionibus quae videntur necessariae cum tamen falsae sint et opponitur Syllogismo Demonstrativo quem videtur imitari procedit, ut plurimis ex principiis alicuius artis perperam intellectis.
Alter vero communi nomine dicitur Sophisticus qui constat propositionibus quae videntur probabiles cum tamen non sint: et opponitur Syllogismo Dialectico, quem videtur imitari procedit ex communibus quibusdam Sophistarum locis de quibus infra.
Et sic proprie definitur. Est ratiocinatio quae ex probabilibus autem visis quae videntur colligere nec colligit.
Quae definitio complectitur etiam illas ratiocinationes Sophisticas quae in ratione solius formae captiosae sunt.

Sophisticus Syllogismus quotuplex est?

Triplex. Aut enim peccat in materiam id est assumit falsas Propositiones et

Omnis canis currit
Sydus caeleste est canis Ergo
Sydus caeleste currit.

Hic solum peccatur in eo, quod maior Propositio videtur probabilis nec est.
Aut peccat in formam et tales vocantur Paralogismus qui hic se nec formam syllogisticam tenet

Veritas odium parit
Quoddam mendacium odium parit Ergo
Quoddam mendacium est veritas.

Hic peccatur in eo quia ex utraque affirmativa in secunda figura nihil sequitur.
Aut peccat in materiam et formam simul ut

Quoddam animal est canis
Sydus caeleste est canis Ergo
Sydus caeleste est animal

Peccatur in eo quia utraq; Prop: sunt falsa et Conclusio non infertur modo debito.

Vel sic breviter. Primus Syllogismus peccat ex eo quia non probat Conclusionem contradicentem Propositioni. 2. quia non syllogizat. 3. nec probat nec syllogizat.

Unde dicitur Elenchus Sophisticus?

Propterea quia deficit à vero Elencho. Verus enim Elenchus habet tria requisita: Illationem in quo convenit cum Syllogis: Demonstrat: Probationem in quo convenit cum Syllogis: Topico. Et Contradictionem quod est differentia essentialis constituens Elenchi Sophistici.

Elenchus vero Sophisticus est apparens et non verus Elenchus quia vel non infert illationem seu conclusionem: vel revera non probat: vel non ponit contradicentem Conclusionem positioni respondentis.

Quot sunt Fines Sophistarum?

Quinq; Ad quos totum suum studium referunt atq cum aliquem eorum consequuti fuerint tanquam victores triumphant videlicet. Reprehensio seu Redarguutio, Falsum, Inopinabile, seu Paradoxon, Soloecismus, et Nugatio. In his Sophistae castra figunt his declarantur: his simplex et incautus adversarius saepe confoditur.

Redarguutio est negatio prius concessi vel concessio prius negati in eadem disputatione et argumentatione exorta V.g. Si negaverit respondens se crudas carnes comedisse Sophista sic argumentabitur ut illum redarguat apparenter

Quidquid emisti comedisti
Crudas carnes emisti Ergo
Crudas carnes comedisti.

Falsum est concessio manifesta alicuius falsi ad quod concedendum vi argumentationis respondens compellitur: Ut si Sophista cogat aliquem ad concedendam

+ Conclusionem hanc [+] Propositionem Homo habet alas veniet hoc Syllogismo
Homo quod non amisit habet
Sed non amisit homo alas Ergo
Homo habet alas.
Inopinabile seu Paradoxon ē conclusio eius quod ē contra om̄ium vel plurimū vel sapientū opinionem ut dū aliquis divitē affirmat felicem cogitur ā Sophista hoc argumento credere ñ esse felicem
Qui vitiis deditus ē ñ ē felix
Atqui dives vitiis deditus est. Ergo
Non ē felix.
Soloecismus ē approbatio vitiorū Omnes significationes exacte ut
Quidā homo ē candidus
Mulier ē homo Ergo
Mulier ē candidus.
Nugatio seu Tautologia est conciudē verborū vana et superflua repetitio ad quā Sophista compellit respondentem ut aliis ridiculus videatur et si quis inscitē hanc Orationē approbaverit.
Plato est doctus
Plato est homo doctus Ergo
Plato est homo doctus homo doctus.
Nota hos quinos fines esse verū et ēm ex veteres, posteriores duos accessorum quia ex priori oriuntur.
Et hi hi fines prœcipui ad quos olim Sophistae suas cavillationes referebant, Autore Arist: libro primo Elenchorum.

Pars 2da lib:

Quod locos Sophisticos complectitur: qui quoniam sunt duplices. Alii quidem ex verbis et phrasi nascuntur qui vulgo in dictione appellantur. Alii qui ex rebus ipsis ortum habent unde argumenta et fallaces conclusiunculas ducunt. quos extra dictionem vocant ideo hac secunda parte libri locos in dictione Autor enumerat. Quid est Fallacia in dictione?

Quae fit non in rebus sed in ipsa Oratione et verbis.

Solent Fallacias seu Sophisticum locum sic definiri. Esse technam et artem artificium in Sophistica concinnatum ad capiendos rudes et incautos homines.

Estque duplex in dictione sed in voce et extra dictionem seu in re.

Sunt igitur loci seu fallaciae in dictione sex Homonimia, Ambiguitas, Compositio, Divisio, Accentus et Figura dictionis.

Dicitur Fallacia in dictione quia causae sed apparentiae et aptitudinem decipiendi sumuntur ex parte alicuius dictionis vel orationis in argumentatione positae: Vel quia vis maxima captionis ex verbis nascitur.

Homonimia seu Aequivocatio est vocis eiusdem varia significatio et multiplex potestas.

Fit autem Captio ex Homonimia cum vox una in sensibus diversis diversis ponitur efficiat ut sint quatuor termini hincque fallacia excurrat Vg.

Quisquis ridet dentibus micat
Agri rident Ergo
Agri dentibus micant.

Solvitur haec fallacia per distinctionem termini aequivoci una enim vox alium sensum habet in maiore alium in minore.

Amphibologia seu Ambiguitas est argumentatio captiosa quae oritur ex ambiguitate non simplicis vocis sed orationis unde ab aliis vocatur Captio in Syntaxi facta sive in pluribus vocibus ut in illo Apollinis oraculo. Aio te Aeacida Romanos vincere

+ Pyrrhus

posse quod ambiguu sensu habet, nempe quod ipse Pyrrhus posset vincere +Ros vel quod Rni posset vincere Romanos.

Fit autem Capciosa Amphibologia cu eade Oratio aliter in maiore aliter in minore su: mitur id e in alio sensu Vg.

Quidquid e Ciceronis a Cicerone possidetur

Partitiones Oratoriæ sunt Ciceronis Ergo

A Cicerone possidentur.

Solvitur haec Fallacia negatione Consequentis subiuncta vna per distinctionem et explicatione ambigua Orationis scilicet, negatione Conclusio et vbi loco ostendenda a: biguitas in plurimus sensis Vg. in hoc Quidquid e Ciceronis a Cicerone possideatur in hac maiori esse aliquid Ciceronis ut possessoris dicitur, et in minori Partitiones sunt ut Autoris a ut possessoris.

+ coniungenda

Connexio seu Divisio e quando disiungimus ea quæ disiungenda sunt ut

Quidquid dormit, hinc impossibile e vigilare

Petrus dormit. Ergo

Petrum impossibile e vigilare.

Solvitur haec Fallacia negatione Consequentis et coniunctione eorum quæ male sunt disiuncta.

Compositio quando coniunguntur ea quæ seiungi deberent ut possibile est seden: de stare. Atqui Petrus e sedens. Ergo possibile e cum Petrum sedet stare. Ergo si: mul sedebit et stabit, quod e falsum.

Solvitur haec Fallacia per distinctione male coniunctorum quia Participium sedens cu verbo stare coniunctum sumitur in Conclusione ideoq falsa ratiocinatio ut e in vita diversa sunt ita disiuncta sumenda oportet.

Accentus e quando diversa quantitate syllabæ vel pronunciatione inducimur in errorem ut. Oir populus e arbor

Multitudo hominum e populus Ergo

Multitudo hominum est arbor

Ubi populus

Ubi populus arbor habet primā longā: populus pro multitudine habet primā brevē hoc versu:

Populus ē arbor populus collectio gentis.

Solvitur hęc Fallacia negatione consequentis, & emendatione temporis diligentiq[ue] pronunciationis consideratione vocalium et generis pronunciationis vel locutionis.

Figura Dictionis ē quando diversæ res eodē nōīe et eadē forma Orationis exprimuntur, hoc ē, cū res diversi generis et diversarū Categoriarū diversarū formarū et rationis diversæ capiat unius et eiusdē assignantur: ut

Qui fuisti in pueritia idē nunc es
Sed parvulus fuisti in pueritia. Ergo
Parvus nunc es.

In maiori ad distributam, in minori ad quantitatē respicit sophista. Solvitur hęc Fallacia ut et superiores per negatione consequentiæ et explicatione eorū quæ simili quadā forma vel rei vel vocis et locutiones eadē esse videntur.

Ultima pars libri

Explicatis iis fallaciis quæ ex verbis ac oratione oriuntur nunc eas quæ ex rebus ortū habent et quæ extra dictionē appellantur persequemur.

Sunt autē sex Fallaciæ. Fallacia Accidentis, à Consequente, à Dicto secundū quid ad dictū simpliciter, à Petitione principii, à non Causa ut Causa, a Pluribus interrogationibus ut una: ab Ignorantia Elenchi.

Nota. Fallacias extra dictionē esse quæ oriuntur ex rebus n̄ bene perceptis non quod res illa sint multiplices et æquivocæ: sed quod sint nonnunquā ad modū obscuræ. A voce ergo per ambiguitatē à re per obscuritatē fallimur namq[ue].

Dicuntur Fallaciæ Extra Dictionē quia Causā suæ apparentiæ n̄ sumunt

ex aliquā dictione

ex aliquâ dictione sed aliunde ex aliquâ phantasia circa sê ipsam.

Quid est Fallacia Accidentis?

Est captiosa argũtatio quæ oritur inde quod putat aliquis ea quæ insunt alicui subiecto inesse etiã eius accidentibus et viceversâ. Vel ê quando accidentia misceantur accidentis: vel etiã ipsa inter se accidentia confunduntur in Conclusione. Vg.

Quidquid ego sũ tu non es

Atqui ego sũ homo Ergo

Tu non es

Quod quidẽ verũ erit si intelligatur sic. Quod ut individuũ est ego ñ sum In te est ê alius numerus in me alius quo solo discessi simus cadit. Forma autẽ utriq. hominis cõmunis est.

Et hæc quidẽ Fallacia accidentis latissimê sumitur prout complectiatur oẽs Syllogismos in materiâ et formâ vitiosos.

Solvitur hæc Fallacia negatione Consequentis additâ destructione eorũ quæ per se vel per Accidens coniunctis.

Quid est Fallacia Consequentis?

Quando credatur quod sicut Antecedẽs infert Consequens sic viceversa Conse:quens infert Antecedens Vg. si quis credat hanc Consequentiã valere

Si mel ê flavum est Ergo

Quod flavum ê mel est.

Errabit cũ etiã et alia pleraq. sint flava.

Solvitur hæc Fallacia ut Consequentia negetur et in quo sit vitiũ demonstretur

Quid est Fallacia â Dicto secundũ quid, ad Dictum sim:pliciter?

Quando id quod partim et secundum quid in Antecedente numeratur postea in Consequente seu in Conclusione Universaliter, totaliter et simpliciter accipitur ut

Quidam Philosophi mali Ergo
Omnes Philosophi mali

Quot modis ista Fallacia fit?

Quinque. Primo quando ex parte infertur totum ut Aethiops est albus secundum dentes. Ergo Aethiops totus est albus.

2. Quod aliquando fit semper fieri confirmatur V.g. Vinum Aegrotantibus est malum
Ergo Vinum semper est malum.

3. Cum quod de universo genere affirmatur de singulis item affirmari credimus ut
Cretenses a suo Poeta mendaces dicti sunt Ergo
Et hic qui dixit eos mendaces est mendax.

4. Cum quod in uno loco fit alibi fieri debere concluditur ut
Apud Turcas liberi exulant. Ergo
Apud nos abire exulare debent.

5. Cum id quod fortasse est simpliciter esse affirmatur ut
Quia Chymaeram fabulam esse tradunt Ergo
Chymaera est.

Solvitur hoc Fallacia negatione Consequentiae neque enim licet ex parte totum concludere nec ex finito infinitum, nec ex signo rem signatam, nec ex fabulis quod tantum ex opinione fit essentiam rei constituere.

Quid est Fallacia Petitionis Principii.

Est quando idem per idem probatur ut Animal rationale est visibile Ergo
Homo est visibilis.

Sic Petrus percussit Paulu. Ergo Petrus verberavit Paulu
Ergo vel potius Prop: vocantur negationes et putatur Tautologia.
Solvitur hec fallacia negatione consequentiæ et ostensione infirmæ proba:
tionis quæ facta est per repetitionem eius quod ad probandum erat propositum.

Quid est Fallacia a non Causa ut Causa.

Est quando id quod Causa rei non est redditur et asseritur ut propria et vera
eius Causa.

Vel est Captiosa argumentatio quando sophista ex quibusdam concessis ducit re:
spondentem ad manifestam absurditatem quo absurdo regreditur ad alteram Prop: evi:
tendam, quasi Causa absurditatis Concludentis sed quæ tamen non est vera sed alia Vg.

Omne animal sentiens videt
Omnis homo caecus est animal sentiens Ergo
Omnis homo caecus videt.

Conclusio est falsa (Sophista infert) Ergo altera præmissarum scilicet maior
Ergo illa minor est falsa.

Solvitur hec fallacia reiecta falsa Causa ac negatione Consequentiæ
quæ nullam vim habet.

Quid est Fallacia plurium interrogationum ut unius.

Est captiosa argumentatio cum plures interrogationes adhibentur ut una Vg si
quærat Sophista Demonstratis duobus quorum alter est videns alter caecus.
Suntne ipsi videntes aut caeci.
Dicat autem respondens indistincte eos non esse videntes. Arguit sophista: igi:
tur ipse non videt demonstrato caeco, sed ipse non videt demonstrato vidente.
Solvitur hec Fallacia distinctione eius quod confuse datum est et quid concedi:
mus quid non monstrando. Velut Aristoteles de interpretatione docet ad unam inter:
rogationem unam subiungendam vero ad multas, sed disputatione vendum esse.

H

Haec Lectio vel potius in Annales Taciti
Explicatio tradebatur ab Excell. Dnd Magro
Jacobo Pirrovicki Tysliciano Naturae Pro:
fessore. Scholarum Konodworskianarum Pro:
visore. Artisticaeq Facultatis Decano.
Comunicatione Hyemali. d. 19 Octobris.
A. D. 1639.



Quod à Cicerone ad historiā Taciti, ex scholâ in aulā et curiā quasi concedā: oro in primis ne me quispiā proditionis insimulatū tacito suo iudicio indictâ causa condemnet. Cogitet velim quantū succi quantū virium ab historia habeat Oratio, ieiuna, sicca, arida procul dubio futura nisi historiâ tanquā molli aliquo et dulci succo alatur. Illud deinde adiungat quod historicus et Orator eodē quasi contubernio utantur, iisdēq fontibus Oratoris et historiæ scribendæ præcepta contineantur. Prudenter hoc indicauit Antonius apud Cic. 2 de Orat: ubi Rhetoris personâ assumpta de historiā docere, nā legibus et stylo copiosè disserit. Quid quod Magnus Tylicius Præsul huius instaurator benignissimus ad reipub: usū iuuentutem Polonā cū Professori suo in hac Academia formandā comisisset, censuit n̄ tantū linguā iuuentutis artis dicendi præceptis incudendā sed etiā pectus ciuili prudentiâ imbuendū. Quæ in Tacito potius

quam alibi quaerendam duxi: quia cum Imperatores Romanos describat propius accedit ad similitudinem nostrorum temporum quibus omnes prope gentes unius reguntur imperio. Unde non tam videtur narrare quid uno et altero principe factum sit quam docere quid alias fieri possit. *Movet me praeterea rara quaedam et divina Scriptoris huius prudentia: de qua gravissimum est illud Lipsii iudicium qui Taciti hortum et seminarium praeceptorum vocat, negatque in Graecis aut Latinis esse aut fore alium qui prudentiae omnigenae laude cum eo possit conferri. Addit et illud. Quae pars prudentiae est militaris sive Civilis, quae affectus hominum et si occultus qui Casus aut eventus rerum quos iste non palam aperit aut sub velo ostendit. Audeo et debeo asserere hunc hominem videri in alta quadam specula rerum humanarum fuisse et illinc gnari scienterque proclamare. Hoc cave: hoc facito: iuvabit aut laedet: ille et ille effectus erit. Singulae paginae, quid paginae, singulae lineae, dogmata, consilia, monita sunt. Hactenus ille. Hunc ergo Auctorem qui politicorum oculus, Vivum prudentiae oraculum, Scriptor Aulicus, Regius Auctor, Regum ac Regnorum Arbiter dicitur explicare aggressurus: haec aliquot Capita initio expediam. Unum est de Fine historiae. Alterum De Inscriptione Operis. 3. Quid peculiare supra caeteros Tacitus habeat. 4. Quem modum in explicando Tacito tenebo. Ad extremum Argumentum Annalium explicabo.

+ Movet

DE FINE HISTORIAE

De fine historiae.

Strabo lib:

Strabo lib: uno scopũ historiæ dicit eẽ veritatẽ: Verũ nõ ẽ ea proprie finis sed necessaria historiæ conditio. Et prima legitimæ historiæ nota quã Tullius fundamentũ 2 de Orat: alii animã historiæ faciunt. Lucianus finem historiæ Veritatẽ statuit: sed laxe nimis, nã præter veritatẽ aliquid in ea aliud spectari debet: Nec etiã Voluptas pro fine historiæ ẽ statuenda, adiunctũ enim ẽ finis, nõ essentia. Hinc ridiculi censendi qui nõ alio fine historias legant quã ut animũ oblectet, aut habeat quod in con:viviis aut circulis narrent.

Finẽ ego historiæ duplicẽ statuo. Unus ẽ Principalis, propinquus et intimus: Perpetuitas scilicet et immortalitas rerũ gestarũ, seu rerũ singu:larũ quæ ob infirmitudinẽ nrã memoria diu contineri nõ possunt conser:vatio et ad Consequentes posteros transmissio. Hunc finẽ in historia videt Cic: Cũ eã testẽ tẽporũ, lucẽ veritatis, vitã memoriæ et nunciã vetustatis appellavit. Propter cuius ignorationem Plato Ægiptios per contumeliã pueros vocavit. Ut enim Cicero de Orat: ait. Nescire quid antequã natus sis acciderit, i.e., semper puerũ eẽ. Si quis autẽ ex historico quærat cur res gestas co:netur ad posteritatẽ transmittere: respondebit opinor se ideo agere ut aliena per exempla compendio doceat ac futuris sæculis prosit. Itaq ex priore illo fine dependet hic alter finis posterioris, nimirũ fructus in maiorũ factis cognoscendis: fructus autẽ hi sunt maximi. Primus ẽ quod historia proponit multis virtutũ et vitiorũ exemplis, quibus* etenim et plures probos ad virtutẽ inflamat, improbos sæpe infa:miæ metu a sceleribus deterret. Hinc Livius in præfatione historiæ ait. Hoc

*etiam

Illud est praecipuè in cognitione rerū salubre ac frugiferū o[mn]is te exempli documenta in illo posita monumento intueri, unde tibi tuaeq[ue] Reipub: quod imitere capias inde foedū inceptu et exitu quod vites. Hunc finem Cicero historiae tribuit cū illā Magistram vitae nominat: alius vero historiā recte dixit esse Crassā et popularē, philosophiā vero subtilē et exquisitā historiā: utraq[ue] enim finem inspicit, Philosophia quidē moralis exactis et exquisitis uractis praeceptis: historia autē exemplorū varietate, quae quia singularia sunt populū magis movent.

* Consilium

Alter fructus ē quod in rebus arduis et difficilibus consiliorū* suppeditet proponendo exempla prudentiae, cautionis et circumspectionis, itē astutiae et promptorum consiliorū in rebus arduis stratagemata, itidē et artificiorū quibus opus ē ad prudentiā comparandā: nā exacti personae subinde mutentur res tamen velut in orbē sui similes redeunt et ut dicit Thucidides lib: 3. Donec durabit eadē rerū natura similia multa fieri ē necesse, unde ex praeteritis casibus similibus aut certè contrariis similia aut contraria consilia peti debet hoc ut clarius fiat exemplo aliquo declaremus. Post mortē Julii Caesaris cūa fuerunt plena discordiarū et bellorū Civiliū ita ut imperiū in occasu viveret, Cicero ex opertate historiae peritissimus ex eadē medicinā arripuit et amnistiā, i.e., sempiternā iniuriarū oblivionem à Thrasibulo indictā quasi postliminio revocavit et Reipub: labascenti auxiliū ferret. Idē Cicero ex eventu belli Mariani in quo multū sanguinis Romanorum profusū erat ante belliū Pompeianū vel iniquissimā pacē iustissimo bello praeferendā esse indicavit.

De Inscriptione Operis.

DE INSCRIPTIONE OPERIS.

Annalium nomē Operis

Annaliū nomine Opus hoc ab ipso Autore fuisse inscriptū constat ex
multis locis ipsius Operis nempe lib. 3, 4, et 13, idē testantur et clausulæ
quibus in hoc opere vtitur, nempe Principio anni, principio Veris, eodē anno, idē
tempus et similes. Annaliū enim munus ē quid quoq anno gestū sit et monumen:
ta solū personarū, temporū, locorū, rerumq gestarū referre vt ait Cic: 2 de Orat.
Historiæ autē ultra Annales muneris ē vt idē ait: notare consilia primum,
deinde acta, postea euentus, et de consiliis dicere quid sit probandū: In re:
bus autē gestis declarare ñ solū quid actū aut dictū sit sed etiā quomodo.
Et cū de Euentu dic. vt Causæ explicentur oēs, vel casus, vel sapien:
tiæ vel temeritatis. Hominumq ipsorū ñ solū res gestæ sed etiā quid fama ac
noīe excellāt. Hæc Cicero de diffa inter Annales et historiā. Vnde constat
nec historiā augustā, nec actorū diurnorū nōe ēē dignandos vt voluere alii.
Cornelius Tacitus natus ē extremis Tib. Claudii Imperatoris temporibus
historiæ scribendæ senex vacauit cū reliquū ætatis in foro et Causis orandis
egisset. A Vespasiano Procurator datus Belgio: euectus à Tito Impera:
tore quæstura, Prætura à Domitiano, à Neruâ Consulatu ornatus.
Historiarū libros composuit ab excessu Neronis ad imperiū Neruæ:
Deinde Annales ab Augusti excessu ad finem Neronis: quorū oīa
magna facta ē iactura. Vxorē duxit filiā Agricolæ cuius vitā de:
scripsit. Nepos eius fuit M. Claudius Tacitus Imperator, à quo hic
ab eo tanti ē habitus vt eius effigiē etiam in bibliothecis poni edicto man:

dauerit

Tacitus singulare bonis Imperatoribus exemplar appellabatur.

daverit: libros ne perirent quotannis xx describi et in Archivis Civicis asservari, a quo se etiam genus duxisse gloriabatur.

Quid Tacito prae aliis peculiare?

Ne quemquam insolens Omnes Taciti laudes qui rebus et verbis constat aut offendat initio aut perturbet quid illi soli sit peculiare paucis aperio. Rebus imprimis est refertissimus, non militaribus solum, sed maxime Civilibus. Nam reliqui bella, Tribunicias seditiones, Optimatum conspirationes, prodigia et alia explicarent, ex quorum lectione Commodior aliquis (ut dixit Lipsius) non melior sit ad vitos casus instructior surrexit. Tacitus quanquam nec ista omiserit, [illegible] fidelius et densius tangit et varios principum affectus, vitam occultam interiorem, consilia, iussa, facta, tum adulationes, delationes, non ignota huic saeculo mala: deinde Senatorum varias artes, ingentes quondam etiam instante fato Spiritus quantum nomines ex contraria aula servitudine nobis quaeramur: quam caute cum aliis Principibus sit agendum, quam modestos cum aliis esse conveniat: quemadmodum in caput Antonii scelera versarentur. Ob quod solus Tacitus hoc saeculo digito monstratur, solus invenitur ac senio legitur, solus se iactat in aula. Illud illi praeterea genuinum est quod inter narrandum de Caesaris ac eventis rerum creberrima interponat iudicia, consilia, documenta, interpretationes, animadversiones, coniecturas, divinationes, quae velut gestarum rerum Parerga, lectorem properantem sistunt et morantur. Quale illud est V. j. primo Annalium

Maiora Parerga quam erga

de Augusto quem sensit reliquisse heredem Tiberium non claritate aut cura Reipubl: sed quia saevitiam et arrogantiam eius perspexerat comparatione deterrima gloriam sibi quaesiuit. Et illud alterum consilium datum successoribus ab Augusto ne proferrent imperii fines in deteriorem partem quod erat ambiguum ostendo, ne se id cum sensisse vel invidiam interpretatur. Haec autem et similia adhibentur non tam ad historiae cursum quam ad historici acumen cognoscendum, non ad veritatem sed verisimilitudinem non proinde non omnia Principum quae scriptoris ingenium consilia aperiunt, nec posteritati coniectandum, sed futurorum praecepta monstrant, Ut enim *erat ingenio in aulis Principum subacto ita occasionem arripiebat *erat identidem lectorem interpellandi eaque docendi quae longo usu homo non incallidus observauerat, et si minus re acciderant, accidisse omnino probabile videri posse.

Sententiae eius autem sunt quidem non omnes satis apertae sed contractae, intricatae, suspiciosae, in quibus ea etiam dicuntur quae non dicuntur ea aguntur quae non aguntur et plura intelligi debent quam legantur: suspensum proinde habent lectorem et a narrationis historicae cursu subinde morantur.

Quoad dictionem eius haec non est aperta aut cum lenitate quadam aequabili fluens, sed qualis sub Vespasianis placuit: Virilis nempe contracta, nota solida, in qua nil redundans nihil ineptum, astricta verbis, densa sententiis, nam non lineas tantum sed dogmata aut consilia sed singula verba singulas suas continent.

Verba habet ex Latina antiquitate repetita, qualia sunt Inclutus pro Inclytus; Inuisum pro Inuisum, Inuidere, Inluxit pro inuidere et illuxit, Satias pro satietas

8

mulctat corpus pro percusso.

Poeticã quoq; compositionẽ verborũ rarã et extremã quandã licentiã intemperantius vsurpat vt Oculos odii, ferox scelerũ, ambiguus pudoris, ingens animi turbidus consilii etc. ßß. Asperitatis et obscuritatis affricuit illi multũ Thucidides scriptor accuratus sed obscurus saepe et concisus, quẽ sibi ille ad imitationem proposuerat.

O is Durũs ser=
uo seo monosylla=
bus

QUEM MODUM IN EXPLICANDO TACITO TENEBIMUS?

*Mor

*Mos hic est quoniam in historia explicanda etiam Autoris eius excerpta exemplis aliquot similitudinibus et autoritatibus circumspectis Aud: ingereret atq; sic munere suo egregie se defunctos existimas: Cũ ex Autoris ipsius dictum abest verba atq; sensu sed ne vultu quidem attexerint. A nobis longe ratio in Tacito tenebitur: librum in primis in capita certa distribuo et unu quoq; caput ita argum. sum habeat historia ipsa ea qua par erit diligentia explicabitur, nec praetermittetur quicquid ad Antiquitatẽ emendã spectabit. Praecepta deinde ciuilis ac militaris prudentiae quotiescunq; grauius admonent occasio monstrabitur: Discursus deniq; seu digressiones Autoris quas ille Annalibus suis passim pulcherrime rerũ delectu, quã politice, quã geographice interserere consueuit indicabimus. Dictionis autẽ Taciti examen consulto omittemus ne obscurus Omnis quod inuentioẽ decet, concisa ac contracto genere dicendi

di

di contaminetur.

ARGUMENTU ANNALIUM.

D. Hieronymus scribit Cor: Tacit: post Augusti usq ad mortē Domitiani vitas Cæsarū 30 voluminibus exarasse. Ex quibus lib: 16 aut 17 qhes ab excessu Augusti, Tiberiū, Caium, Claudium, et Neronē ē complectes, Annales appellavit. Lib: vo 13 quibus descripsit 6 Principes Galbā, Ottonem, Vitelliū, Vespasianū, Titū, Domitianū historiarū nomine insignivit: quæ oīa verissime contexuisse putatur partim oculis adiuvās partim monumentis tum veteribus tu recentioribus partim secretorum rerū fide: tu maximē ab ipsis Imperatoribus quibus familiaris fuit, quiq ei apertissimè oīa indicarent. Ut tametsi historiā serex vacavit, lib: tn quibus nōen Historiarū dedit, diu ante scripsit, et ante Annales: ideo in historiarū libris, genus scribendi ē floridius diffusius et velut canali fluens pleniore: In Annaliū aut lib: contractius, adeo ut illic pluriū annorū res uno lib: hic vo minus anni complectere pluribus libris. Neq u solicita illa Tacit Imperat: lib: Gentilis sui custodia servarit eos ofusio iniuriā, nā 5 lib: priores Annaliū quibus Tiberii acta narrantur, desiderarent adhuc, nisi eos Corbeia (Benedictinorū Monasteriū est) Visurgi fluvio vicina diu asservatos Leoni X Pontifici Max: (qui Crassones ubiq indagatoribus veterū lib: ingentia præmia proposuerat) obtulisset, qui labori In Saxonia

aureor. 500 inesse numerari. Caeterum in lib. 5 Annalium desiderantur nonnulla. A fine etiam lib. 6ti ad 11 initium rer. gest. Caligulae, et Claudiani Imperii 6 priores perierunt anni.

ARGUMENTUM LIBRI PRIMI ANNALIUM.

Eiusq. Dispositio.

Lib: imo Annalium et sequentibus 4 res gestae Tiberii recensentur in quibus novus regnandi modus novo successori qui firmum adhuc non habet imperium ostenditur. Lib: primum dotrinae gratia in 2 partes distinguimus in Proemium et Narrationem. Narratio quoque res in primis Augusti breviter commemorat: tandem acta Tiberii duorum annorum continet. Porro quid annus quisque annus habeat suo loco indicabitur.

Proemium Annalium

PROEMIUM ANNALIUM

Ex prius narrationis intendens ducit est hoc principium, in quo reddit rationem cur historiam Romanam Imperatorum ab extremis Augusti temporibus scribendam susceperit. Causa autem haec est quod res veteris Reipub. usque ad Augusti tempora a claris scriptoribus memoriae proditae sint. Posteriores autem metu et odio non satis fideliter conscriptae. Id autem

X

a se facilius

à se facilius posse praestari qui in Tiberiū, Caiū, Claudiū, et
Neronē nullā amoris aut odii caussam habeat, cū nullū beneficiū aut in-
iuriā ab illis acceperit. Et hac sine benevolentiā sibi parat cū nō ira vel
studio sed posteritatis amore ad scribendū se impulsū agnoscit.
Nec docilitate omittit cū argumentū Operis indicat. Ita attentū lectorem
sine reddit cū de urbe Roma se scripturū ostendit: in quā tot ac tam
graves extitere mutationes. Quae Operis dignitatē comendat et lectorem
excitant.

PROEMII HISTORICA EXPLICATIO.

Vrbem Romā à principio Reges habuere.

Vrbis Romae statū duplicē comemorat Regiū nempe et popularem
seu Monarchicū et Democraticū: quorū ille sub Regibus durauit annis
243 hic sub Consulibus ad Augustū Imperatorē annis 467 Hoc
eo consilio facit ut ostendat quibus gradibus ad Principatū ventū sit. Itemque
Regū Consulū, Decemvirorū ac Tribunorū militū nō ignota nōa consul-
to indereo, quemadmodū et in reliquis facilioribus obreuiabo ut ad grauio-
ra explicanda plus sit otii. Observabis autē initiū horū Annaliū
integrū hexametrū esse.

Libertatem et Consulatum &.

Ex re me facturū puto si statū Reipub: Romae cū paucis explicaro

Tria recta Reipub. Genera apud Rom.
Monarchia.
Aristocratia.
Democratia.

[illegible]

X

Y

qui in unius imperiū seu tyrannidē ē conuertes. Populus Rnus pulsis Regibus ex tribus rectis Reipub: generibus. Regno scilicet Optimatū potestate et potestate populi Rempub: mā summo consilio per:mistus ac prudenter temperauit, nā Consules binos potestate prope Regia creauit qui Ciuiū controuersias disceptarent senatū Consulerent, haberent Comitia ad Populū quod ex usu esset referret, milites conscriberent, exer:citibus summo ac pene regio cū imperio praeessent ita tñ ut singulis annis se potestate eorū quae gessissent redderent. In Senatu uo potestas Optima:tū cernebatur, cuius munus erat grauiora crimina cognoscere, pecunia publicā in potestate habere legationes mittere, de publicis ciuitatis nego:ciis consulere ac decernere, bellū et pacem statuere. Et quanquā Con:sulū potentia persuadere cuiquā possit regiū adhuc imperiū Ro:mae vigere: aut Senatus auctoritas Optimatū gubernatione continerent praecipua tū potestas penes populū erat, quod statū Tacitus cū ait liber:tatē et Consulatū Brutus instituit: per libertatem ēm Democratiā in:telligit cuius praecipuū ēē finē Plato et Arist: docet ut oēs in Ciui:tate libere vivat, libere eloquantur et aequo iure sint. Itaq iura ipsa maiestatis penes populū erāt nā populus leges ferebat, populus honores et Imperia mandabat eiq Magistratus oēs submittebāt fasces quo:ties in concione ascendebāt: populus denique solus de Capite Ciuis iudicabat. Ergo nulla pars Ciuitatis ā Repub: fuit exclusa oēs commo:

Iura Maiestatis tri:plicia. Summum.
Leges condere.
Facere magistratg.
Agere de salute et de capite Ciuis.

dom' eius fuerit particeps. Nec em̄ sīt ex animo quisquā eam Rempub: amare in sequā de laboris sēe periculi participē honoris autē ac dignitatis exortē esse videt.

Dictatura ad tempus terminabatur. §

Dictatura dignitas in maximis Reipub: periculis excogitata ē ut qui eā haberent oīa iure suo et auctoritate agere possēt, nec ab ea dabatur appellāo, nec Tribunis plebis adversus eā erat intercessio. Terminabatur sexto mense nisi ita postulante Reipub: necessitate prorogaretur. Ideo Tacitus dicit Dictaturas ad tpus sumi solitas. Duo soli Dictatores perpetui creati Lu: Cornelius Sulla et Ca: Iulius Caesar quorū ille sponte sua mu: nus deposuit: Caesar vo anno post oppressā Rempub: 3tio et Dictaturā simul et animā spoliatus est.

Non Cinna, non Sulla §.

Cornelius Cinna Consul factionis Marianā pulsus ab urbe per seditionē magnis copiis collectis urbē cū Mario, Carbone, et Sertorio expugnavit et rapinis oīa caedibusq vastavit, tandē in urbe captā dominatus cū sibi Consulatū in triennīū continuasset in apparatu belli adversus Sullā à militibus suis interfectus ē. Non ergo longa eius dominatio fuit. Eadē refert Lu: Florus lib: 3 cap: 21. Sed nec Sullae dominatio multo lon: gior qui cū profligatis Cinnanis Marianisq partibus, oīa civili san: guine cruentasset, cuiusq quos proscripserat bona hastae subiiciens

publicè se nã vendere dixisset, Dictator perpetuus factus, post dictatu-
ram quadriennio deponit.

Et Pompeii Crassique potentia §.

Duplex Triumviratus urbis Romæ hic commemoratur. Primus saluit Mar: Crassum: Cn: Pompeium et Ca: Julium Cæsarem, quorum nutu tota regebatur Rempub: Crasso deinde à Parthis occiso, Pompeio armis Julianis superato solus Julius Cæsar invasit Rempub: hoc iniuria interfecto 3 alii nempe Mar: Antonius, M. Lepidus, et Octavianus qui postea Augustus est vocatus in arctissimi foederis societatem venerunt. Breui post Augustus profligato Antonio, Lepido, Circeios amandato, totam in potestatem suam redegit.

In Augustum cessere §.

In eum scilicet quem Julius Cæsar testamento sibi adoptarat, et successorem tyrannidis fecerat. Ad spem tantæ fortunæ excitabat eundem et magnitudo quædam animi, nam Sextanti vitrico Atio et Vinio Philippo ne adiret nomen invidiosæ fortunæ Cæsaris, negabat esse utile, quo nomine Cæsaris dignus esset iuvenis, semetipsum videri indignum.

+ adiret
+ Cæsari

Cuncta discordiis civilibus fessa §.

Libertas populi Romani nimia seu Anarchia et fœda rerum omnium confusio nullo alio remedio solvi deploratis malis quam potenti aliquo dominatu sanari poterat. Agnoscit id ipse Seneca posterius cum ait. Non ali-

ud discordantis patriæ

vel discordantis patriæ fuisse remedium quam ut ab uno regeretur. Et primo historiæ libro dicit. Pacis interfuisse omnem potestatem ad unum transferri. Neque enim (ut præclare notat Seneca lib: 2 de beneficiis cap 20) illi civitas iam in pristinam formam revocari poterat, amissis pristinis moribus: Aut futuram ibi æqualitatem civilis iuris, et staturas suo loco leges ubi eadem tot millia hominum pugnantia, non an servirent, sed cui. Ab eadem parte stat Lu: Florus lib 4 cap: 3 qui gratulatur imperio Romano quod ad Augustum Roma rem detulerit qui sapientia sua atque solertia perculsum undique et perturbatum ordinavit imperii corpus, quod haud dubie numquam coire et consentire potuisset nisi unius præsidis nutu quasi anima et mente regeretur.

Optimus status Civitatis sub Rege Iusto.

Nomine Principis sub imperium accepit §

Non Regis, non Dictatoris neque Imperatoris sed Principis nomen accepit Augustus, quod et populare erat et in libertate a Senatu usurpatum neque enim Princeps Senatus plus potestatis habebat quam ceteri Senatores sed tantum primus sententiam dicebat.

Veteris Reipub scriptoribus §

Idem Fabio pictori, Coelio Antipatro, Q. Quadrigario, M. Catoni Cornelio Nepoti, Sallustio, Livio, et aliis.

Temporibus Augusti §

Suetonius nominat quosdam ut Aquilium Nigrum, Iulium Saturninum, Caium Drusum et alios. Eorum qui Augusti temporibus historiam scripserint hodie habemus neminem.

Ingenia quiescente

Ingenia gliscente adulatione deterrerentur. &

Certissima ingeniorum pestis est Princeps qui vocem liberam ferre non potest ingenia enim et eloquentia iisdem studia se magis quam libertate aluntur, nil dubium est adversu libertati quam aut tacendi aut adulandi necessitas. Dicuntur autem gliscere ea quae crescunt ac fiunt vegetiora. Deteri dicuntur quae paulatim carpuntur quibus aliquid quotidie decedit atque seipsis assidue deteriora fiunt. Hinc ipsum deterioris nomen dictum est.

Sine ira et studio &

Haec est enim prima historiae lex ut Cic: dicit 2 de Orat: ne quid falsi dicere audeat: deinde ne quid veri non audeat, ne quae suspicio gratiae sit in scribendo, ne qua simultatis

Animadversiones Politicae circa Proemium Annalium

ANIMADVERSIONES POLITICAE CIRCA Proemium Annalium.

Praeclare historia lux veritatis testis temporum et nuncia vetustatis dici quod praeteritorum memoriam eorum qui in tenebris conterunt ac transmittat ad posteros. Dici et magistra vitae quod qui ad eam se conferunt instructi ad vitam redeunt, semper inde meliores abeunt usque fructus eius est non sola vetustatis cognitio, neque sola quae percipitur ex lectione Historiae delectatio quam una rerum imperiti contenti longius non progrediuntur aut vitio ingenii aut socordia. Rem penitus aliud sibi proponunt qui historiam semel lectam acutius examinat, ex qua plures multorum ingenii quadam vi et acumine colligit. Nucem ut ita dicam historiae frangit ut ipsum nucleum

hoc est historia

hoc d Illustria documenta et consilia tu ad privata vita tu ad Reipub: administrationem necessaria deremat. Nullus em casus cu privatim tu publice occurrit (ut certe nihil sub sole novu) qui n ante acciderint. Nihil nunc fieri tu domi tum in bello videas cuius n similia referiantur in historia congez in speculo vide hac tu similia tu diversa exepla quib. alte praesentia n moderentur, aut ex quibus quid sit futuru si n necessario, verisimilter saltem possis coniecturare. Et hac e prudentia felix quib. aliorum experimentis et periculis nos meliores cautiores et prudentiores fiunt: sicut illa e prudentia misera qua suo quisq malo et incommodo consequitur. Felix em quem faciunt aliena pericula cautu. Felicis hoc sus prudentiae uberrima ac frugifera inprimis segetē licet ex hoc nro scriptore colligere: adesset modo aliquis qui n vulgari doctrina contento studio excussere maximano nitentus eruditā ftile voluerit admonere. Nos tenuitatis conscii et in tanta operis brevitate pauca decerpemus quibus tu diliges studiosus ad ide audendu ac faciendu possit informari et invitari. Patet em amplissime hac prudentiae palaestra, et nondu occupata est.

Animadversio prima

ANIMADVERSIO PRIMA

De Circulo Regiminum.

De Circulo regiminu

More ceterarum rerum mundi huius inferioris: Respub: quoq in orbe ac circulu quendā eunt ac redeunt ut observavit Aristot. 5 Politic. cap: 5. Na Monarchia in Democratiā, hac rursus in Oligarchiā mutatur, quod unius tandē terminari solet imperio. Non secus ac vapor in aëre sublatus cu crescit in

Sexcui regimen

18

in pluviā, hinc deinde ubi terrā attigere resolvitur in vaporē. Hunc circulū dominationis indicat Tacitus in Reipub: Rnā qm̄ initio impotentis, post populus re:xit à populo deinde ad paucos, tunc ad unū rursus concessit. Talis illa erat et talis pene orbis imperiū adepta, cū depravatis legibus sua cuiusq iura sua maiestatē retinuit: at tandem secura consumpsit cū libertate in licentiā ver:sa, nā senatus, nō magistratus, nō leges, nō mores maiorū, nō disciplina militaris valuit. Aliquas mutationes in nrā quoq Reipub: Polona quidē legimus quā primo ducum Principes habuere, ab his potestate suā abutentibus ad Palatinos 12 summa rerū translata, à quibus ad Reges rursus tanqm̄ ad suū principiū redijt, sub quibus maioritatē quandā simul et libertatē ē consecuta. Cuius cu:stodes sub Casimiro Jagellonide legati seu nuntii terrestres constituti. Caeterū providendū est (inquit Cromerus lib 27) ne qd ad salutē comparatū est alio:rsu vertatur in perniciem. Metuendū ē ne immodica illa potestas et in licen:tiā erumpens libertas prostrata et eversa Regia maiestate et Auctoritate Senatoria summam Reipub: confusionē et barbarā quandā excitaleg Anar:chiā pariet aliquādo Polonis, aut certe gravi et acerba premātur tyrannide. Haec Cromerus.

ANIMADVERSIO 2DA

Non oēs gentes eadem decet Reipub: forma et de unius regiminis ne:cessitate.

Reges habere

Convenit tn̄ nō oēs populos unā imperii formā decere nā barbaros ad servitutē proniores esse quā Graecos et Asianos Europeis annotavit Aristot lib: 5 Polic: cap: 7. Septem:

triones

trionales Australibus magis ad libertatẽ natos observavit, Bodinus, in Methodo historiae cap: 5, nã imperia maxima versus Austrũ propagata saepius fuerunt, vix ab Austro versus Septemtrionem. Assyrii enim Chaldeos, Medi Assyrios, Graeci Persas, Parthi Graecos, Romani Poenos, Gothi Romanos, Turcae Arabes, Tartari Turcas fregerunt. Galli saepe ab Anglo maximas in ipsa Galliã clades acceperunt. Angli vero saepe a Scotis victi sunt. Illud enim verissimũ est ubi eidemque populo proposuit omne id eandẽ convenire administrationẽ nã constituendis ac confirmandis recenter exortis Rebus pub: unius dominatio est accomodatissima. Hic res Romana coepit haec eadẽ evenit quã a principio Romulus et caeteri Reges habuere, et tandiu obtinuere donec eã legibus armisque fundarunt ac stabilierunt. Tũ vero adultã ac veluti compositã iam Junius Brutus libertate donavit, quã si initio plebs illa pastorum fuga fuisset nacta cito dissiparetur ut recte Livius initio lib: 2. Est enim nobilius non quoque perniciosius quam [illegible] metu regere quã intemperantiã libertate corrumpere, depravatas etiã Rempub: unius consilio ac imperio* correctores ac instauratas. Roma eadẽ certatim quod tamen regium nomen infensissimũ haberet, sedandis in seditiones et in urgentibus negotiis rei gerendae causa ad unius imperiũ confugiebat: Dictatorẽ creabat cui potestatẽ Regiã et absolutã, semestrem [illegible] concedebat.

ANIMADVERSIO 3tia.

De fonte Seditionum Romanarũ. Libertatem 8.

Hoc defuit libertati Romanae quod exaequare debuit vicissitudo imperandi et parendi teste Livio l. 3. et 4. quod in eius institutione contra Platonis monitũ ex una duae civitates factae, soli enim nobilitati i.e. patriciis Consulatũ et ordinẽ Senatoriũ excluso populo penes quẽ esse iura imperii patere voluerunt cum quod inter patres et plebem ius connubii non esset illud enim non immerito aegre ferebat plebs nobiles divitiis affluere, egestate se et aere alieno premi, agros suo sudore et sanguine comparatos ab aliis ignavia torpentibus et luxuriã diffluentibus possideri, ea reges ac materia seditionũ ac tumultuũ hoc perpetui odii seminariũ. Hinc illae secessiones, hinc rebus utcunque compositis Graccanae Marianae ac Sullanae tempestates exstiterunt, neque enim salvã esse volunt Rempub: ii qui eius non se participes esse Arist. 2do Politicorum. cap: 9.

* correctas

ANIMADVERSIO QUARTA

De nimia Optimatū potentiā reprimendā.

Non Cinna non Sulla S

Nulla unquā respublica privatorū potentiā supra modū auctā esse voluit, sine varia eius reprimendæ adhibita remedia.

Certo exemplo à pictoribus qui pedē aliter maiorē ēē n̄ sinunt quam capitū inter se convenientia permittet. Velà navium artificibus qui puppim aliquae navis partē reliquis usū maiorē ēē n̄ patiuntur. Quodes ēm est qui si non verbis saltem aīo probet illud Cæsaris. Si violandū est ius regni gratia violandū est. Athenienses Ostracismo seu decennali exilio mulctabāt eū qui cæteros gloriā divitiis aut grā superaret. Argonautæ Herculē pr sola virtutis excellentiā quā longius timor cū reliquis ducere renuebat, in medio cursu exposuerunt. Periander Corinthiorū tyrannus prente nuncio Thrasibuli Milesiorū tyranni spicas eminentiores demetendo viros prestantes è medio tollendos censuit. Hoc idē Tarquinius innotuit demetendo papaverū capita. Ephesiorū illud erat decretū. Nemo de nobis unus excellat sed si quis extiterit: apud alios et alio loco sit. Romi antevertendæ potē grā diuturnos magistratus maiores et summa imperia ēē noluerunt. Ubi autē inī mul: ta bella et multi exiguo intervallo Consulatus mandati sunt Sullæ sive Ma: rii tum Cæsares extinti libertatē cū Repub: innatenue. Huc spectat ab:

21

gationes honesto nõie et colore fact. Rursus specie legationis studiorum
amicitiã vel aliorũ ministeriorũ principaliũ. Tiberius Germanicũ specie motuũ
orientis mutis legionibus abstraxit ut novis provinciis impositũ dolo simul et
casibus obiectaret. Lu: Antonius Iulii filius ab Augusto seponitur in Massiliã
ubi specie studiorũ exilii nomẽ tegeretur. Nero Othonem simulatẽ in amore stupri
in Lusitaniã specie legationis seposuit.

ANIMADVERSIO QVINTA.

Anc 5.

Non spernis discordia occupandis Civitatibus apta.

Discordiis Civilibus fessas p.

Seditio domestica externa bella Rõis concitavit credentibus hostibus discordiã
intestina Rõanã rẽ dissolvi posse. Fefellit ea spes Volscos cũ Aequis. Fefellit Veientes
cũ aliis: nã externus hostis maximũ concordiae vinculũ infestos et suspectos
sibi coniungebat aiõs teste Livio lib 2. At vero discordia Germanorũ
* Regi bene gerendã Germanico Caesari attulit occasionẽ ut scribit Tacitus *rei
~~libro~~ Annaliũ et Augustus Caesar veneno Civitatis discordia optimẽ ...
est nã cunctam discordiis Civilibus fessam sub imperiũ accepit. Itaq non Civita:
dissensionibus ut fruatur Princeps capiat arte et consilio opus est, ac imprimis
ñ sobrie agat ne videtur per favorem sibi comparatos aggredi dissidentes viribus
adhuc recentibus. Hac ẽm rõne citius dissipabis concordiã quã tibi comparabis
victoriã. Proinde contentiones dissidentiũ fovere et alere, minus potentes cla

innare donec mutuis atterantur armis. Ita Philippus Macedo libertati cunctorum Graecorum insidiatus diu contentiones Civitatum alia auxiliis inferioribus ferendo victos pariter victoresque sub jugum Regiam servitutem coegit. Hoc consilio Ferdinandus Rex Hispaniae discordiam aluit inter Franciscum Regem Galliae et Regem Aragoniae donec fracto uno altero oppresso regno Neapolitano se potitus. Di:secabatur domi Vindex diu Roma expectabat: fessis tandem et exhaustis Sardi:nia rapuit ac absolutum imperium. Nec degeneravit a suis Augustus cum perturbatam et multis gravissimisque bellis Civilibus fractam Rempublicam collectis inpri:mis plebis gratia occupavit.

Ani. 6.

ANIMADVERSIO SEXTA

Quid suspectos reddat Historicos.

Ad prudentiam Civilem et iudicium firmandum politicum illud quoque pertinere arbitror Historicos illos suspicione gratiae aut odii non carere qui nimis sive in lau:dando vel carpendo quicquid vel nimis augent aut minuunt oblitique artis suae quae cum sit veritatis imago rem non amplificat sed liquat. Hoc vitio laborasse credidi Velleius Paterculus cum incredibile quiddam dicat de Tiberio, Livia, et Seia:no quos caeteri auspicibus aspersere maculis. Et Paulus Jovius non citra grave iudicii et fidei suae damnum Caroli V victoriam de Francisco primo Rege Gallorum descripsit quam cum ipse Carolus Imperator legisset. Profe:cto inquit non meam hic sed Gallorum Regis victoriam scripsit. Hic annus

meratur Petrarcha Boccatius et in primis Galli qui sua nimium admirantur et extollunt. Judicio itaq in lectione historiæ opus est tenendumq illud Artis ut neq creduli nec minus increduli simus. Neq enim dum laudes nimiæ in Historico damnan:tur ideo laudare virtutes aut vitia notare omittet. Praeclare enim noster Scriptor 3 Annalium inquit. Praecipuum munus historiæ reor ne virtutes sileantur utq pra:vis dictis factisq ex posteritate et infamia metus sit.

ALTERA LIBRI PARS NARRATIO.

Praefatus est breviter Tacitus narrare iam incipit eo quo proposuit ordine. Nam inprimis pauca eaq extrema de Augusto, tandem de Tiberio.

PRIMA PARS NARRATIONIS.

Tota haec Taciti de Augusto narratio ad quatuor potissimum puncta revocabitur. Nam primo indicat artes et viam Augusti ad imperium. 2do quomodo quaesitam domi:nationem stabiliverit. 3tio quis sub Augusto rerum status extra urbem et in urbe quiq affectus et studia Civium in eundem. 4to Romam e de excessu Augusti.

NOTABIS. autem sedulo quam artificiose quam callide statum veteris Reipub: in:verterint quo artu libertatem in dominationem unius mutaverint per servitutem Civi:bus Romanis imposuerint uno verbo quam dexteritate aequalitate sublata Monarchiam instituerint. Ex qua diligenti singulorum inspectione illud tibi occurret hoc nostro e:tiam saeculo artes huiusmodi diligenter a principibus observari. Traianus Boccalinus scribit primam huius paginam Ann: Tacit: praecepisse a Medicis foelicissime curatum

esse Carenti populi Florentini, hoc ē, res eorū turbulentas compositas et pacatas fuisse.

Punct: 1.

PUNCTUM PRIMUM

In occupando imperio Rno Augusti his artibus usū fuisse narrat historicus. nā primo eiūs æmulos dominationis sed sustulit. Cū Sextum Pompeium oppressit. Lepidū exercitu exuit, Antoniū ad mortē compulit: deinde aduersus oēm vim et iniuriā Consulatu et tribunicia potestate quanquā lorica aliqua se muniuit, neq tn confertim summam rerū eiūs potestatem sibi vindicandā putauit, priusquā variis illecebris animos eiūs sibi deuinxisset. Vnde militē largitionibus popu: lū vilitate annonæ, reliquos dulcedine pacis, Senatū honoribus, Prouincias calamitate aliorū et præfectorū odio in se pertraxit. Tū demū sese illum Ciuilē modū attollere ea Senatus reliquorū Magistratuū ac legū officia et labores in se callidissimè transferre cœpit nullo in urbe aduersante neq prouinciis eundē statū detrectantibus.

Bruto et Cassio cæsis.

Hi sc qui Iuliū Cæsarē interfecerant quā cædē ultus ē Augustus cū Anto: nio. Hi in Philippis acie superatos ad mortē compulerunt. Hi Cassius uni ex proximis auferendū prebuit caput: Brutus altera acie victus ipse quoq uni Comi: tū suorū confodiendū prebuit latus, cuius morientis hæc vox audita: Infelix virtus: nihil igr eras præter verba: at ego tanquā rē colebā. Hic ille ē Brutus quicū vir magnus fuerit in aliis Seneca lib 2. cap: 20 de beneficiis: in hac re videbatur grauiter errasse nec ex institutione Stoica se gessisse, qd

Regis nõen eximunt.

Nulla publica arma &.

Id est nulla arma pro Repub: aut â Repub: sed omnia privata et impropria potentiâ.

Pompeius oppressus &.

Magni Pompeii filius Sextus Pompeius post cædê fris sui in Hispania occupavit Siciliâ et Sardiniâ ac classe 3500 naviũ obsesso mari urbem frumento ac commeatu interclusã tenebat et ipse felicia aliqq prælia Neptuni filiũ se esse iactabat. Victus tandem ac in Asiâ profugus Mileti interfectus est.

Exutoq Lepido &.

Unus ex Triumviris erat qui cũ Antonio et Augusto in quinquenniũ se coniunxerat, verbo constituendæ re autẽ opprimendæ Reipub: cã. Hunc evocarat Augustus ex Africa cũ 20 legionibus in auxiliũ contra Sex: Pompeiũ. Sed re feliciter confecta cũ superbiret tot legionũ fiducia, remqq sibi pôes terrore ac minis vindicaret spoliavit cũ exercitu Augustus supplicemq concessa vita Circeios in perpetuũ relegavit.

Antonio interfecto &.

Mar: Antonius Triumvir ingens bellũ civile commovit cogente uxore Cleopatra Reginâ Ægipti dũ cupidius fit mulieri optat eam in urbe regnare. Victus ẽ ab Augusto navali pugnâ illustri apud Actiũ qui locus ẽ in Epiro. Inde fugit in Ægiptũ et desperatis rebus sibi se interemit. Cleopatra quã servatã triumpho magnopere cupiebat Cæsar, admisit aspide

et veneno eius ē extinct.

Divi Caesar Dux felicior §.

Idem Octavius qui cum saepius nobis hic nominandus paucis genus eius est explicandum. Pater fuit Octavio qui ex Praetura Macedoniam sortitus erat. Mater Attia filia Juliae sororis Caii Julii Caesaris. Octavius primo dictus est postea Caesaris nomen testamento maioris Avunculi sui accepit. Augustus deinde vocatus: qua de re Suetonius cap: 7. Apolloniae cum audivisset vacaret ut primum occisum Avunculum Julium sese haeredem eius esse comperit, urbe repetita haereditatem adiit, atque ab eo tempore exercitibus comparatis primum cum M. Antonio M. Lepido deinde tantum cum Antonio per 12 fere annos novissime per 4 et 40 solus Rempub: tenuit.

Consulem se ferens. §.

Consulatus ii continuavit Caesar ut praetextu legitimi et invictum imperii nomine facilius quo volebat perveniret, ne in tanta moliente vir aliquis (quasi avunculum suum) impediret, armare se voluit tribunatu plebis cuius nimia erat Autoritas poterat enim omnium Magistratuum conatus impedire ipsos Consules obtorto collo in carcerem trahere et Senatusconsulta arbitrio suo rescindere quod eo caput erat, sacrosanctus et inviolabilis erat. Hunc quam non invaderet cum patricius sit Consul: Tribunitiam potestatem a Senatu petiit ut non Tribunus atque Consul esset sed Consul Tribunitia potestate. Idque eo praetextu ut afflictae saluti potentioni plebis contra potentiores quorum factione ac opibus opprimebatur sal-

* pauciores

va

na et incolumis permaneret. Reverâ autê ideo ut urbem et securitatê Consulatui circundaret. Hoc si Julius excogitasset nunquã Dictatoris nomen suo sanguine in curia luisset. Quod posteriores quiq; Tyrannus merû cauendum ee solet.

Vbi militem donis &.

Quum ordinum aliorum egregie mercari sciuit Augustus cum unicuiq; id quo maximè caperetur obtulisset. Militibus quidê dona (quod genus hominum est pecuniæ cupidum) fidûq; ac bonû solo quæstu. Ita eñ Suetonius cap: 7. de Augusto. Veteranos simul in nuñ ac Reipub: seruitiû quantâ potuit largitione contraxit, iisdêq; agros in Italia distribuit. Populum vô qui ieiunus nesciit esse seruauit ad se annona nã Siculo bello aduersus Sex: Pompeium cum carior effecta est vilitatê reduxit. Ceteros autê dulcedine otii, ita êm populum Rom: multorum annorum continentia bella lassauerât ut otium qualibet mercede redimendû putaret.

Munia Senatus, Magistratuû, legum &.

Id ê quidquid toties Repub: Senatus et cæteri magistratus ut pote Consul Censor Tribunus plebis et reliqui egerent: totû id solus quasi cæteros labore et molestia excludens expediebat. Vocabula tñ magistratuû unicuiq; concedebat.

Nullo aduersante &.

Non nudè rê exponit Tacitus cûm etiã subiicit cur conatibus Cæsaris nullus obuiâ ire ausus fuerit nec in urbe nec extra. Qui in urbe nobiles quorû ceruicibus iugû parabatur aut ferociores erât et minimè seruitutis patientes,

aut timidiores et quietiores

aut timidiores et quietiores, illos bella ciuilia et proscriptio Triumv:
Hos vero ad otia dotia per iniqua accipienda et perferenda paratiores honoribus
aliorum, aliorum opibus, sibi reddidit obnoxios.

Caeteros nobilium opibus et honoribus &c.
Cur nobiles ad seruitutem paratos ornabat? vel ut caeteros hac veluti praeda
incitatos ad seruitutem pertraheret: Vel ut antiquae Reipub: cogitatione extincta
in qua talibus non ornabantur honoribus animus imperium commendaret. Ita enim ex-
tandi certe Aug: L. Plinio: Faciunt, eos viros qui in aliqua re egregie se
gesserunt, honorant ut exprimerent nunquam se magis in libertate praestito honora-
ri.

Neque Prouinciae illum rerum statum &c.
Transit ad reddendam causam cur Prouinciae nouum imperium non detrectarent.
quia suspectum erat Senatus et populi imperium per duas Caus: Certamina
scilicet potentium et auaritiam magistratuum. Cum enim Sylla cum Mario vel Caesar
cum Pompeio dissiderent ab vtraque factione diripiebantur: His rursus grauior
et exitiosior erat auaritia magistratuum qui ad eas regendas mittebantur, et ita
purgabant Prouincias ut post eorum abitum nullus ad eas verrendas scopis opus
erat.

Inualido legum auxilio &c.
Diceret quispiam graues leges contra Magistratuum auaritiam et priorum Heredes
fuisse Sancitas Resp. turbatas fuisse vel vi cum Iudicibus pericula intentarent
vel ambitu qui ipsos et accusatores praeuaricari et in Iudices peierare cogebat.
Vel ad extremum pecunia cui obediunt omnia.

Ani 1. ANIMADVERSIO PRIMA

29

Plerumq imperia mutantur ab iis quorū idē ē cū fundatore nomen.

Regna et Imperia observatū ē pleniq vel concidisse vel mutata fuisse sub Principibus cognominibus primis Imperii Autoribus. Ita Regnū Persarū qd Darius inspirauit Darius perdidit.+ Regnū Macedonū magna attulit incrementa Philippus Alexdri pr, eidē interitū Philippus Persei pr. Roma libera facta ē Autore Bruto in dominationem incidit Autore altero Bruto. Constantinus Magnus imperii Bizantini fuit fundator qd ad Turcas translatū imperante Constantino Paleologo. Primus Veteris Romae post euersā libertatē Dnus Octauius Augustus: ultimus Augustulus cui imperium extorsit Odoacer Herulus.

+ Regno

Ani 2.

ANIMADVERSIO 2DA.

Quale imperiū libenter ferat populus.

Tria sunt praecipuè quae felicē statū Reipub: faciunt. Securitas domi a potentioribus. Pax ab externis hostibus et Rerū copia: Horū si aliquid defuerit infelices se ēē putant subditi. Israëliticus populus duce Moyse secure et pacificè vixit in deserto sed fame compulsus reuocare Aegiptiacā cū ollis carniū desiderabat: idē rursus cū terrā promissionis ad quā ducebatur hostibus et monstris quibusdā circūdatā intellexisset, satius duxit, pacificè famescere in deserto quā inter perpetuos hostes terrā lacte et melle fluentē inhabitare. Hanc felicitatē comparatā populo Rōo indicabat

ut docet Tacitus plebē patrocinium adversus potentiores habuisse et annonā atq otium.

ANIMADVERSIO TERTIA

Quod periculosa nonnunquā fiat largitio militibus facta.

Bene cessit in obtinendo et retinendo Imperio Augusto erga milites liberalitas et largitio: inveterata enim hac largiendi consuetudo afflixit Romanū Imperiū quod in manibus facinorosi militis depositū, tanti emebatur, quanticunq inexplebili militis avaritiæ libuisset. Hinc factū in hac nundinatione paucis nonnunquā mensibus sed diebus Imperiū quomoda finiretur. Tollere prorsus hunc abusū Galba Imperator destinavit, qui petentibus militibus donativum: Legi à se militē, inquit, non emi, sed vicā et Imperiū amisit. Ergo Julio et Augusto cū ad acquirendū cū ad retinendū Imperiū largitio profuit. Reliquis autē Imperatoribus multū momenti attulit ad consequendū, ad retinendū nihil: Nam cum dona miles largitionibus n assuetus tanquā nudū beneficiū accipiebat nihil à cæteris expectando: largitione autē introducta tanquā debitū quoddā promeritū reposcebat et praegantibus Imperatoribus vitā adimebat, plerosq bis inutiles qui eum exsucceverat trucidabat, accersebat aliū qui exhauriretur mox et ipse trucidandus.

ANIMADVERSIO QVARTA

Magnorum virorum occasus damnosus Reipub:

Ferocissimi ceciderunt q

Nulla grauior plaga Ciuitati accidere pt̃ quã præstantiũ virorũ occasus et interitus, sine eñ eam conuelli aut mutari ẽ necesse. Ita cũ Epaminon: dã corpore virtutẽ Thebanorũ sepeliuit fortuna. Liui: lib: 2. scribit. Vna cũ Genu: cio mortuã ac sepultã Tribuniciã potestatem. Hinc præclare Plato qui domũ parat euertere oĩa sustentacula euertet. Hierosolymitanæ mutationis non aliã Caam Vates Diuinus Hieremias assignat cũ ait: Abstulit oẽs magni: ficos meos Dominus de medio mei: vocauit aduersũ me spũs ut contereret e: lectos meos. Hoc malũ minatur eidẽ Ciuitati Deus Isaiæ 3. Dñus do: minator exercituũ auferet ab Hierusalem potentem et bellatorẽ. Itaq Au: gustus Cæsar mutandi Imperii Rñi optimã cõmoditatẽ tunc ẽ nactus cum ferocissimi quiq ceciderunt.

ANIMADVERSIO QVINTA

Sensim opes et honores quærendi.

Insurgere paulatim &.

Vitanda ẽ sp̃er nimia in quærendis opibus et honoribus festinatio: Cito enim sordescit fortuna quos celerius ẽ complexa, eadẽq ẽ sors præcocis fortunæ quæ et ingenii quod mature magnũ n̄ est vitale. Bruttidius Rñus artibus honestis copiosus si rectũ iter pergeret, ad clarissima quæq peruenisset, verum exitũ sibi accelerauit dũ festinatiõe extimulatus, primũ æquales, deinde superiores, postremo suasmet ipse spes anteire parat, quod multos etiã pes: sundedit, qui spretis quæ tarda cũ securitate ad matura vel cũ exitio pro:

perãt

perdat. Melius Augustus qui et ipse insurgere paulatim voluit caeteris illud Symbolū obseruandū reliquit. Festina lente. Cuius cunctationis hunc cepit fructū dū annos 56 imperauit.

ANIMADVERSIO SEXTA

Obsequiis et comitate quaeritur fauor.

Quanto quis seruitio promptior &.

Aula n̄ ē Academia in quā lris plus tribuitur, nec ē Respub: in quā nobilitati oīa conceduntur: sed ē schola seruitiorū quibus quo aliquis promptior eo magis opibus et honoribus extollitur. Itaq vir Ciuilis illud semper meminerit q͞d Marcus Terentius ad Tiberiū dixit. Non est nrum aestimare quē supra caeteros et quibus de causis extollas: tibi sūmum iudiciū Dii dederunt, nobis obsequii gloria est relicta. Seianus adhuc prolixe Tiberiū sibi hac re deuinxit dū n̄ fulgorem honorū precatus sed excubias et labores vt vnus ex militibus pro incolumitate Imperatoris maluit. Haec itaq pro dominantibus et p̄ aliis obligandis erunt tibi Ouid Aulicae rudimenta. Blandus et comis esto singulis, esto largissimus eorū officiorū quae tibi nihil impendii adferunt: saluta blandè, complectere, cede via, subinde repete honoris et caritatis titulos, lauda affatim, pollicere benignitèr. Hinc magna industria quibusdā videtur salutare plebem et conuiuiis gratiā quaerere vt dicit Sallust: in bello Iugurthino. Hanc artē optimè primamq adhuc Lu: Tarquiniū Priscū scivisse narrat Liuius lib: vmo cū benigno alloquio, comitate inuitandi, beneficiisq

Annaliū 6.

Bona verba n̄ frangunt dentes

quos

quos poterat sibi conciliabat.

ANIMADVERSIO SEPTIMA

Gaspari obsequio.

Non quodvis otiu salutare est Civitatibus.

Cunctos dulcedine otii §

Otiu aliud e qd vacationem cu operi et laboru denotat: Aliud qd opponitur bello. Prius illud a Gubernatoribus Civitatu nunqua populo debere concessu varia doces expla ut Regu Egipti in exhauriendis aerariis Pyramidibus et aliis operibus admirandis quod refert Plinio l: 36 capi 12. Ideo instituta ne plebs ees otiosa. Eode consilio filii Israel a Regibus Aegyptiis operibus duris luti et lateris oig famulatu opprimebantur Et populus Roma ne in otio novis rebus studeret dispendii cum opter et aliis locis publicis exhauriendis voluit Augustus: aliquando ludis et spectaculis admonitur fuise a Pylade saltatore his verbis. Id tibi conducit Caesar populu per nos occupari et distineri ee multa enim malitia docuit otiositas ut legitur Eccles: 33. Otiu vo illud quod feriat armoru denotat maxime post diuturna bella conducit Reipub: nisi qd bellicosas gentes saepius ee in armis expediat. Ita Lacedaemonii referre Arist: 2. Polit. salvi erant bella gerentes periclitabantur vo rerum potiti. Roma continuis bellis assueta cum iam haberet externu hoste in sua viscera convertit ferrum. Itaq Senatus novos hostes quaerebat bella innoxiis indicebat, bellaq ex bellis serebat praesidebat et consulto male gerebat ut diutius gererentur.

Excel: uno

Ubi bellum sibi Gallus.

Punct: 2 Narrat: primae de munimentis Imperii Augusti

PUNCTUM SECUNDUM NARRATIONIS PRIMAE

DE MUNIMENTIS IMPERII AUGUSTI

Augustus scelere quaesitū ac constitutū imperiū in populo nondū servituti assueto confirmare ac stabilire cū sūmē cuperet de successoribus (maximè cū praeter unicā Iuliā filiā nihil liberorū haberet) ex reliqua propinquitate sua quoad longissimè posset sibi providendis cogitat: tū quia intererat Reipub: ne in principatu successor sui incerto eēt: tū ut minus obnoxius eēt contumacioni Civiū audaciâ et paratū alterū videret: tū ne nōen Caesarū et memoria Augusti in ludibriū verteretur. Ac proinde recte hi successores subsidia dominantis monumenta imperii, subsidia aulae, et adminicula Augusti dicuntur, ut eēnt qui si fortè ipse deficeret succurrerent et pondus imperii sustinerēt. Quinā autē ii fuerint exponit hoc loco Tacitus. Nā inprimis adoptavit Marcellū sororis filium: tū Luciū Agrippā: deinde Caium et Luciū quos Iulia filia sua ex Luc: Agrippa genuerat. Post Tib: Nerone et Claudiū Drusū privignos. Cū Mar: Tiberio adoptavit M. Agrippā Posthumiū sed in Tiberii adoptione adiecit. Hoc inquit Reipub: causa facio. Porro extinctis ceteris solus unus Tiberius superstes fuit. Sed quid Tacitus persenserit fusius explicemus.

Claudium Marcellū sororis filiū admodū adolescentem.

Clau: Marcellus Octauiæ sororis Augusti fuit filius quē adoptauerat sibi Augustus et pueritia vix egresso Iuliā filiā vxorem dederat, Pontificatu et Ædilitati curuli honestauerat. Adolescens hic fuit aio alacris, ingenio potens, sed et frugalitatis continentiæq in illis aut annis aut o: pibus n̄ mediocriter admirandâ, et fortunæ in quā alebatur capax. Cui auunculus et socer incūbere cœperat, et in eū onus imperii reclinare, nisi quod in graui morbo Augustus eū Agrippæ annulū dedisset, tacitē eum ab imperio remouere videbatur. Eā ob rem Agrippa cū Marcello n̄ satis conueniebat. Et ideo Agrippa sub specie ministerioni principalium prætenon: bus se subduxit offensionibus.

Pontificatu et Curuli Ædilitate. 8

Pontificatus honorē regiæ dignitati proximū credebat Rō: nā et lictore vtebatur curruli regia sella et lecticâ et ad eius fores p splendore di: gnitatis Vrbis laurus affixa videbatur. Ædiles dicebantur ab ædibus quas pcurabāt: curruleis autē â solio eburneo cui insidebāt, quorū officiū erat lu: dos et spectacula exhibere ac ædibus cæterisq ædificiis publicis præesse*. Re: +gibus insignibus et purpura vtebantur, cū autē Ædiles ludis muneri: bus, +vacationibus aliisq spectaculis populo gratificari, magnoq3 sūptu +facile solerēt multa magnifica in Ædilitate Marcelli populo exhibue:

*Regiis
+venationibus
+facere

rat Augustus totu' e'm foru' a Calen: Augusti usq ad Octobris fine' velis inumbraverat ut litigantes salubrius consisterent.

Marcum Agrippam §. Obscuro hic loco natus erat ut etia' eu' generis sui puderet. Hinc illi Vipsanii nomen quasi argueret paternae humilitatis sustulit et Mar: Agrippa dicebatur et licet ignobilis loco bonus t'n militia fuit neq e'm in parandis victoriis meliori usus qua' ac forti opera usus est Augustus. nauarchia Sex: Pomp: ductu Agrippae feliciter pugnavisse (quo bello insigne classicu' quo nemo ante coronam donatus fuit, singulari virtute meruit) et totius belli Antoniani arbitrium penes eunde' erat. Ter fuisse Cons: indicat inscriptio illa quae etiam hodie cubitalibus lris facta in vestibulo nobilissimi Pantheonis ab eo extructi visitur talis. M. Agrip: Consul: 3tio Cens: Geminatu' illi Consulatu' sustulit, quia postremi illi duo consulatus continentes erant, qui sane honores erant nec aliqua' ea' statu' tribuit nisi Principes re aut destinatione: Velleius ita de hoc lib 2. M. Agrippa virtutis nobilissimae, labore, vigilia, periculo invictus, parendiq sed uni scientissimus, aliis sane imperandi cupidus et per o'ia extra dilationes positus consultaq facta coniungens.

Mox defuncto Marcello § Obiit Mar: Baiis et forte veneno Liviae qua' Aulica' Medea' vocat Lipsius: ita e'm de ea Dio inquit. Nam mors Marcelli Liviae suspicionem dedit, quod is eius filiis anteponeretur. Tacitus Po et Plinius nec ipsu' Augu: ea culpa liberat, na' 2. Annal: sic dicit: Marcellum flagrantibus plebis studiis e: reptum breves et infaustos populi Rni amores. Plinius dicto lib: 7. dicit. suspecta Marcelli vota quasi conciperet aliquid contra Augustum amore pristinae libertatis. Itaq hoc defuncto cu' Agrippa postea nimia ad quae ab Augusto provectus, quod ipsi Augusto formidolosa videri poterat. Iulia' filia' quae morte Marcelli vidua tum erat uxorem ei dedit ex consilio Mecaenatis qui eo re' adducta' e'e dixit ut Agrippa aut interficiendus aut gener faciendus esset. ~

Specie recusantis flagrantissime cupere.

Ti. Neronem et Clau: Drusum etc. §

Id est Liviae uxoris suae filios quos ex priore marito Tiberio susceperat cognomine Augustus Imperatoris nomine non eo more quo vel Reip. duces Impe: ratores dicti, sed quo olim qui

Genitor Agrippa Caium et Lucium.

Xiphilinus scribit Augustum Caesarem adoptasse sibi Caium et Lucium, quominus insidiis sibi pararentur, tractare enim quae sub verbo gerebat eam cum in Senatum veniret pariter sibi statuisse putabat.

Necdum posita puerili praetexta.

Id est ante annum 17 Principes iuventutis se appellari qua appellatione nulla potestas indicabatur, sed titulus tantum et futurum imperium et omen. Deinde destinari se Consules annum agentes 14 quem in tenera aetate non gererent.

Specie recusantis flagrantissime cupiverat §.

Sub persona Augusti elegantissime expressa Principum consuetudo qui saepe ea se nolle simulant quae valde cupiunt. Notat et mos eorum qui cum ad dignitatem aliquam promoventur clerat vel non sua voluntate sua quam alienis precibus adducti et coacti fecisse videantur. Hanc materiam nepotum ambitionem displicuisse quidem Augusto narrat Dio precatumque eum ne Dii sinerent evenire ut quod sibi contigerat

quisquam nondum 20 annorum natus Consul fieret. Sed principes non semper ex animi sua loquuntur et figuratè saepius loqui sciunt, etiam qui ex illis Rhetores non sunt, cuius paternae virtutis minus imitator fuit Tiberius.

Vt Agrippa vita concessit. §

Agrippa è Pannonia rediens, quo eum cum summo Imperio Augustus miserat cum in Campaniam venisset morbo correptus interiit magno Augusti et populi Romani dolore. Solus enim teste Seneca epist: quod ex his quos Ciuilia bella claros potentesque fecerunt, felix in publicum fuit.

L. Caesarem euntem §.

M. Agrippae filius hic fuit natu minimus qui ad exercitus Hispanienses ut iis tanquam Imperii successor commendaretur, proficiscens Massiliae decessit uno anno fratris mortem ante.

Caium remeantem Armenia. §

C. Caesar compositis in oriente rebus rediens in Italiam in Lycia obiit cum ante in Armenia graue vulnus in quodam colloquio cui se temere crediderat, accepisset, ex quo ut corpus minus habile ita animum minus vtile Reipub: habere coepit. Addit noster Auctor C. Caesarem sublatum esse dolo Liuiae foeminae natae exitio Reipub: et suae domus. Zonaras nec Augustum quidem ipsum caruisse suspicione refert quod Caium

pacē ubi acceptā necasset.

Culpamen accepit. 39

Druso pridē extincto &.

Ante annos circiter 12 priusquā Ca: Caesar moreretur Clau: Drusus in Germania inter Rhenum et Sala fluvios annū decessit agens tricesimū ex lapsu equi mortuus est: Domitorē eū magnā ex parte Germaniae fuisse scribit Velleius et tot tantarumq virtutū quot et quantas nāa mortalis recipit vel industria percipit. Cuius ingeniū utru bellicis magis operibus an civilibus sufficeret artibus in incerto ē, morū certē dulcedo ac suavitas et adversus amicos ac par sui aestimatio inimitabilis fuisse dr.

Nero solus ē privignis erat &.

Post obitū Lucii et Cai Caesarū restabat ordine vix n ultimus sed voto Liviae primus Tib: Nero, cuius (si Velleio creditur) emi:nentissimus, Ducū Maximus, famā fortunaq celeberrimus et vere alterū Reipub: lumen et caput. Et qā solus supererat ideo oēs favores et honores in eū congerebantur. Adoptatus ēm ē, hoc est, filius, Collega Imperii, Consors Tribunitiae Potestatis assum:ptus ac ideo quasi verus imperii successor, aliqz etiā per exercitus ostentatur.

Non obscuris matris artibus &.

Nihil opus erat Liviam clā et furtivē ad imperiū promovere Ti:berium sublatis aemulis amovendū quoq erat simulationis velum.

viri quod vnicū tantū sed inualidū impedimentū restabat Agrip: Postu: quē n̄ vetero ac tetrū totiés vulgaretur sed calumniis vt mox dicā.

Nepotem Agrippam &.

Post mortē M. Agrippæ natus ē hic de quo agimus Agrippa et ideo Posthumus dictus quē eodē die cū Tiberio adoptauit Augustus cuiq' quia paternarū virtutū memoria Liuiæ animos conciliatura et familia Caesarum monendā aliqd ad principatū allatura videbatur ideo his calumniis petitus quod nempe Liuiā Nouercā probris incesseret, et ipsi Augusto parū æquus foret, et de ipsius morte consilia iniret. Neq. tn̄ damnatus capitis, cū rei tn̄ actoris nulla satis firma documenta proferentur. Sed relegatus ē in Insulā Planasiā Corsycæ proximā ob insalubre cœlū propè desertam.

Nam senem Augustum &.

Eo loci paucis verbis sed ipsis ac bene scitantes multa ac præclara exprimit. Explicat enim primo blanditias Liuiæ quibus senis Augusti animū in potestatē suā redegit cū dicit: Senē Augustū deuinxerat adeo vt, hoc ē, Vt Augustus nō cætera ex eius arbitratu gereret, sed etiā Nepotem &. Notat deinde animū Augusti victū et expugnatū à Liuia quia nepotē eius vnicū nō mitteret, sed proiiceret (quo in verbo plena inest vis odii) nō Tarentū, nō Mitylenem, nō Mileti, vbi delicate et molliter viueret sed in Insulā

insalubrē et desertam. Ad extremū Agrippa indicat innocentiam 41
qui nullius flagitii compertus, quod satis esse debuit Augusto ad conser-
uandū et amandū nepotē. Velleius qui in hoc historiā [illegible] vt per
occasionē Tiberio adularetur dicit Agrippā posthumū mira prauitate
animi atq ingenii in praecipitia conuersū, patris atq aui sui animū
alienasse moxq crescentibus indies vitiis dignū furore suo habuisse
exitum.

Germanicū Druso ortum &c.

Germanicus Clau: Drusi priuigni Augusti quē in Germa-
niā proxime obiisse diximus
quod ad ripā Rheni collocatus erat ad prohibendas Germanorum
incursiones. In duos autē exercitus 8 legiones erāt diuisas supe- [illegible]
riorē et Inferiorem. In superiore erat legio 2da, tertia decima, quar-
ta decima et 16a decima. In Inferiore prima, 5ta unde vicesima
tres eh et 20 exercitus populi Rom. sub Augusti alebantur vt notat
Xiphilinus in Augusto. Quanquam esset in domo Tiberii &c.
Drusū intelligit quē Tiberius ex Vipsania priore uxore susceperat:
h adeo carus erat patri propter vitā fluxiorē et remissiorē quod desperatus
[illegible] a funere eius ad negotiorū consuetudinē rediit, lon-
giore iustitio inhibita

ANIMADVERSIO PRIMA

Certus successor imperii et eiusdē domus ē constituendus.

Imperii successores.

Publica et Regū et Regnorū tota expedit eīm Reipub: ne ob incer-tā hæredū successionē Civilibus bellis exagitentur, tū ne Regnū in alienas familias transeat, atq sic nōen et memoria antecessorū in lu-dibriū vertatur. Deinde ut plerisq res novas moliebātur comoditas offeratur ut paucō alioru opes cohibeantur. Ad extremū ut benē constituta serventur. Quo-modo tametsi post 4 Imperatores progenies Carolī defecerit ipsius tū decreta multis post annis inviolata permanserint. Quod ab Aus-triacā familiā legisse legimus qdad summum fastigiū genita 13 ipse imperio dedit Germanico, totaq Christianitatē contra Turcas, religionē ro Catho-licā contra Suevicos egregiē tuetur. Eādem laudabilē successionē con-stituendorū consuetudinē firmāt nri seculi exempla eā eīm ob, Caām in imperio Germanico vivente adhuc Imperatore Rex Roma-norum creatur. Eo inspiciunt et Infantes in Hispaniā, in Gallia Del-phini et Principes sanguinis: In Anglia Walliā Princeps.

ANIMADVERSIO 2DA

Pluribus ad imperium destinatis nemo est aucupandus.

Cum multis spes est ad imperiū satius est nullū nuncupare: orientem ~~Occidentem~~ Solem plerumq adorare et Occidentem fere deserere solent:

Adeoq

Alioq certe Tacit: primo Hist: suspectus spes inuisus dnanti est quis;
quis proximus destinatur: deinde altero nuncupato alterius spes praeciditur
atq ex desperatione temeritas et audacia additur: sub Tiberio fuerunt
Germanicus et Drusus hic erat filius Principis et pollebat amore patris
Germanicus ab nepotes Augusti adoptatus a Tiberio rerum gestarum gloria
populo Rno plurimum erat commendatus. Sustinuit hac in parte iudicium
Tiberius et neminem populo ostendit, ne aut alterum firmando suum alienaret
aut hunc praeferendo studia popularium in se concitaret. Ita Augustus
antequam Caium et Lucium ad spem imperii euexisset Tiberium ablegauit Rho:
dum: destinato ro Tiberio Agrippam in exilium eiecit: Nec Tiberius prius
Drusum nominauit quam comperta morte Germanici Elizabetha Regi:
na Angliae lege cauit ne quis sub poena Capitis mentionem faceret succes:
soris Regni dicens: Ante mortem non esse sibi fodiendam sepulchrum.

Homo proponit Deus disponit.

Poeta quidam Careat succes: sibus opto.

[illegible]

ANIMADVERSIO 25a.

Quam incerta sint hominum consilia et quam infausta plerumq prudentia.

Ex anxia hac Augusti prouidentia qua stirpem suam colligere
voluit discere licet quam incerta sint hominum consilia quam [illegible]
Multis se ut videbatur dnationis subsidiis Augustus sepserat
parum tamen abfuit quin solus relinqueretur quin extinctis caeteris so:
lus Tiberius superstes fuit. Hannibal tot victoriis felicissime

in Italia confecti spem sibi et omnibus fecerat actum esse de Imperio Romano sed prudentia infra Deum bonorum civium Auctore fuit qui etiam cogitata Conspiratio facta contra Carthaginem corruit, fati enim lege impulsis rerum humanarum ordo vertitur ut dicit Livius lib: 25. Et eidem nulla providentia fatum imminens moveri potest. Itaque Tiberius cum multa de ordinanda alicui Repub: agitaret et sub familiam et extra domum virorum excuteret, mox necessitas animi consilium cui impar fuit fato permisit. ~

PVNCTVM TERTIVM.

NARRATIONIS PRIMA.

Quis status rerum sub Augusto.

Hoc puncto explicat quis sub Augusto status fuerit extra urbem cum quo in urbe, quique affectus civium: Adextremum iudicia horum de successoribus Augusti.

Extra urbem quieta erant omnia et libera bello nisi quod contra Germanos pugnabatur qui amissum cum Quintilio Varo exercitum.

In urbe cuncta itidem tranquilla sed omnia inversa ac mutata. Verum non cum enim aliquis superesset qui veteris libertatis dulcedinem quam non noverat desideraret omnes libenter uni parebant, nihilque metuebant

quā diu Augustū vicenū operabāt. Ad extremum narrat quos provecta senectus Augusti sermones concitaverit et quā iudicia de successoribus nā imperiorum aliqui erant qui libertatis memoriā refricarēt: plures quales erāt ditiores et novis ex rebus auctiori bellū pacē sibi Alii vt senniores quibus vis in tuitidor spes, bellū malebāt, at multo plures de dn̄is, cervicibus suis impendētibus varie loquebantur varie au: gurabantur quid quisq, incōmodorū ac calamitatū et publice et privā: tim allaturus eēt, et hi erāt Agrippa Posthumus, Tiberius, Livia, Drusus, et Germanicus quos egregie suis coloribus depingit. Sed hēc dicamus enucleatius.

Cū turbarentur aqued ac maximo capiuntur anguillē.

Bellum ea tempestate nullum &.

Augustus terra mariq pace parta Jani templū clausit, vani alias decus, nā semel atq iterū á Condita urbe ante memoriam suā clausū fuit: nimirū hēc pax divinitus cēlo fuit qua + Pacificus Salomon ex Virgine Sma nasceretur. +

+ Pacificus Salomō i, Christus Dn̄us.

Ob amissum cū Quinctilio Varro exercitum &.

Gravis hēc erat, et pene exitiabilis clades ac ignominia accepta á Germa: + nico cibus legionibus sui Duce Varro legatisq, et auxiliis omnibus idus: qua clade adeo consternatū ferunt Augustum vt per continuos menses aliquot barba capillisq submisso caput interdū foribus illideret vociferans: Quinctili Varre legiones redde: sed de clade Variana plura inferius audiemus.

+ in Germania.

47 1B.

Quam cupidine proferendi imperii &.

Tres plerumq ad bella suscipienda hnes solēt concitare: Cupiditas imperii proferendi spes premii aut studia iniurie vindicandē: Augusto unica belli causa studiū

abolendā infamiā contractā ob cladē Varrianam. Nulli enim genti
sine iustis et necessariis causis bellū intulit, iactantis esse ingenii et
levis dicens ardore triumphandi et ob lauream coronā folia infructuosa in
discrimen civium securitatē praecipitare. Unde negabat bellū esse suscipien:
dū nisi cū maior emolumenti spes quā damni metus ostenderetur, nā minima
comoda magno sectantes discrimine similes aiebat esse aureo hamo piscanti:
bus cuius abrupti damnū nulla captura pensari posset.

Eadem magistratuum vocabula &c.

Magistratus. Recte dictum eadē fuisse magistratuū vocabula, iisdē enim nominibus vocabantur, re
autē vera nō erant iidē magistratus, neq enim eadem vim atq autoritatē obtine:
bāt, nā licet senatus per se ut antea iudicaret et responsa legatis gentiū daret
populusq ad magistratus eligendos et alia facienda congregaretur: nihil tñ fiebat
contra Caesaris voluntatem, et nisi certa eius ac manifesta accessisset voluntas.

Iuniores post Actiacā victoriam &c. In centurias seniorū et iuniorū ipsa
civitas dividebatur: iuniores erant usq ad annū 46 reliqui seniores. Augusto
autē superato apud Actiū Antonio solus rerū potitus est annos 4 et 40, nullus
ergo fere supererat qui rempub: vidisset, hoc est veterem Reipub: autoritatem
dignitatē, consuetudinē et libertatem. Nihil usquā prisci et integri moris &c.

Aliter ea de re Velleius lib: 2. ait. Sub Augusto revocata vis legibus, iudicii:
is autoritas, senatui maiestas, imperiū magistratuū ad pristinū redactū mo:
dum prisca illa et antiqua forma revocata. Itaq verū est qd de hoc scriptore
Lipsius dicit in Caesaribus describendis non usquequaq esse fidum nā per adula:
tionem multa celat, imo et multa palā aliter narrat. Credendū igr Tacito potius
qui verrū fuisse civitatis statū sub Augusto, nec quidquā prisci et integri

moris relicti cu et Dio Nicaeus dicat in Augusto populu Rnum eo fuisset
in dicione rem vel in autoritate Reipub: ac Magistratuu 725 anos. Rursus + Regum.
sub Augusto in regia potestate venisse: Nr autē Scriptor fatetur oēs exuta
Equalitate iussa Principis aspectasse.

Postquā provecta iam senectus &

Vixit em Augustus anos 76 ad senectutē eius quā ipsa morbus dies alii eam
morti accederent.

Postquā fessa et spes bona &

Finis vitae Augusti novas spes et sermones varios in animis Rnum conci:
tauit. Nā alii sed pauci quales senes aut veri imperii de libertate loquebantur.
Sed vicaseni longe em etate omen erat ut resurgendi nulla spes esset. Alii
bellū metuebāt: cupiebāt alii, omnium autē ora et linguā in successores Au
gusti versa.

Trucem Agrippam &

Senatus de Agrippa Populi Rni agerit cu eu trucē appellabat, deinde igno:
minia accessu quod ab Avo et pre educatus et relegatus fuisset: ac oīo rudes
imparē oneri seu Imperio, cu nec etate nec rerū experientia valeret, quā duo
ad prudentiā necessaria st virtutem imperandi promiam.

Tiberium Neronem maturum anis & Tiberio ad imperiū suffragabantur
dotes in primis iā em anos 55 natus erat, ni pericia rei militaris, multa
ēm bella in Dalmatiā et Germaniā gesserat, adversantia ni particula Sed
indicat quod illū dedeceret. Superbia in primis quam hauserit ex Claudiorū fami:
lia ei insita, quam ille quantumvis simularet tegere n poterat: deinde ambitio
contracta ex educatione aulica et Consulatibus ac triumphis iuuenis adhuc ob:
tentis, ira ad extremū et libidines quas ille privatus Rhodi 8 anis ē meditatus —.

Ingenia Claudiæ familiæ

Ut reliquarum familiarum Romæ peculiares mores et animi affectiones extiterunt: nam Manlii severi fuerunt et duri, Publicolæ benigni ac populares, Cassii severi et cives, Bruti constantes, Fabii patriæ amantes, Scipiones ambitiosi et bellicosi, Asinii feroces, Lelii hilares, Hortensii eloquentes, ita Claudii fuere superbi et plebis adversarii: huius familiæ princeps erat Appius Claudius, numerabat hæc gens duodetriginta Consulatus, Dictaturas 5. Censuras 7. Triumphos 6, duas Ovationes. Inter reliqua superbiæ huius gentis hæc argumenta sunto. Claudius primum Pulcher qui ad Siciliam cum pareret in auspicando pullis ac per contemptum religionis mari demersis ait ut biberent quando esse nolunt. Accedat et Claudiæ exemplum quæ in conferta multitudine ægre procedendo Carpento palam optavit ut frater suus Pulcher reviviscerit atque iterum classem amitteret quo minor turba Romæ foret.

Qui se nihil timendi non se pertimendi sed illi qui se pallidi et macilenti.

Accedere matrem muliebri impotentia Liviam intelligit quam alii anum suapte natura potentiæ anxiam vocant, superiorem in filium quod imperium filius, ipsius beneficio obtinere videbatur. Aliter de ea Velleius ait sic Ut eam magis eminentissimam et per omnia deis quam hominibus similiorem appellet, cuius potentiam nemo sensit nisi aut levatione periculi aut accessione dignitatis.

ANIMADVERSIONES SEU AXIOMATA POLITICA.

Primũ ex his verbis. Abolendæ magis infamiæ &c. Cũ bellis de causis bellũ plerumq̃ sit suscipiendũ et cũ suscipiatur, spe nimirũ præmii, cupiditate imperii proferendi et studio vindicandæ iniuriæ seu abolendæ infamiæ: Ideo ultima cæteris ẽ æquior et bonis principibus usitatior. 49.

2. Ex his verbis. Eadẽ magistratuũ vocabula &c. Quando Rempub. formã convertunt, quoniã id sine legũ et consuetudinũ mutatione fieri nequit, umbra saltem aliqua prioris status &c relinquenda et obtendendæ imagines seu simulachra quædã veteris imperii, ũ libertatis, quorũ spe sese nutrientes ac veluti lactantes ab ipsa imperii vi abstineãt. Prœivit exemplo Augustus qui cũ munia legũ, Senatus, Magistratuũ ad se traxisset, vocabula nihilominus magistratuũ facile concessit et libertatis speciem aliquã reliquit.

3. Ex his verbis. Iussa principis aspectare &c. Monarchiæ ẽ cũ oĩs exuta æqualitate unius Principis iussa aspectãt et ex illius nutu arbitrioq̃ pendent: contendentes inter se quis ad imperata facienda sit promptior.

4. Ex his verbis. Quotus quisq̃ reliquus Rempub. vidisset &c. Ad confirmandã tyrannidem præter cætera illa diuturnitas requiritur, quamdiu ẽm supersũt qui libertatis dulcedinẽ sũt experti, nunquã desunt qui alios ad eam recuperandã cohortentur. †Atqui longinquitate tẽporis ad servitutẽ occalluerunt, vi, iidem ut aves diu cavea inclusæ de libertate ne per somniũ quidẽ cogitãt. † At qui duo debẽt ẽẽ verba

5. Ex verbis. Tiberium maturũ annis &c. Capessendæ Reipub. mini idoneus qui n aliqua virtute Civili aut arte publicari posset. Nero sine ulla virtute vitiosissimus nequaquã in imperio Rño tolerari potuit. Tiberius cũ summa vitia aliquibus compensaret virtutibus extra periculũ fuit. Hinc Aug:

50

Tigranes patientiam demissam apud Neronem didicit et operam Parthis stipendiariis est, idoneusque ad regnum gubernandum diu creditus existimandus.

5. Politic: cap: 11. tradens modum conservandae tyrannidis sic ait: Tyrannus qui principatus sui diuturnitatem expetit ut vel semi bonus vel semi malus, ea enim est simplicitas naturae ut non contineri nisi virtuti incipiat administratorum mala non libere ... ut ex se possint subsistere, nisi paululum aliquid a virtutibus ceperint.

6. Ab infantia educari in domo regnatrice qui gubernaturus Rempub: utile est educari in domo eius cui aliquando est successurus, ut praeceptis optimae administrationis edoceatur, eorumque ingenia ad magnam fortunam colorentur, quo fine David vivente adhuc Saule divino consilio Aulae admotus est. Tum ut generosiores evadant, demissos enim esse et serviliter animo principes indecorum est. Itaque Tacitus Tigranem Regis Archelai nepotem contemptui habuit quod diu obses fuisset apud Neronem et usque ad servilem patientiam demissus. Moysen Ducem populi Israelitici non in servitute sed in Aula Pharaonis Deus educari voluit. Itaque non simpliciter damnat Tacitus Tiberium educatum in domo regnatrice, sed quod iuveni adhuc honores et triumphi decernerentur.

7. Undique insuper adolescentes admodum honoribus, magistratibus et imperiis prudentiae et experientiae defectu non sunt pares, proinde populus Romanus adolescentes duos Agrippam, Posthumum, et Germanicum ... regimini admotos Rempub: aut turbarent aut distraherent. Cum veteres quidem concinnati et concordes longo intervallo ne eandem bello

Cumuli dirruerent et dissiparent: Quid q'd Augustus precatus d'ne Dii sineret euenire ut id sibi contigerat quibusque deinde 20 annos natus Consul fieret: Tiberius eo cum in Pontificalibus vota nuncuparentur pro salute sua et liberorum Germanici recte monuit, ne quis in posterum mobiles adolescentium animos praematuris honoribus ad superbiam extolleret.

PUNCTUM *TERTIUM. +Quartum. scribi debet.

NARRATIONIS PRIMAE

De morte Augusti.

De morte Augusti ultimo narrat Tacitus cuius causam plerique in Liviam suspiciorem conferunt, sed noster scriptor ne tam atroce suspicio: nem in Liviam sine causa coniecisse videatur indicat quid maxime eam ad mortem viro accelerandam impulerit. Adeo verum cur mors Augusti diutius celata fuerit explicat.

Quidam scelus uxoris .

Hanc iam seriam venerandam aulicam paulum imbuit semper quod verita referente Dione ne Agrippam relegatum in urbem revocaret ad Imperii: pacem ei relinquendum ficus pendentes pollue in arbore quas Augustus manu sua decerpere consueverat, illinire veneno n' quidem praestantissimo

512.

sed q̄d paucis diebus consumeret. Venenatas igr̄ manu Augu: dedit ipsa siliceas quæ tuto edi poterat

Coniice cum Fabio Maximo &c.

Garrulū genus mulierum.

Consiliū Augusti de reuocando Agrippa enunciauit Fabius Maximus uxori, illa Liuiæ quæ acerbe cū Cæsare egit cur† quod iā pridē decreuisset, n̄ accerseret nepotem, sed se odio inuidiæq. successoris obiiceret.

† quod

Veniente igr̄ de more mane Fabiū et solitū illud dicentē Aue: Cæsar: salutauit Vale inq̄t Fabi, q̄d solet morientibus alicuiq. dici. Quod ille intelligens domū se illico subduxit et uocata uxore Sensit inq̄t Cæsar n̄ siluisse me arcana ideo mori mihi decretū ē. Hæc fere ex Plutarcho.

Vix dū ingressus Illyricum &c.

Caā profectionis Tiberii in Illyricū hæc erat ut firmaret pace ea quæ bella subegerat: euntem prosecutus est ipse Augustus in Campaniā digressusq. ab eo. Beneuenti Nolā petiit: tenorē Caam puto dissensus Tiberii ne nimium prudens suspicioni alicui se obiiceret, nunc cū ueneno Liuiæ extinguendus erat Augustus: qua arte usū fuisse Pisonē circa mortē Germanici narrat lib. 2. Annal:

Spirantem adhuc Augustum &c.

Suetonius Dio et Velleius tradunt uiuo adhuc Augusto uenisse Tiberiū longoq. sermone comendatā ei ēē Rempub: ipsū demū Augustū in Tiberii complexibus expirasse.

Simul excubiæ

Simul excessisse Augustum &c.

In Civitate rerum novarum avida nec dum satis firmato imperio non aliud aptius consilium impediendis turbis excogitari potuit, quam ut domus et via custodiis sepirentur, mors Augusti celaretur, lætiores interdum nuncii de incolumitate vulgarentur, ut eandem etiam provisis firmando Tiberii imperio necessariis simul omnes intelligerent, et Augustum excessisse et Neronem rerum potiri. Hanc artem videtur didicisse Livia a Tanaquile quæ mariti sui Tarquinii Prisci vulnere sopiti mortem tantisper celavit donec Servii Tullii opes firmaret. Et 12. Annal: simile factum legitur Agrippinæ quæ exanimem Claudium Imperatorem vestibus et fomentis obtegebat dum res firmando Imperio Neronis componuntur.

Liu: lib: 1.

Ingeniosa rerum mulieres ad malum.

SECUNDA NARRATIO

DE GESTIS TIBERII

Extrema Augusti hac tenus persecutus Historicus nunc ad Tiberii principatum describendum animum et stylum vertit. tentato

tpom ordine hic ad liber biennii minoris res gestas continet. Primo anno Sex: Pompeio et Sex: Apuleio Consulibus haec maxime recensen: tur. 1mo Agrippae caedes. 2. Adulatio Senatus versipelli Tiberio. 3. Augusti testamentum, funus, elogium et Apotheosis. 4. Tiberii subdola re: cusatio. 5. Comitiorum ratio ac ludi Augustales. 6to. Pannonicarum et Germanicarum legionum seditio. 7. Expeditio in Marsos. 8. quid mens Tiberio post oppressam seditionem. Ultimo mors Juliae et mores.

PUNCTUM PRIMUM

DE CAEDE AGRIPPAE.

Imperium suum Tiberius quomodo a caede Agrippae Posthumi fuerit auspicatus explicat: deinde Auctorem caedis non Augustum ut volebat Tibe: rius, sed ipsum Tiberium et Liviam adductis causis indicat. Ad extre: mum occasione ministrorum istius caedis praeceptum notabile intenden: dae Monarchiae adducit.

Primum facinus novi Principatus

Omen pessimum in ipso limine, Agrippae caedes nimirum edito hoc e: gregio facinore scire voluit qualis Princeps futurus esset. Hanc cae: dem clare satis explicat notatis etiam Auctoribus et ministris. Suetoni

ut a Tribuno interfectum voluit. Hic vero scriptor et Dio a Centurione credibile occisum sed iussu Tribuni.

Patris iussa simulabat &c.

Tiberius ea horrendae caedis culpam in Augustum confert, quasi ille Agrippam morte afficere eodem die quo ipse moreretur praecepisset. At hic videlicet duobus argumentis ostendit incredibile videri Agrippam iussu Augusti interfectum. Primum quia in nullius unquam suorum necem duraverat. 2. quia incredibile erat mortem nepoti pro securitate privigni illatam. Itaque rei culpam omnem in Liviam et Tiberium putat conferendam.

Propius vero &c.

Liceat hic paulisper sistere ut ingenium historici nostri penitius introspiciamus, cui solenne est inter narrandum interserere interpretationes coniecturas divinationes consilia, caeteraque rerum gestarum parerga, quibus non nunquam de causis eventisque iudicium suum interponentur, imo ambigua quaedam obscura, incerta in deteriorem partem trahit. Talis coniectura et divinatio eo loci propius vero Tiberium et Liviam illum metu hinc novercalibus odiis suspecti et invisi iuvenis caedem festinavisse. Divinatio et illa fuit. Caium remeantem ex Armenia et vulnere invalidum mors fato propera vel novercae Liviae dolus abstulit. Tum illa gravescere valetudo Augusti et quidem scelus uxoris suspectabant.

De imo quoque est bene praemonendum viri

Nota

58

et illa. Nec multo post extincto Maximo dubiu an quaesitâ morte.

Vt mos militiae.

Solemnia verba erat militis cu aliquid iussu Imperatoris perciperet facere quod imperasti.

Sallustius Crispus.

Hic est Sallustii Historiani Regis ex sorore nepos ex intimis amicis Augusti. Et quamquam ad capessendos honores prompto aditu, Mecoenatem se imitatus sine dignitate Senatoria multos triumphaliu Consulariumque potentia anteiit. Suberat vigor animi ingentibus negotiis par eo acrior quo somnu et inertiâ magis ostentabat.

Miserat codicillos.

Mos erat, quo magis clam milialus esset eadem maxime quae sine teste et medio imperabantur mandari per libellum, scilicet ne Imperator autoritate * effugere posset.

\+ defugere

Monuit Liviam.

Habent artes et scientiae sua arcana seu sophismata et nulla privata domus sine arcanis. Quid mirum si Regum et Principum aulae in quibus potius Reipub. negotia tractantur suas regulas et observationes habeant quas ideo arcanas vocat quia nulli nisi Principibus eorumque intimis ministris nota sunt. Talia arcana consilia Caroli V. Philippo

filio suo

Arcana domus sunt et appellantur flagitia Dominationis. Occulta artes et intima consilia quibus solet Princeps se contra multos imperii

nutro.

517

filiô suo Hispanici narrant annales. Et Alberto Regi Poloniæ Calli:
machus eadem dedisse legitur. Sigismundus 2o Augustus inter cætera ar:
cana consilia hoc á Bona Sfortia matre suâ acceperat ut nemini statim
responderet, si frequentia hominum aulâ suâ nollet spoliari. Tum illud Aqui:
lonaria ingenia principio ferrum postea aquam esse meminisset. Itaq intra
Comitiorum ordines regni solebat petere, in medio flere, ad extremum
pervicaciter imperare. Cæterum arcana domus seu arcana aulæ non ali:
ter á Tacito usurpata in malam partem accipiuntur et nihil aliud sunt nisi do:
mestica consilia seu occultas artes dominationis conservandæ per quas
illi quovis modo opprimuntur qui præsenti dominationi obstare dignis:
trare videntur etsi comitentur saepe in fratres consanguineos aliisq
necessitudinibus coniunctos. Qui hæc arcana callent participes secretorum
á Tacito dicuntur quomodo et Sallustius appellatur. De Ephestione + H. Ephestione
itidem Curtius lib. 3. secretorum omnium arbiter. Et de Philota lib. 6
Omnium arcanorum Regis arbiter. Et videntur quidem arcana domus cum fla:
gitiis dominationis convenire utraq enim scelere et flagitio perfici:
untur nisi quod flagitia dominationis et generaliora et totam imperandi
rationem respiciunt. Ergo in domo Ottomanica arcana domus sunt fraterna illa
parricidia. Flagitia vero dominationis Ottomanicæ foras exeunt et vicinos
violentos ac flagitiosos dominandi mos: qui hæc consilia sequuntur á Tacito do:
minationis artifices vocantur vulgo Machiavellistæ. Sed de flagitiis

dominationis plura

58.

dominaϯonis plura vbi occasio admonuerit.

De consilia amicorum.

Hinc dicere licet fucati genus aula in qua indecora et flagitiosa plerumq agitantur consilia quæ nolunt vulgari consiliarii, quæ quamuis publice ad honestatem omnia secreto ad vtilitatem plerumq dirigunt, et cum ea ratione sint Autores et ministri publice de rebus talibus speciose disputant. Comædos dicas qui personam aliam atq aliam nunc demunt nunc deponunt. Ita Tiberius, a Imperatore se eandem Regnum publice contendit, patris iussa simulat ad rationem facilius senatui reddendam sperat: priuatim ro recte suspecti iuuenis eandem festinauit.

Nulli magis sunt cauendi quam, qui Reipub: nomen commemorant.

De Tiberius cum Principatum resolueret.

Arcana dominaϯonis Regna et loci cingitur. Ex quo loco mex aliis sim scriptoris alienisq historicorum colligere licet in rerumpub: administratione ab Imperantibus adhiberi arcana quædam quæ Arist. Politica Sophismata seu fallacias ac figmenta appellat: quæ licet in se et simpliciter spectata iuri communi derogent et speciem quandam iniquitatis habeant, respectu tamen publici boni et status Reipub: tolerantur. Habet enim aliquid ex iniquo omne magnum exemplum (vt recte Cassius apud Tacit. 14 Annal:) quod contra singulos vtilitate publica rependitur. Copulat ergo ipse locus vt de iis aliqua dicamus, afferemus

Iacob: Ler: suspicatur. et scit

Wassenius et Bri lorus.

erit magnā lucem Tacito et aliis scriptoribus ac multorū factorum
Principum ac inprimis Tiberii qui his artibus fuit instructissimus
rāo nobis contulit. Et autē arcana Rerumpub: interiora et occultā mēs Definitio Arca: norum.
sive consilia eorū qui Reipub: præsunt pro ipsarū tranquillitate (sive
nimirū violentur) ad præsentis Reipub: statūs conservandi (ne nimirū
in aliā formā mutetur) caā. Ad quā autē genera rā rerumpub: arca:
na plerumq revocantur qā aliā sūt arcana Rerumpub: quæ spectāt ad
præsentem Reipub: formā conservandam et variant pro rerumpub: va:
rietate sunt enim vel Aristocratica vel Democratica vel Regia consi:
liā seu occultā artes quibus vtuntur vel Optimates in statu suo
Aristocratico tuendo vel plebs in Democratico & Alia sūt Arcana
quæ propriē arcana dominationis appellantur et spectāt ad securitatē eo:
rum qui Principē locū in Civitate obtinent. Suntq triplicia. Alia
arcana dominationis Regia, Alia Aristocratica, Alia Popularis.
Haec faciunt vt plebeii sint salvi: illa vt patricii sint securi ab insidi:
is aliorum: ista vt Rex sive Princeps salvus sit et inviolabilis.
His cognata sūt quæ appellantur vel Iura dominationis quæ sūt veluti
restrictiones iuris imperii, vel dominationis flagitia seu arcana domus
vt diximus et imperii transgressiones. Tertii generis sūt arcana impro:
priē dicta quæ appellantur simulacra Imperii Tacitus vocat ar:
cana inania cum nimirū Imperii et libertatis simulacra quaedam

obtegebantur iis quibus aliàs ad Rempub: aditus e praeclusus
qualia pleraq simulacra Dux Venetorum habet et pene Titulu Du:
cis, primu locu sed, muniis et dignitatem et similia. Cernuntur autem
Exactionum salva: re. — talia simulacra in aliis formis et speciebus Reipub: Haec ideo attigisse
semel oportuit ut arcana dominationis quam varia quaedam e in hoc ge:
nere liberius ad certa genera referre sciamus. Hoc Sallustii consi:
Primo para existi: mationes propensiore. — lium in quo versamur inter arcana Imperii Regii locum habet quo prae +
+ pro stabiliendo. — stabiliendo vinis imperio praecipitur ut iura Imperii absq alium arbi:
Semel misso Prin: — trio traherentur ne principatus in partes secedat. Et illa assidua ad
cipe seu male seu — Senatum relatione imperium desolvatur atq in aliam formam redigatur. Ita
bene factum permit. — ad eadem arcana imperii Regii referenda sunt illa de quibus hac sensus
Tacitus. Omnia munia Senatus magistratuum et legum ad se trahere.
Specie recusantis flagrantissime aliquid cupere. Obsequio promptos seu
Placentinos ornare. Feroces et ambitiosos suspectos habere. Ad arcanum
dominationis pertinet pluribus munimentis insistere. Ad simulacra vero
imperii Honoros titulos non usurpare sed nomine Principis contentum esse. Eadem
magistratuum vocabula relinquere. Insurgere paulatim et lento quodam
nisu principatum exercere. Annona et otio plebem demulcere. Inter fla:
grantiam dominationis Imperii aemulos tollere ut Tiberius Agrippam
et Germanicum, Augustus Brutum Cassium Lepidum Antonium et ceteros.

G1

Ut non aliter rāo constet
Cuiusq facti rāo censeri n̄ pt si pluribus
semper em̄ idē factū alii probabunt alii improbabūt. Unū ergo ēe
oportere cui reddatur rāo et cuius iudicio stetur si aliter fiat imperii
statū vertendū et pro Monarchia Aristocratiā aut Oligarchiā conspici.

AXIOMA

Qualē Princeps famā initio principatus sibi compararint eandē sem-
per retinent: difficilē id nulla etiā egregiē facta eluere possunt.
Tiberius comparatā in primis initiis crudelitatis famam nunquā deposuit.
Galba imperiū a caedibus coepit. Itaq initio semel Principe (ut Tacitus d.
Hist:) seu bene seu male facta premunt. Optime Domitianus Corbulo Dux
statim sub excellentissimus missus ad regendas Armenias egregia facino-
ra statim aggressus est ut famā inserviret, teste Tacit: 13. Annal: quod in no-
uis coeptis est validissima. Et de Agricola nr sentit Ideo n̄ ignarus instan-
dū famā et prout prima cessissent fore uniuersa.

Caveat minime
consilium aut crudelitati manū accomodare: Grauiorum enim facinorum Mri
ut ait nr 14. Annal: quasi exprobrantes aspiciuntur, saepius ab ipsa exempla
in consultores redeunt. Cre: Piso Germanicū mandato Tiberii sustulit,
sed scelus hoc eidem fuit exitiabile.

Plancia autē uxor eius conscia uxoris recita criminibus
n ignotis suā manu sera nimis quā merita supplicia persolvit. +magis

PUNCTUM SECUNDUM

DE ADULATIONE SENATUS, DE TIBERII CUNCTATIONE CUM OBSERVATIONE CIVILIS PRUDENTIAE.

Post eadem Agrippae initio Principatus Tiberii factam &.

Duo hoc puncto nobis spectanda proponuntur. Primo affectus populi Ro: Tiberio initio exhibitus adulatio servilis potius quā decens et notatu circumstantiis variis facti imprimis quia ruebat in servitutem et iurabant in verba Tiberii: deinde personam ut fore Consulum, Praefecti Praetorio, Praefecti Annonae, Senatus, militiae et reliqui populi Rōi, tum modi quia id egerunt festinantes et vultu composito nunc ad laetitiam nunc ad tristitiam. Iterum quod hoc puncto spectandū proponitur. Callida cunctatio Tiberii in recipiendo imperio, cuius tres Causae assignantur. Prima ē formido Germanici 2. Ut electus potius quam intrusus videretur. 3. Ut sub hac larva voluntates Procerum exploraret. Sed haec cunctatio mera curiā tantū erat nā alibi oia Imperatoris munia obibat. Calliditas Tiberii.

Romae ruere in servitium &. Servitus Romanorum.

Scanti satis verbo in servitute Rōa exprimendā omnis est neq ēm flecti aut inclinari dixit sed ruere ac praecipiter ferri. Ordinē quoq̄ n neglexit iu

63

Consules primo ponit, qui primū dignitatis locū obtinebant: deinde Senatum et Equites. Quo quid viderat Roma indignius, quā eum ordinem cuius dignitate ac conspectu nihil erat augustius, civis placita terram sibi capite submisso adorabat, quem propugnatorem Reipubl. custodem libertatis, maiestatis praesidem, fortuna populi Rni constituerat, eā lachrymis cū preces servitutem profiteri ac iuvare.

Desinit proin non ineleganter Senatum Rm.

Lachrymas, questus, adulaōe miscebant &.

Varias facies nunc laetitia nunc tristitia induebant Rni pro voluptate Tiberii admirar Polipi qui ad speciem obiecti soli colorē permutat.

64.

In verba Tiberii iurar
Iurare

Dissimile illud Horatii. Nullius addictus in verba Magistri. Primus Imperatorū Tiberius fuit in cuius verba iuratum est. Iurare autē in verba in alicuius est obstringere se iureiurando ad facienda oīa quae is in cuius verba iuratur iusserit, hoc loquendi genus proprium erat gladiatorum qui se addicebant Mgris, i.e., Lanistis et iurabant se n recusaturos quominus verberarentur virg ad necē et ferro si iuberentur iugulo reciperent. Hanc Auctoramentū vocabant et pecuniā quae pro eo numerabatur Auctoramentum: Iurabant et milites in verba Imperatorū. Vnde exauctorari dicebantur qui militia solvuntur.

+ iurare inserі debet hoc loco: sti ē error +.

64.

Praetoriani cohortium Praefectus

Ad differentiam legionariorū dicti Praetoriani milites quibus Imperatorū

saluti custodia committebantur in tantum viribus Praetoriani processere ut quemlibet vellent ad apicem imperii impellerent et in Principem assumerent, assumptumque mox deturbarent, ceterique aulici totius Imperii et moderatores, qui ibi praeerant Praefecti praetorio dicebantur.

Tabernaculum illud ubi solebat Imperator residere dicebatur Praetorium.

Pfc. annonae §

Praefecti annonae eadem quae praefecti praetorio dignitas erat, itaque eodem carpento vehebantur. Ad praefectum annonae cura conquirendi frumenti eiusdemque distributio pertinebat. Consules primum iuravere §

Principibus ad res gerendas multum momenti in eo positum ut faventes et obsequentes habeant Proceres, nam hos cetera aula facile sequitur.

Cuncta per Consules incipiebat.

Callidi Principes.

Mutata Repub: Romana cauti et callidi Principes ut Augustus et Tiberius non omnia uno eodemque momento immutarunt, imaginem enim quandam libertatis antiquae Senatui et populo Romano reliquerunt, vim Principatus ipsi complexi nomen aliis remiserunt: Consulatus munia ad se traxerunt, cuncta enim per Consules tanquam vetere Repub: incipiebat: quod artis simulachrum imperii appellatur. Cuius artis neglectus Iulio Caesari mortem accelerauit: plurima enim is brevi immutavit, continuum Consulatum, perpetuam Dictaturam accepit, Praefectos Praetoribus constituit et spreto patrum more, Magistratus in plures annos ordinavit. Ambiguus imperandi §.

Arcana dominandi Regibus.

Arcanum ipsum est Imperii Regii versipellem in Imperio accipiendo, hac

enim me aliorum sua

ēm rē aliorum sīa elicitur et plebs magis magisq accenditur ad rem quam intendit perficiendam. Hanc autem egregie calluit Augustus qui rēp recusando flagrantissime cupiit. Et Tiberius ambiguus fuit imperandi imo ut ait Velleius lib: 2. Una veluti cunctatio fuit Civitatis, pugnantis cū Caesare Senatus populiq Romi ut stationi paternæ succederet, illius ut potius æqualē Civem qm eminentē liceret agere Principem: tandē rē magis quā honore victus est, cū qdqd tuendū n suscepisset, periturū crederet. Hæc ille. — Superius Velleius.

Nec abscedere a corpore. ʃ.

Cunctationem suam cū artificio tegit Tiberius, nihil ēm publicè de rebus imperii agit tanq se fingat esse in supremis honoribus Parentis, id autē publicū munus appellat abscedere a corpore Augusti honori id exhibuit Augusti quasi Magistratuum præcipue et tanq qui et in Repub: primi curare fuerunt tanti Imperatoris. — Simulatio Tiberij.

Signum Prætoriis cohortibus ʃ.

Alius erat Tiberius in Senatu, alius extra illi recusabat imperiū et cunctabatur per cās infra dicendas, extra eo agebat Imperatorem quia signū Prætoriis cohortibus dabat, militū excubias et comitatum habebat, literas ad exercitus mittebat qd præter Principem licebat nemini. Itaq hoc arcanū dominationis Regiæ a Principibus observatur. Ne quis signū det prætoriæ cohorti. Ne cui liceat Prætorianos alloqui præter Principem, aut largitionibus ambire, aut ad exercitus scribere. — Calliditas.

Causa præcipua ex formidine ʃ.

Calliditas Tiberii.

Tres Caus. hic notat Cunctationis Tiberii. Prima è formido Germanici et vire Germanicum metuere poterat, ne si verus sanguis Augusti et quidem tot legionibus (quod cum sociis auxiliis et equitatu, facile ad 100 millia militum accedebat) et miro favore populi subnixus imperium vellet ipse arripere abiiceretur. Mens ergo hominis illius erat exploranda qui se minimè avidum Imperii ferre iactat Dio nam cum ad eum Imperium obstinatè milites deferrent, gladium tanquam mortem sibi inferre vellet destrinxerit. Caetera aulâ &c.

Idem 2a privatae domus. Caetera iste Aula putant aliqui fuisse lictores fasces laureatos et siquid praeterea honoris receptum Principi distinguendo. Neque enim adhuc illa erant Principatus insignia ut post ignis diadema purpura, quod recepta sequenti aevo et ad exemplum Regum. Dabat et famam ut electus &c.

Imponeret populo Rno callidam illam Liviae artes quibus senem Augustum ad designandum successorem Tiberium adduxerat: sed ut uxorius ambitus et senilis adoptio violenti et invidiosi viri se imperio Tituli imperii alium quaerere vel eam extorquere placuit ut vocatus potius et electus à Repub: videretur. Hinc emerciti Imperii leges, sedatur consulta iniuria eam extorquere ut videatur aliquis eam habere concessu populi uno verbo colore et additu occupati Imperii quaerere, unum ex arcanis Imperii Regii habetur ita Sylla legionibus in urbe admissis Dictatorem se perpetuum lege

Valeria creari iussit. Hic Augustus Consulatum 20 año aetatis inva:
sit admotis ad urbem legionibus iussitque qui sibi nomine exercitus in Senatu deposceret.

Ad introspiciendas Procerum voluntates.

Rebus alienis et negotiis ultro se ingerere et inutile et periculosum est. Me:
nochi Atheniensis exitum docet de quo illud vulgatum. Menochus Prae:
tor est, Menochus navim procurat, Menochus panes, Menochus farinam
distribuit, Menochus habebit infortunium. Cunctatio ergo et dilatio in
negotiis suscipiendis aut opera nostra pollicenda non adeo est culpanda, multa
enim plerumque suscipimus aut pollicemur quae remorari erat melius. Illud e:
nim praeter caetera cunctatione nostra consequimur quod perspicimus quo animo et
qua voluntate aliquid a nobis requiratur aut deferatur.

Nam verba, vultus recondebat.

Id est scribebat in animo ut suo opere promeret. Tacitus nihil veri
dicit lib. 6 Annal: de eodem Tiberio adstrictos per annos qui vultum,
gemitus occultum etiam murmur exciperet. Et de Domitiano in Agri:
cola: praecipua inquit sub Domitiano miseriarum pars erat videre et aspici
cum suspiria nostra subscriberentur. Et hoc nihil aliud est quam affectus dis:
simulare tollere, quod inter flagitia Draconis Regis ponatur. Hinc
insigne Civilis prudentiae praeceptum Aulicus colliget ut sua vultum
et sua verba sua in aula componat ne Princeps in deteriorem partem

Vliquis[?]

Menochus inquit est praefectus Civica:
rum, Consul, Menochus Curator navium, Menochus defert panem. Menochus
erat habebit infortu:
nium: quasi iste qui iam vellent agere si in periculo.

In amicitia vultu candidior pictor. Cicero inquit.

Ingenium adulatorum describit Terentius. Ait ne aio ego, negat ne nego ego. Item cum Princeps dicit aliquid, aderit ille affirmat, cum Princeps negat ille negat. Cornei[?].

detorquat et in animo, postea, notata depromat.

Punct. 3. De funere Augusti

PUNCTUM TERTIUM.

DE FUNERE AUGUSTI

In funere Augusti quatuor potissimum videbimus: primo testamentum eius: in quo Herodes: deinde legata populo, plebi, militibus cohortis prætorianis et legionariis attributa. 2. Placita Senatus quibus decerni funebres honores Augusto ut nimirum funus triumphali porta duceretur: ut tituli legum ab eo latarum et vocabula devictarum gentium anteferrentur ut corpus ad rogum humeris Senatorum efferretur. Demum ut in foro potius quam in campo Martio cremaretur. 3. Iudicia de Imperio Augusti in utramque partem: quo puncto vitæ Augusti vita recinere despuliatur. 4. Apotheosis Augusti, quomodo in numerum Deorum relatus

Augusti Rotatu. Canonizatio.

Testamentum inlatum per Virgines Vestales.

De sacerdotali gradu progredi.

Deposuerat more Romano testamenti ipsius tabulas vitæ obsignatas apud Virgines Vestales ut ab eis sancte ac religiose custodirentur neque alibi se mortuo aperirentur: imo in eodem templo Tractationes, Foedera et pecuniæ vulgo deponebantur adeo ut quidam omnes suas fortunas in ijs haberent quasi custodia certa. Nec mirum quia milite Rom. templa custodiebantur.

\+ pactiones

Apud Rom. Bolo. ... nostri ... quoque ... Zembaix

Livia in familiam Iuliam.

Prætorũ numerus Romæ variabat nã anno urbis 388 unus tantũ fuit initiatus additus postmodũ alter peregrinus Prætor qui inter Ciues et peregrinos ius diceret. Rursus Sicilia et Sardinia in Provinciã redactis duo alii creati qui illuc cũ Imperio mitterentur: item 2 creati citra Hispanis: Creuit postea numerus ut Ciceronis tpre 8 Prætores eẽnt. C. Cæsar oppressa Repub: primus instituit 10 quo pluribus bellorũ sociis honorẽ eũ gratificaretur: Auxit postea numerũ ad 16 Augustus eo imperio nõ potius varius itidẽ in hac creatõe fuit nunc enim creauit 10 nunc 16 tandẽ in duodenario numero stetit quẽ secutus Tiberius ut hic narrat.

PUNCTUM QUINTUM

Tunc primum Comitia e campo ad patres translata.

Populus Rnus Romuli et Tulli legibus comitiorum Princeps fuit ita ut quos cre-
are magistratus vellet illi potestas esset hoc ius Julius Caesar cruda adhuc semi-
ne Dtioni a populo abstulit: sed ita divisit ut pro parte dimidia Candidatorum
quos populus vellet pro altera dimidia quos ipse edidisset (tali nimirum scripto. Comen-
do vobis illum et illum ut vestro suffragio suam dignitatem teneant) pronunciaret. Augustus Cae-
sar hunc morem per bella abolitum reduxit: Tiberius primus autem Quiritium factus ius de
creandorum magistratuum sibi et senatui sumpsit: Populi nullo loco quod Tacitus his ver-
bis expressit Comitia e campo ad patres translata sunt, ex campo Martio quo conveniebant cae-
terum ut convenire facilius possent. Ex eo tempore expers suffragiorum populus: nec mu-
tata Democratia Rna in Monarchiam aliter fieri potuit, nisi ut iura summa Im-
perii seu maiestatis quibus etiam creatio magistratuum continebantur penes unum essent. Hic
Mecaenas apud Dionem multo ante Augustum monuit ut solus sine plebe et popu-
lo magistratus crearet. Creatio enim magistratuum maxima pars est muneris Imperatorii
Caeterum ut breviter attingam hoc est caput maiestatis seu iura summi Imperii magistra-
tus creare legatos mittere ac recipere, ius vitae ac necis, extrema provocatio bellum
et pacem decernere, foedera inire, monetam cudere &.

Senatus largitionibus ac precibus sordidus &

Candidatorum mos erat apud Rnos cum comitia fierent et in suffragium tunc ire
in candida veste sine toga in campum descendere cum clientibus gentilibusque singu-
los tribus prensare et circuire, atque eam tenuissimos et ignotos quorum suf-
fragium ambiebant rogare obtestare, obsecrari suaque merita et facinora domi

fenisq commemorare: demissisq et humilibus verbis supplicare, ambire pa-
tronos domos sectatores circuire admonere beneficiis pellicere domi ru:
teres et ingenuos polliceri ut alii in consequendis honoribus socii sint et ad
iutores. Hinc illud Crassi celebre dictum petentis honores ad M. Scaevolam.
Quaeso inquit Muci paulisper abscedas nec me comitare tuo honestari pater
impedit honorem meum te spectante ineptum esse non possum. His itaque et aliis me:
tiis in petendis honoribus observari solitis, solutis se Senatus libenter tulit.

Sine repulsa et ambitu designandos §

Commendari ab Imperatore ad aliquos honores, hi eum ambire apud Senatum
opus fuit, certi enim erant honorum nec ab iis repelli poterant. Habuit enim Im:
commendatio necessitatem aliquam: petere enim limitem et armatam. Hinc illud a:
pud Quintilianum lib: 8 cap: 5. de peti turpem Caesaris candidatus.

Ludos qui de nomine Augusti factos §

Solennes erant Augusto ludi dicati qui factis notati Augustales sunt dicti, Circen-
ses scilicet et forte + venatio. His ludis urbani plebis praefecti quibus eam in + Venatio
cuo ludos praebentibus triumphali veste concessa curru non vehi permissum
Hoc ut intelligas notandum dicerem ludorum alios fuisse statos et solennes ali:
os extraordinarios vel repentinos qui vel publico tempore ob inopinatum aliquem casum
vel privato alicuius familiae ipsius honoris petitionem vel funeris celebritatem
edebantur: ludis privatis annumerantur ludi Victorum et Triumphatorum: ludi
natalitii et similes. Ceterum alii erant Scenici alii Gymnici. Scenici ludi erant
qui ingenio arte facetiisque poetarum ac scriptorum et comicae gratiae histrionum

contendebat vocati Scenici quod in theatro sub scenis i.e. umbraculis laten-
tes prodirent et exirent et ibi in pretium recitarent et agerent et tales erant fabula-
rum actores ut Comoedia, Tragedia, Mimus, et similes. Gymnici vero erant qui
non oris ingenio sed exercitio baliaque et agilitate corporis contendebant: quorum sex
primariae species. Prima pugna cum certabant pugnis manibusque conserebant caestibus,
fustibus, gladiis, hastis, pilis et similibus armis. Huc pertinet et gladiatoria
quia certabant variis modis gladiatores non solum pro gloria sed etiam pro vita. Huc
spectat pugna et decertatio cum bestiis. 2da species est Cursus ad destinatam me-
tam pertingendam 3. Saltatio quae vel plano campo vel inferne in superiorem lo-
cum vel superne in inferiorem aut etiam in equos desultorios fieri solebat vel
in cursus. 4. Iaculatio quae fiebat sagittis pila disco seu rotundo lapide
instar cotis. Huc pertinet iaculatio bombardarum. 5. Decursio equestris qua
exhibetur species quaedam ludicrae pugnae equestris, uti hodie etiam nobilibus et auli-
cis usitata, varia quidem forma vel ut hastis concurrant vel gladio aut contis
sese mutuo feriant vel manibus sese mutuo equis detrahere et aliis formis eque-
strem pugnam assimulent. 6. Aurigatio ubi certatur bigis aut quadrigis con-
currentibus. 7. Naumachia i.e. navale certamen cum in fluvio seu stagno lacu
marino concurritur et certatur navigio. Huc referuntur natatio et Urinatio. Lu-
di dicti etiam varia cognomina mutata a varia qualitate locorum vel Circumstan-
tiarum nam ludi Gymnici dicebantur Circenses a circo maximo in quo celebra-
bantur. Dicti ludi magni quia magno Corporis molimine conatu et agilitate pera-
gerentur: Vel quod celebrarentur in honorem Magnorum Deorum 12. Dic-

Romanorum quia Romae maxime fuerunt solennes. Dictae Megalenses eo quod Cybelen certam Deam (quae magna mater ac Ceres dicta) translatam ex Asia minore Romani ipsis ludis coluerunt. Ex his facile colligere licet quid dicat Suetonius de ludis Augustalibus.

PUNCTUM SEXTUM.

DE PANNONICARUM LEGIONUM SEDITIONE

De Pannonicarum legionum seditione

Indicavit hac tenus Historicus quid in ipsa urbe gestum initio Principatus Tiberii nunc narrare incipit Pannonicarum legionum seditionem eodem tempore factam. Ordinem quem Antonius apud Cic: 2. de Orat: praecipit ut in rebus magnis memoriaque dignis consilia primum et causae deinde Acta, postea eventus explicentur. Accurate hoc loco observat Historicus, nam primo causas seditionum tangit quarum aliae remotiores et mutatio Principis, aliae propiores otium castrorum intermissio solitorum munerum militarium: impellebat spes lucri nempe benignior militia ut missio a 16 annis praemium praesens finitae militiae et auctio stipendii. Auctor seditionis Percennius qui in tota seditione ordine describitur. Acta in seditionis hoc loco. Disciplinae militaris recusatio, legionum trium confusio Tribunalis contra Imperatorem exstructio vicorum direptio violatio praefectorum castrorum et centurionum iniuriae caedes. Contumeliae et rabies in legatum comprimere seditionem conantem et caetera furoris flagitia. Eventus seditionis cumulata rebus infructuosis nam tametsi remedia a Iunio Blaeso legato fuerint adhibita efficaciora tamen erant Drusi Tiberii filii qui compescerent concitatas legiones

non eā consilio quod illi dari satis à Tiberio callidū quā carē quaerdā stato dū defectionem Lunā et violentes opiniones in religionem verti. Hinc de praecipuis turbatoribus suppliciū sumpsit.

§ Pannonicas legiones seditio incesserat §

Pannonicæ legiones, à Pannonia in quâ habebantur nomen acceperūt. Est autem seditio multitudinis in Principem aut magistratus subitus aut violentus motus. Haec à Cais variis oriri solet vel, ut monet ita Arist: 5. Politic: cap: 3. ob metum, ingt seditiones movent ii, qui fecere iniurias, metuentes poenas quā iis se expectāt, puenire volentes principiā ea inferantur, vel ab indulgētā, et solutā laxitate quomodo Appius apud Livium dixit: Non miseriis sed licentiā tantū concitā turbari et lascivire magis populū vel plebem, quā saevire vel ob inopiā et rebus arctis. Semper enim ut ait Sallustius in Jugurtha. In Civitate quibus opes nullae sunt bonis invident, vetera odere, nova exoptant, odio suarum rerum mutari omnia student: vel à ducibus et Auctoribus qui hos tenent veluti Aeoli excitāt, et tales sunt aut ambitiosi qui honores quos quieta republ. desperant, perturbatā consequi se posse arbitrantur. Aut obaerati et re familiari perdita quibus scilicet abbreviata fides in pace et rebus turbatis alacres et in moestâ securissimi. Aut etiam vani quidam et ventosi qui tam praesentis periculo ut quā ipsis pericula laeti, qui certis et olim partis nova ambigua et ancipitia malunt.

+ turbare.

Modus loquendi in nunceor. falsor.

§ Intermiserat solita munia §

Hoc ē, praeter vigilias etiā divina nocturnaque munia quibus intermissis, coepit miles lascivire, discordare, +(?) luxum et otiū cupere, disciplinā et laborē aspernari. Hinc adversus otiā castrorū, et ad retinendā militarem disciplinā à bonis Imperatoribus quaesita et usurpata sunt varia remedia. Corbulo Belgii praefectus (teste Tacito) legiones operū et laboris ignaras populationibus laetantes veteres ad

denique

11. Annal:

morem reduxit ne quis agmine decederet nec pugnam nisi iussus iniret et statio:
et vigilia diurna nocturnaque munia in armis agitabantur, feruntque militem quia
vallo non accinctus (id est fluxa solutaque tunica in morem muliebrem) atque alium
quia pugione tantum accinctus, hoc est sine gladio foderet morte punitos, et infra dicit
Et ne miles otium exueret inter Mosam Rhenumque trium et 20 millium spatio
fossam perduxit. De Paulino 2o et L. Veteri 13. Annal: scribit quod hi Duces ne se:
gnem militem attinerent ille inchoatum ante 3 et 60 annos Druso aggerem coercendo Rheno
absoluit. Vetus Mosellam et Ararim facta inter utrumque fossa connectere parabat
ut copiae per mare dein Rhodano et Arari subvectae per eam fossam, mox flu:
vio Mosella in Rhenum exinde Oceanum decurrerent.

Dux olim theatralium operarum.

Idem etiam qui operas saepe locabat ad fabulas agendas: sunt autem operae quod:
libet ministerium, hinc fabulae militares fabulae theatrales. Porro in theatro + operas
sicut in circo plebs Romana et factiones erant distracti .v. favore plebis in hanc histrio:
nem vel in illum qui saepe in tumultum exibat, imo in pugnam et in caedem. Dux et si:
gnifer his factionibus levissimus quisque ex plebe cui lingua manusque ad contumelias prompta.

Procax lingua.

Milites lingua procaces plerumque ad praelium inertes et quibus maxime ventosa in lin:
gua pedibusque fugacibus etiam sunt ad seditiones fovendas aptissimi. Talium ingenium ex:
pressit apud Livium Paulus Terentius. Cui ait quibus lingua procax prompta et teme:
raria est illis in pugna riget manus. Egregie Virgilius lib. 11 de

Largus opum + sed lingua melior: sed frigida bello + et
Dextera consiliis habitus non futilis auctor
Seditione potens.

E contra fortissimus in ipso discrimine exercitus est qui ante discrimen ignavissimus ut
ait Otto apud Tacitum 1 Histori: Imperator non ... In milite non adeo requiruntur semi

cognitio, unde ut ait noster scriptor in vita Agricolae. Credunt plerique militaribus inge: niis subtilitatem deesse, quia castrensis iurisdictio secura et obtusior ac plura manu agens calliditatem fori non exerceat. Hinc quidam facete. Militem gloriosum (dixit) non debere scire locum pulmonis, vel hepatis, ne inter praeliandum declinandis ictibus ab his partibus totus incumberet. Volumnius Consul egregie Fabium et Decium Consules creatos alloquitur, nempe eos esse natos omnibus facere magnos, ad verborum linguaeque certamina rudes, ea ingenia consularia esse, callidos soller: tesque iuris atque eloquentiae consultos, qualis Appius Claudius esset urbi ac foro praesides habendos praetoresque ad reddenda iura creandos esse.

Velut cunctabundus interrogabat §

Omne hoc militari rebus magis quam verbis efferata inflammat Percennius ad sedi: tionem milites argumentis aliquot nempe a facili quia pauci Centuriones et pau: ciores tribuni, tum a possibili quia novus Princeps: deinde ab incommodis quae diutur: na militia, quod praemia veteranorum et stipendia militum exigua: tum quam dura militia ne autem gravitate ista sit militaris rabies quae his malis remedia sint ad: hibenda proponit, ut nempe stipendium augeretur missio a 16 annis posceretur et vete: rani dimissi amplius sub vexillis non tenerentur (idque more praetoriani cohortium) sed iisdem qui in armis manerent quoque praemium illis debitum pecunia solveretur.

+ diuturna

Ubi novum et nutantem adhuc Principem §

Novi dum imperantis possibilibus plerumque obtrudantur et quam in omne incipientis conatum curae adhibentur. Prudentes boni Principes in illo regnandi exordio nihil tale concedunt cuius eos postea poenitere possit, congratulabuntur enim illa tempora in negotiorum. Ut diversas quidem formas esse militiae §

Romani milites in omnia genera dividebantur, Tyrones scilicet Veteranos et Dimissos

Tyrones appellabantur donec munia militiæ cuncta perfecte exequi nescirent
Auct. Vegetius. Post quam soluerit stipendia in exercitibus miles erat e opro.
Veterani dicebantur qui rem militarem didicissent et consumpto multorum annorum stipen-
dia meruissent quod 20 annis terminabantur.
Dimissi vocabantur qui rerum stipendiorum cursu peracto remunerabantur. Congre-
gabantur ergo Veterani qui plerumque illorum Tricena aut Quadragena stipendia
ultra delictum tolerarent. Tyrones vero de gravi et infrequentiori militia.

Apud vexillum retentorum

Apud Romanos tria erant missionum genera. Primum Honestum cum emeritis stipendiis
a Caesaribus munere donabantur. Alterum Causarium cum senectute aut valetudine ad-
versa domos vellent remittere suas vel ambo parum validi impares muneribus
militantibus erant. Tertium ignominiosum ut miles ob grave crimen exauctorabatur
ut qui transfuga deserter, homicida ac differentes diis sese congrediebantur. A-
pud Antiquiores quidem Una fuit honesta missio: ab Augusto duo facta
duplex Exauctoratio scilicet et Missio. Exauctoratio erat ut legio aliqua
Vz. sacramento solveretur, signis aquilisque ademptis non tamen prorsus dimitteretur:
tur, sed remotus in exercitu ageret sub uno aliquo vexillo donec præmia sol-
verentur et agri. Interea immunis a labore, excubiis vigiliis et muneribus
ceteris, extra exceptam pugnam in hostem. Plenæ autem missionis effectus
ut statim ab exercitu carerent domum aut in colonias miles iret præmiis acceptis.

Alio vocabulo eorundem labore perfunctorum

Legionarii enim post exacta stipendia exauctorati Legionarii seu Veterani
aut vexillarii dicebantur.

Per nomen agrorum.

Emeritis militibus culti et optimi agri pro mercede in primis assignabantur. Mutavit id Sulla primum: deinde ceteri qui plerumque palustria assignabant, militibus haud inculta. Denis in diem assibus.

Loco iste plerorumque exercituum, placet mihi Marcelli Donati explicatio: Cum antea milites seditiosi in singulos dies 10 asses decem pro stipendio habuisse loco illorum exposcebant sibi dari denarium nummum scilicet argenteum qui cum 16 asses permutabatur ita assium quotidie lucrum facerent.

Nunquam dempta tegmina et nuda corpora.

Denegare aut detinere militi stipendia, certe hoc ad eam licentiam eiusque impunitatem gradus, quia Ducibus cametri non imperetur prohiberi dici non potest. Ita Vitellius Imperator conviciis sibi mittere donativum et pecuniam cum eam dare non posset impunitatem et licentiam ad culpam dedit, et hac saltem illam dicta eum retineret. Recte Dux Albanus gubernator quondam Belgicis dicebat Meretrici militi si numeres stipendia tum ostus eum habebis obsequentissimum. At castigare et quod debes non exsolvere neque remunerari non humanum est sed belluinum et barbarum.

Simul congerunt cespites.

Inter reliqua furoris militaris quod tribunal cespitum exruere conabantur, eo facto se ab Imperatore + desistentes protestantes nam Tribunali exructo arcemq signum prius Imperatoris quod allocutione milititer contenderet

+ desistere

Blaesus multa dicendi arte.

Brevis sed nervosa sedata est Oratio Blaesi milites a furore revocantis qui modum

imprimis procedendi improbat, ut dissuadet proprium ab exemplo Veteri et proprio quoque: deinde ad opperationem: ad extremum placandis eorum remedium ab eorum proprio, ut nempe legatos mittere ad Caesarem.

Caetera mandaturos ubi prima pervenisset.

a 15 annis per legatum mig voluerunt petere alias caetera petituri, plura enim simul petere inconsultum & est, facile enim rogantes offendi possunt.

Sed reperitur miles quod filius legati

Nullum malum in Repub: curatu est difficilius deprehensione militum. Nam siue vires agas periculosa severitas, largitio tam flagitiosa, et siue nihil militi nec tamen concedas venia est anceps. Honesti videntur redintegratae

Expedita legatione ad Caesarem quievit aliquantum miles: nunc causam seditionis redintegratae seditionis commemorat, verbera nimium paucorum militum et tractionem eorundem in carcerem. Ubi observare licet artificium in scriptoris qui ille veritatem rabiem militarem paucis quidem illis sed aptis et romanis verbis expressit, in quadere cum legato durius cum Centurionibus actum.

Propter arduas curas et occupationes maximas negotiandi Professor non finivit: Auditores vero moestos et [illegible] gut debuit et ad finem habuisset.

IN HISTORIAS Q. CURTII RUFI

Præfatio.

Etsi plurimi mortalium reperiuntur qui Historiã sive linguâ sive calamo tanquam importunam aliquam et plenam pestilentiæ scientiam prosequuntur, utpote in quam multa sunt fabulosa, multa obscæna, impudica et tam omne Oratoris qui vir gravis et bonus esse debet quam castis studiosorum animis indigna, multa præterea sive per odium, sive per assentationem conscripta. Tamen hoc ingenuum quemque adolescentem à præsentis historiæ cognitione non debet avocare; nam superius dicta verba solummodo intelligenda sunt de historiis non purgatis, non approbatis, receptis: iam vero de illis quæ assiduò doctorum virorum manibus voluuntur et quibus apposita est autoritas Academiæ (qualis est Historia Curtii) neguaquam sunt intelligenda. De talinamque historia protulit Tullius quod sit testis temporum, magistra vitæ, lux veritatis, memoria antea: cti sæculi. nec immerito. hæc enim illustrium virorum

actiones, ingressus, bellicos, eorumq exitus tanquam vivam picturam demonstrat, hic propositis maiorũ exemplis, vel a vitiis avocat, vel ad virtutũ studia optimum quemq incitat, hic suadet, et non de his tantum rebus (puerorum more) solliciti simus quæ ante pedes sunt sed ex præteritarum recordatione de futuris disquiramus iuxta illum versum. Corrige præteritũ præsens rege cerne futurum. Quod etsi õi generi hominis necessarium est, utilissimũ tamen Oratori ipso attestante Tullio lib. 1o de Oratore ubi dicit tenenda est õis antiquitas exemplorumq õis Oratorium Itaq studiosi iuvenes tanto alacrius huic nobilissimæ scientiæ incumbite deq[uo?] to maiora adfert emolumenta.

Quis fuit Curtius?

Fuit Gladiatoris filius sed ob præclaras ingenii dotes ad excelsos honores pervenerat sed in primis actoris forensis offa, postea declamatoris expediebat, tandem ad quæsturam, præturam, et consulatũ erat evectus: nec mirum sæpe enim illi homines benignam in vitâ experiuntur fortunam qui naturam in ortu suo noverca habuerunt. Ulum

et Perzenius

et Terrentius Varo fuit Lanii filius et tamen Consul Romæ Tullus Hostilius pastor fuit et tamen 4tus Romanorum Rex Portius Cato fuit ignobilis et tamen Romæ et Senator et Orator Lexarro Virgilius fuit Figuli filius tamen in amore et delicijs erat apud Augustum Cæsarem. Pari modo et noster Curtius ex vili conditione ad summos honores pervenerat in quibus tamen ita se gessit ut non plus illi ornamenti adderent honores quam ille addidit honoribus

Quid est Historia

Est rerum gestarum cum laude aut vituperatione expositio, seu Est res gesta ab ætate nostræ memoria remota. Deducitur Historia a Græco verbo Historeo quod significat historiam narro seu dico.

Quis finis Historiæ

Non propter ostentationem ingenii aut propter favorem Principum captandum sed propter veritatem et fidem Historia conscribitur, unde finis eius non est alius quam veritas.

Quot sunt Elementa Historiæ?

Octo. Persona. Causa. Locus. Tempus. Modus. Instrumentum

Materia. Res.

Quot sunt Species Historiae?

Quatuor. Geographia quae loca describit. 2da vocatur Chronica quae tempora describit, hoc est quo tempore aliquid sit factum. 3tia vocatur Genealogia quae describit generationes hominum. 4ta Historiae Species vocatur Annales in quibus res gestas describimus.

ARGUMENTUM PRIMI LIBRI.

In hoc toto opere non est alia intentio Curtii nisi declarare Alexandri Magni genus, nativitatem, mores, educationem, praeclara facta et exitum quae omnia et ordine expediat in primo libro refert de Alexandro quod duceret genus ex stirpe regia ibi statim recenset quos habuerit parentes et qua ratione Philippus pervenerit ad amplissimam fortunam, similiter quibus modis acquisiverit coniugem Olympiadem, et quid subsecutum fuerit post nuptias, tandem quo die, quo mense Natus sit Alexander, qualem habuerit educationem, quos

Præceptores qualiter eos honorarent.

Quotuplex Historia.

Quadruplex. Sacra, profana, civilis et Naturalis.

Quo differt Diarius a Chronica.

Quia diarius in isto consistit quid die aliquo sit factum, Chronica vero quo anno sit factum aliquid

Finis Libri primi Curtii.

Cedat ad Dei ter Op. Max. maiore honorē et B.V.M. Matris eius.

ARGUMENTUM LIB: II.

Libro primo finem imposuit funestus et luctuosus exitus Philippi Regis Macedoniæ, cuius autor exstitit Pausanias, unus de ministris Philippi. Quia vero post mortem Philippi successit Alexander Magnus filius eius: ideo statim initio lib 2di describit Autor qualia habuerit primordia sui imperii Alexander et quo anno ætatis suæ illud susceperit, tandem qm pietatem Patri demortuo declararit, quomodo Triballos, Thraces, Athenienses armis perdomuerit Græciam in fidem receperit, Thebas everterit, imperator adversus Persas fuerit electus, quantum exercitum tironis habuerit Vltimo quæ illi occasio fuerit ut bellum adversus Darium susciperet.

Quæ est futura Methodus huius Libri:

Inprimis textum Curtii ad duodecim capita summatim revocabimus, deinde ex singulis capitibus

moralem eruditionem vel historiam decerpemus tandem sententias seu axiomata ex quolibet capite colligemus.

CAPUT I.

Duas sunt partes huius Cap. in prima aetatem Alexandri pietatem in parentem et initium regnandi. In altera prudentiam eius in Macedonibus comprimendis commemorat.

Quantum ad primam partem. Obtinuit regnum Alexander anno 20 aetatis suae, obtento regno insignem pietatem declaravit in parentem in duabus rebus, in prima quia sepeliuit corpus eius cum apparatu Regio, in altera quia occisores eius ulciscendos acceperit. Primordia regnandi expertus est Alexander plena periculi; aemulorum et insidiarum, hisce vero aemulatibus et insidiis praebuit aetas eius iuvenilis occasionem ob quam passim eum contemnebant tum subditi tum vicinae gentes.

Quantum ad 2dam partem Magna prudentia prae:ditum esse oportuit Alexandrum, qui et pericula orta fe:liciter euitauit et rebelles subditos in officio continuit gloriose. Porro prudentiam hanc in eo declarauit, quia non minis, non strepitu armorum, non rigore legum sed sermonibus humanissimis subditos refractarios in sui amorem traxit iuxta illud dictum Alphonsi Regis Mordacibus canibus ne mordeant potius pa:nem quam lapidem obiiciendum esse, hoc est subditos rebelles blandiciis placari lenitate quam seueritate.

MORALE PRIMVM

Alexander suis humanissimis sermonibus traxit vulgus in sui beneuolentiam.

Quanta sit vis humanitatis et clementiae patet euidenter cum ex Curtio tum ex aliis autoribus. Sal:lustius scribit de Romanis, quod illi non armis sed clementia imperium suum duxerint et propagarint. Tacitus scribit de Augusto Caesare, quod milites donis

populū annonā, principes benevolentiā sibi conciliant,
hoc minus quandoquidem iuxta Senecę opinionem
Facilius animi mortalium vincuntur beneficiis quam armis
ferina ista rabies est ferro ac vulneribus gaudere.
Pius Princeps (ut idem dicit Seneca) alieno san:
guini tanquam suo parcere debet et cogitare debet hominum
non esse hominē prodigè utendum. Hinc Octavius
Monarcha dicebat Nullū esse firmius regni præ:
sidium atque est Principis benevolentia. Et Anti:
gonus Rex dicere solebat Nihil molestius opti:
mo principi quam si timeretur non vero amaretur.
Nam ingenia hominum ut generosi equi melius fa:
cili freno reguntur. Itaque qui Princeps vult
sibi conciliare populi benevolentiā necesse est
ut clementer et benignè et humaniter procedat
cū populo.

MORALE SECUNDUM.

Alexander suà audaciâ et animi constan:tia oēs tumultus citissimè compressit.
Ad res arduas conficiendas qui diceret non esse necessariam audaciam, his scat timiditatem et for:midinē turpiter proderet, cū apertè videt Alex: Mag. non ferro, sed quadam mentis generositate et confidentia oēs motus hostiles dissipasse. Propertius probatus Autor magnam vim audaciæ attribuit in his verbis.
Audaces fortuna iuvat timidosq repellit.
Et alio in loco. Audendū est tibi aliquid, si vis esse aliquid. Hoc sentit Plato primo dialogo in his verbis. Duo sunt quæ victoriam pariunt, Audacia parit vi:ctoriam adversus hostes: tam verò timor infamiæ parit victoriam adversus amicos. Hoc sentit et Plutarchus. Nihil audentibus est inexpugnabile, nihil satis munitū adversus animosos. Petrus Audax secundū Aristotelem dicitur in Ethicis. Qui nullū timet periculum, seu qui nimis confidit illis rebus quæ timorē adferunt. Sed

sciendum est duplicem esse audaciam. Vna est quando su:
mitur ʒ abundantia confidentiæ, est illa vis animi quæ in
rebus magnis conficiendis, nullis periculis exterretur; hæc
audacia est laudabilis et est virtus vicina fortitudini
Vocaturq alio nomine audentia. 2da est audacia quæ su:
mitur pro inconsiderata susceptione periculorum, et hæc est
vitiosa estq similis temeritati.

AXJOMATA

I Oe malum recens facilè opprimitur, inueteratum ma:
lum fit plenumq robustius.

2. Qui vult amari languida regnet manu.

3. Multi ante annos animū gerunt curamq virilem.

4. In filiis persæpe patrum virtus eludet.

CAPVT II

In primâ parte profectionem Alexandri in Græciam
describit, et causam profectionis assignat, in secunda par:
te capitis qualem rumorem acceperit Alexander in Græcia
de Atheniensibus, et Triballis, et quis fuerit euentus, isti:
us rumoris.

Quantum ad primam partem vix compressit motus Macedonicos Alexander, statim profectus est in Græciam, causa profectionis hæc fuit ut perficeret bellum cum Persis à parente suo Philippo inchoatum, ut verò pervenit in Græciam ex comuni consilio creatus fuit dux Græcorum aduersus Persas.
Quantum ad secundam partem dum colligit exercitum Alexander aduersus Persas nunciant ei rumorem falsum qd defecerint ab eo Athenienses spernentes eum ob ætatem iuuenilem, et hoc ex suasu Demosthenis Oratoris quem Persæ magnis muneribus in suas partes pertraxerat. Alexander ut his motibus oticem poneret, mirâ celeritate colligit exercitum, collecto exercitu Græciã oppressit, atq sic fama oes nationes perterrefecit, præcipuè verò Athenienses, qui præ timore deprecabantur bellum, et virtutes Alexandri supra alios duces extollebant, atq hac de causâ, miserunt ad Alexandrum legatos, quibus ille auditis et increpatis pacem promisit Atheniensibus. In numero legatorum dicunt quoq fuisse Demosthene, sed ob duas cau:
sas

ras non venisse ad Alexandru quas vide in textu.

MORALE PRIMUM

Demosthenes Orator Athenienſium corruptus auri pondere.

Quanta sit vis auri expressit Poeta in his verſis.

Aurum cuncta mouet et superi flectuntur ab auro
Gaudet et aurato Jupiter ipse toro.

Hoc sentit et Cic: in his verſis. Nihil est tam sanctum, qd non violant, nihil tam munitum qd non expugnari pecunia possit. Expertus est Philippus Macedo vim auri, nam cum vrbem quandam expugnare non potuisset, quærebat modos ad expugnandum aptissimos, tamen quidam è numero militum persuasit illi ut asellu auro onustum per mœnia vrbis transmitteret, promittens ei facilem victoriam, qm rem ut fecit Philippus, statim quoq et vrbem in potestatem suam accepit. Quid mirum: cum et ipse Demosthenes auro corruptus fuerit, quem Demosthenem

ob incredibilem sapientiam et eloquentiam non minus non adversa fortuna nec aliis similes reb corrumpere poterant. Merito igr cum Virgilio exclamare poterimus

Auri sacra fames quid non mortalia cogis Pectora.

Et cum alio

Auro pulsa fides, auro venalia iura.

Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor.

Attamen qui famam suam magni æstimat, debet aurum parvi æstimare, nam fama honesta est quovis auro preciosior.

MORALE SECVNDVM

Athenienses pueritiam Alexandri antea sovetam supra supra virtutem veteri Ducu extollebant. Neminem esse contemnendũ ob ætatem suadent plurima exempla iuvenum florentissimorum, qui ætate fuerunt iuvenes, sed ingenio et moribus senes. Talis fuit Papirius qui in ætate tenera egregia indolis et virtutis declaravit argumenta, dũ prudenter finxit quid fuerit consultatio Senatorũ in Curia. Talis fuit Manlius apud Romanos qui anno

ætatis 17 ex capitolio Gallos deiecit et in libertate capitolium collocauit. Talis fuit Otto 3 Imperator Romanorum qui anno ætatis 11 vocabatur miraculum mundi ob sapientiam, ipsam ætatem superantem. Talis fuit Boleslaus Crivoustus qui anno ætatis 9 rogabat parentem suum vt se acciperet in expeditionem aduersus Rutenos, quam rem dum impetrauit, egregium specimen virtutis suæ, in illa expeditione demonstrauit. Nec mirum, nam vt Sallustius inquit Non viribus nec velocitate corporis res magnæ geruntur, sed prudentia et ingenio, quod citius maturescit quam ætas.

AXIOMATA

I Nullæ opes moribus improbis satis esse possunt.

2. Iste est thesaurus stultis in lingua situs, vt quæstui habeant loqui de melioribus.

3 Duæ res sunt quæ ad maleficium impellunt, luxuries et auaritia.

4. Optimus portus pœnitenti mutatio consilii.

CAPVT TERTIVM

In prima parte capitis ostendit qua arte Thraces: in 2da quomodo Thiballos superauerit Alexander.

Quantum ad primam partem. Thraces erant populi sine Rege et legibus, quibus praesenserunt adventum Alexandri Haemum montem (in vertice occuparunt, et ex qua parte facilis erat ascensus in montem) huic loco valli et fossarum curribus munierunt ex illis decertaturi si necessitas postularet. Quod si vero ex alterâ parte montis oppugnarentur ab hostibus, currus erant in milites Alexandri seu magno impetu demissuri, quod et fecerunt, sed ut rem istam subintellexit Alexander, tempestive praemonuit milites suos qualiter se gerere debeant in oppugnatione curris, hoc est ut imprimis in terram se ipsos procubuerent postea terga sua scutis tegerent, atque sic hostilia arma evitarent, prout de facto evitaverunt et mente in potestate sua cum curribus acceperunt.

Quantum ad secundam. Alexander superatis Thracibus profectus est ad Triballos debellandos, cuius adventum ut praesenserit Rex Triballorum, confestim magnam copiam hostium imbellium misit in Insulam Danubii Peucam, ad quam postea et ipse fugit. Reliqui Triballi in eam Insulam se receperunt et (qua pridie Alexander discesserat), quos ille repetens,

ex sylvis in apertu campu evocavit eos, evocatos vero quos: da in acie interfecit, quosda in fugam coniecit. Confecta hac pugnâ ad Danubii Insula Peuceam discessit, qm expugnare non volens; tu ob angustias loci in quo erat cu militibus obsessus, tu ob potentiā Triballoru deseruit inexpugnatam, atq abductis ab eâ navibus Getas petiit.

ERVDITIO HISTORICA

Profectus in Thraces.

Thracia est Regio Europæ finitima Macedoniæ, in hac regio: ne est Constantinopolis. Amplissima est hæc regio et fertilissima dicta à Thrace martis filio, quem Poetæ dicunt à hac regione na: tu esse. Populi qui hanc regionem inhabitant vocantur Thraces, porro ut naturā et mores cognoscas scito qd per naturā sint mole: stiaru patientissimi et bellicosi, sed ingenio tardi, consilio inepti, memoria difficillima ut vix quaternariu numeru sciant, moribus a: grestes, vino se largius inebriant, filios venundant, vxores emunt à parentibus et qd magis mirandu laudi ducunt occidi esse, et delicium terra excolere, vitā sustentant ex rapina et prædā. Pro Deo colunt Bacchum, Marte et Dianam, olim madebant sine

Rege et lege, sed nunc sunt sub potestate Turcarū Imperatore, certis legibus obstricti:

Danubius.

Est fluvius orum maximus ortū habet à quodā monte Germaniæ, et labitur per innumerabiles nationes, in hunc fluviū defluunt 60 amnes quibus ille auctus evolvitur in mare Euxinū, ostiā eius secundū Strabonem sunt septem, secundū Ptolomē sunt quinq quæ brevitatis causa omitto. Hic fluvius vocatur alio nomine Ister, semper est æqualis tā hyeme qm æstate, nunquā crescit nec minuitur. Plinius Cap: 13 lib 4 vt testatur.

Phalanges.

Magnū et numerosū exercitū diversæ gentes diversis nominibus exprimebant. Alii appellabāt phalange vt Macedones. Alii Catervā vt Afri, Alii legionem vt Romani. Porro de numero militū qui sub phalange continebantur difficile est aliquid certi statuere nā diversæ gentes, diversū numerū militū habebant. Persæ in phalange ponebāt quadraginta millia militū armatorū, et hoc exemplo Persei Ducis qui adversus Paulū Æmiliū 40 milliū militū phalangem congregauerat

Alexander Romanorum Imperator, ex 30 millibus phalangem instrue:
rat, Assyri sex millia semper in phalange collocabant. Macedones duas pha:
langes habebant magnam et parvam, magna constabat ex sedecim millibus
et 308 militibus confertis, quos phalangitas vocabant. Parva vero pha:
lanx erat media ob maioris, sed de his rebus vide plura apud Lipsium de
re militari et apud Vegetium sub eodem titulo

CAPUT IV.

Duae partes Capitis. In prima de legatis Triballorum et Germanorum. In
2da de Atheniensium et Thebanorum defectione.

Quantum ad primam partem. Ut primum fama divulgata est
de felici successu Alexandri potiores Triballi et Germani ad Alexan:
drum legatos miserant causa foederis ineundi, quibus ille admissis et in
amicitiam receptis quaesiuit ex legatis Germanorum quid maxime in vita per:
timesceret, existimans quod suam potentiam, illi vero non minus stulte quam
arroganter responderent, se nihil magis timere quam ne caelum cadat et eos
obruat.

Quantum ad secundam partem. Decertanti Alexandro cum Clito
et Glaucia Rege, nunciatur defectio Thebanorum et Atheniensium
propter quam non tardavit reverti in Macedoniam ad compescendos
Thebanos et Athenienses, cum vero in itinere rescivit Thebanos et

Athenienses praesidia macedonica ex arce Thebanâ velle depellere, accelerauit iter in Macedo: nec procul à Thebis castra locauit. Thebani Alexandri aduentu nequaquam territi ex communi consilio bellum aduersus eum proclamarunt. Sed Alexander ante bellum prius illis spatium dedit mutandi consilii et propositi, existimans vnam ciuitatem aduersus suas copias non fore sufficientem. Et verè existimauit nam in ipso bello tum Thebanos superauit, tum vrbem funditus euertit, idque tali modo à parte anteriori cum suo exercitu oppugnabat Thebanos, iam vero reliqui Macedones qui erant in arce Cadmea, à parte posteriori hoc est, à tergo, eosdem Thebanos caedebant et capiebant.

NOTA. Primo. Alexandrum adeo fuisse infensum Thebanis, quod licet Aeleadas vnus è captiuis Thebanorum vir praestans et illustris suppliciter rogabat Alex: si non ciuibus, saltem Ciuitati parceret, dicens Thebanos non ab Alex: defecisse quem interfectum audiuerant, sed ab Alex: successoribus, praeterea commemorans Philippi Regis Macedonici institutionem in vrbe Thebanâ apud Epaminundam strenuum ducem, tamen non fuit à proposito dimotus, potentiorque in illo fuit ira quam preces.

NOTA. 2do Alexandrum in Thebanae vrbis excidio 6 millia Thebanorum interfecisse et 30 millia captiuorum vendidisse, nullique pepercisse praeterquam stirpi Pindari qui fuit Princeps Lyricorum Poetarum, et hoc adeo vt suum in viros eruditos fauorem

euidentissimis signis declararet.

MORALE. I.

Alexander in Thebanæ urbis excidio cæteris partim interfectis, partim captis. Pindari tamen stirpi pepercit.

Vnde maiorē laudis ardorem mereatur Alexander, an ex Thebanæ urbis excidio, an ex fauore et beneuolentia erga viros eruditos, meritò quilibet nostrum dubitare pt. Vt enim vincere potentem et munitā ciuitatem est signum insignis fortitudinis: ita in altâ fortunâ et successu fœlici viris doctis fauere, nec illorū obliuisci singularis prudentiæ iudiciū est. Mihi tamen longè gloriosius hoc factū videtur, qd stirpi Pindari vatis pepercit, qm illud superius. Illa priori admixta fuit temeritas et libido vincendi quæ sæpè integumento fortitudinis occultatur, huic vero præter rectā et propensā in literas et viros literatos voluntatē nil adiunctū fuit. Quocirca si laudatur Augustus Cæsar qd propter Virgilium Mantuā patriā eius à multitudine prædæ liberā fecerit. Si commendatur Rex Agesilaus qd Xenophonte eximiū historiæ scriptorem summo amore fuerit prosecutus. Si insuper celebratur Alphonsus Aragonū Rex, qd viris literatis fauerit, eosq ad honores

et dignitates promouent: iure meritissimo est etiã laudandus et ce:
lebrandus Alex: Mag: qd ad fauorē in viros doctos testificandũ,
Pindari vatis stirpi pepercerit.

MORALE. II.

Timoclea fœmina Thebana vt vlcisceretur dedecus
sibi illatũ, finxit se proiecisse Thesauros in puteũ, quorum
videndorũ gratiã Dux super os putei inclinatus parte qua:
dã ab illâ in profundũ putei fuit detrusus.

Quanta sit semperq̃ fuerit mulierũ industria et inuentio patet
cũ ex hoc exemplo tum ex aliis multis: Cedrenus refert temporibus
Diocletiani persecutoris Christianorũ fuisse virginem quandã,
quã cũ idolis sacrificare nollet, data fuit cuidã militi in potestatē,
hac conditione vt vel illi consentiret, vel ab illo interficeretur. Vir:
go dubia cũ milite sola includitur, cuius vt furorem et turpem li:
bidinem vitã vidit, blandis verbis eũ alloquebatur, dicens se nosse
artem, quâ nullis iaculis nullis telis lædi in bello posset, et libentèr
se declaraturã si non tangeret corpus suum. Miles rem verã ratus
dixit se facturũ qd virgo suadebat, virgo læta pixide depro:
psit, cerã ex eat sumpsit atq illâ cerâ collũ vnxit, tandē iussit
militē vi magnâ gladiũ in illã partē contorquere, paruit ille

sed [illegible] spem caput Virgini amputavit atq sic Virgo corpus suum modestiae servavit et militis turpitudine elusit. Praeclarum quoq fa:
ctum et eximium exemplum virilis mulieris habet Cromerus in Vita Boleslai Audacis, scribit enim frontibus istius Regis, fuisse Margaretam Nicolai Zembocii Comitis uxorem quae metuens sibi a pudicitiae coniu:
galis labe pateretur, grassante passim impune flagitiosorum et levis:
simorum adolescentum turpitudine propter absentiam Regis et vita dissoluta in partibus Rhutenicis: ideo haec matrona lectissima in turri templi Zembocensis ad templum est prope Presoviam, cum duabus sororibus ad mariti sui adventum latuit, subministrantibus do:
mesticis alimentis, dignum profecto et laude et imitatione factum.

AXIOMATA CAP: IV.

1. Multi duces exercitus plenumq infoeliciter regunt.
2. Prudentis Imperatoris officium a tergo magis quam a fronte prospicere.
3. Fortitudini fortuna quoq adiumento esse solet.
4. Decet viros fortes atq moderatos optima quidem velle sed ferre quae:
cunq accidunt.
5. Mulieres tanto sunt ingenio ut quod ne uti facturus credidisset aliquid faciunt citius, quod fieri ab eis nolles faciunt libentius quod fieri velles omittunt.

CAPUT V.

Duo puncta istius Capitis. In primo adfert rationē propter quam Alex: infensus fuit Atheniensibus. In 2do narrat modū quo ultus est Athenienses.

Quantum ad primum punctum. Vt primū Athenienses certiores facti sunt de excidio vrbis Thebanæ grauiter et acerbè ruinā vrbis nobilissimæ tulerunt, tū propter commercia et affinitates cū Thebanis, tū quia metuebant ne idē quoq illis aliquando accideret quod Thebanis. Ac proinde misericordiâ moti super Thebanos, illis profugis contra mandatū Alex: portas vrbis aperuerunt, fortunis suis eosdē sustentarunt, quo cognito Alex: bellū proclamauit Atheniensibus

Quantū ad secundū punctum. Athenienses perturbati bello tū propter potentiā Alex: et quotidianas victorias, tū propter atrocitatem quam adhibuit aduersus Thebanos, miserunt legatos ad Alexandrum bellū deprecantes, quibus ille tali conditione bellū remisit, si traderent duces sibi et Oratores, quod dū fecerunt Athenienses, Alexander oēs duces Atheniensium pepulit in exilium, qui postea ad Darium Regem se receperunt. Jam verò Oratores retinuit in aulâ suâ.

Morale primū

MORALE I.

Athenienses Thebanum casum molestè et cu summâ commiseratione ferentes profugis Thebanis portas urbis aperuerunt.

Calamitosis similius non compati est crudelis animi argumentum, secundum Cic. pro Murenâ ubi dicit Ego me nefariu existimarem, si amico crudelem, si misero superbu si Consuli defuissem. Est verò misericordia nihil aliud nisi miserendi cor in alterius calamitate. Paro qui sunt propensi ad misericordiâ docet Aristoteles lib 3 Rhetori: Ubi imprimis eos esse dicit propensos qui eadē mala sunt experti. Rationem dat. Quia tales recordantur praeteritas calamitates. 2do oes meticulosos et infirmos dicit esse propensos ad misericordiam, ideo quia du de infirmitate sua cogitant, alia quoq mala timent. Et exinde colligere licet, mulieres ideo esse proclivitores ad fletu et lachrymas, quia sunt meticulosiores. 3tio oes doctos et literatos. Rat: quia ingeniis suis perpendunt fortunâ inconstantiam, et varios casus hominu legunt in variis historiis. 4to oes filios et Ratio est quia intelligunt quod paternus animus faceret, si viderent eorum miseriam, dolore famē et alia mala. 5to Oes clementes et benignos quia tales de poenâ et ultione non cogitant. 6to oes eos qui de rebus futuris sunt anxii. et Rat: est quia timent ne aliquod infortuniu eis contingat.

MORALE II.

Alexander retentis Oratoribus Atheniensium, Duces eorum in exilium egit.

Quamvis multæ virtutes comendant Alex: Magnum, sed et ista non minus qd æstimaret plus viros eloquentia et sapientiâ instructos qm peritissimos et in rebus bellicis versatissimos Duces, exemplo Agamemnonis strenui Græcorũ bellatoris, qui ad Iliũ expugnan: dum, non mille sed decẽ viros, eosq non Achilli fortissimo, sed Ne: stori eloquentissimo similes postulabat, hoc facto tacitè innuens ad res magnas conficiendas, magis esse utile eloquentiã, quam rei militaris peritiã, quantò enim aliqua victoria est remotior à cæde et sanguine, tanto quoq est gloriosior. Ferarũ est enim ista consuetudo atq crudelitas, mutuo se laniatu interficere, sed hões lumine rõnis illustrati, plus linguâ disertâ, qm Siccâ acutâ, plus stylo qm pilo, plus rationibus, qm aggeribus debeant decertare. Cu ergo ver Alexander rebellẽ populũ maluerit superare eloquen: tiâ disertissimorũ Oratorũ, qm armis fortissimorũ bellatorum ideo ob hanc virtutẽ singulari dignus est laude ac præconio.

AXIOMATA CAP: V.

I Contentũ esse suis rebus maximæ certissimæq sunt divitiæ.

2. Si ad naturā viues nunq̄ eris pauper, si ad opinionē nunq̄ eris diues.
3. Multis ad philosophandū obstitere diuitiæ, paupertas expedita est et secura.
4. Renuit Philosophia, fastidiente stomachū, ad simplicē cœnam hilarē inuitat conuiuam.
5. Boni miserendi oportet, qui propter fortunā, non propter culpa in mi: seriis sunt
6. Inhumanū est eloquentiā ad bonum salutē data, ad homi: nū pestē conuertere.

CAPVT VI.

Pars vnica Capitis. Quid scilicet Alexander egerit, rebus compositis, non in otio vel insaniis, non voluptatibusq se tradidit, sed illis rebus quibus regnū suū magis amplificare et exornare potuisset. Traditā itaq Antipatro Græciā, ipse in Asiā pro: fectus fuit, nec infaustè, nā in ipsâ profectione multa prodigia fuerunt comperta, inter quæ erat illud, qd statua seu imago Orphei, mirū in modū sudauerit, quo portento Alexander mirificè fuit recreatus, existimans bonum omen futuræ victoriæ. Itaq dum peruenit in Asiā, primus iaculū coniecit in illa terra, atq cū di: rubio descendit de naui Diis hostias ferens, vt fœlicē darent successū in illo bello, prout re ipsâ dederunt.

MORALE VNICUM.

Alexander Diis hostias cedit, petens ne se Regē illi terræ inuitæ accipiant.

Dignū prædicatione et imitatione exemplū in hōe Ethnico, qd nunquam se contulerit ad regna acquirenda, et rebelles subditos debellādos, quī opē et auxiliū Deorum implorauerit, præsertim cū nec robur militū, nec arma, nec belli neruus pecunia ei defuerit. Sciebat Princeps prudentissimus ipso lumine naturali vanos esse et irritos hūm conatus sine præsidio illorū, qui suo admirabili regimine gubernant ac moderantur vniuersa. Et re verâ benè semper cū illis agitur qui diuinū implorant auxiliū vt verificentur illa verba Liuii, lib 5 dec primæ Oīa prospera eueniunt colentibus Deos, et aduersa oīa spernentibus. Hinc Romani inprimis de illâ re consultare solebant, quæ ad cultū Deorū pertinebat, idē quoties ad bellū proficiscebantur toties supplicationes ad Deos instituebant: quarū erat hæc forma. Inprimis Pontifex iubebat Consulē in bellū proficiscentē sumere togā prætextā, postea velare caput, tandē telū pedibus subiicere, et talia verba dicere, Iane, Iupiter, Mars, Pater quirine, Bellona, Lares, Dii indigetes, Diui quorū est potestas nostrorū hostiū, Dii manis vos precor vereorq veniā peto vt populo Romano vim victoriamq prosperetis. Vide plura apud Liuiū lib 8. decade primâ.

Axiomata Cap: VI.

1 Per prodigia non praesentia modo sed futura etiā declarantur.
2. Fulcrum Imperiorum est, cultus Deorum et veneratio.
3. Principes vi in omni quidē virtute populo praeire debent sed vel maxi=
me in cultu divino.

CAPVT VII.

Duas partes Capitis. In primâ

Ob Morbum sub id Tpus ingrauescentem non finita auscultatio historia: In prim: pru e forma quidem Excusatio: et vere non
... deridiam

IN HISTORIAM TIT. LIVII PATAVINI.

PRAEFATIO.

Non sine causâ gravissimi Autores historiã ut lucẽ veritatis, ita magistrã vitæ cũ Principe Latinorũ Oratorũ Cicerone appellarunt. Cognitio enim historiæ prodest ad doctrinã providentiæ, sapientiæ, iusti:tiæ et ad alias virtutes facili modo assequendas. Si statũ et conditio:nẽ mortaliũ consideraverimus, obnoxii sunt variis mutationibus hões, cognitio historiæ prodest illis ad consolationẽ in rebus adversis, cũ ex notitiâ ipsius sciunt nihil novi sub sole fieri et quod eis accidit, iis quoq accidisse humanitùs perspiciunt. In Historiâ si eruditionẽ quæsiverimus: illa ad cognoscendã temporum seriẽ, ad locorũ et sediũ po:pulorum in orbe terreno designationem prodest: illa monstrat nobis origines, propagationes, migrationes gentiũ, initia, incrementa, vices et occasus imperiorũ præscribit: illa virorũ illustriũ facta, gener

quor

quos imperia aut summa rerum fuere, à quibus res præcipue gestæ aut confectæ sunt: illa deniq prodest ad vitam publicam privatamque instituendam. Ut autem tanto bono et excellenti fruamur historiam Titi Livii Patavini penetralia auspicatissimo successu ingrediemur, ubi et thesaurum eruditionis requiremus, ac gemmas in lacteo fonte eloquentiæ comparabimus, et flores in latissimo campo prudentiæ colligemus. Ergo bonis avibus ut procedamus Numen Divinum nobis faveat.

MODUS PROCEDENDI.

In explicatione Historiæ Livianæ, tantum modo insigniores historias in medium producemus, non negligentes sapientioris antiquitatis cognitionem, et moralia documenta venabimur.

Quo tempore et à quo orsus est suam Historiam Livius?

Felix fuerat illud sæculum cum à tumultibus belli universus orbis pacatus conquiesceret, regnante enim Augusto Octavio regnabant quoque et Musæ et ingenia virorum doctorum, multi Oratores insignes, plurimi Poetæ ingeniosi et Historici celeberrimi vixerunt, quo tempore fuere Mecænates fuere quoq et Marones, nam Imperator Augustus augusta munificentia in viros eruditos et in bonas effundebat.

Quantum autem attinet à quo tempore incipit historiam urbis Romanæ, ea incidit in principium fere Olympiadum hoc est in annum mun:

di 3340 Diluvii 1670 quo tempore Ozias Rex Iudæorum et Zacharias Propheta claruerint, quamquam eodem tempore et Ionam et Esaiam Prophetas Chronologi vixisse tradunt.

OECONOMIA DECADIS Imæ et ARGUMENTUM.

Ex interpretatione Græci vocabuli apparet primam partem historiæ Livianæ esse divisa in decē libros. Decas enim significat decem. In primo libro quid sub Regibus gestum fuerit in urbe Romanâ declaratur. In secundo quid sub Consulibus. In tertio quid sub Duumviris. In reliquis septem libris varia cū variis populis Italiæ bella, quæ suo loco et ordine declarabuntur et explicabuntur.

LIBER PRIMUS.

Argumentum eius.

Hic liber dividitur in sex partes. Quarū prima de Romulo primo Rege et Conditore urbis Romanæ tractat. Reliquæ partes de aliis Regibus Romulo succedentibus.

PARS PRIMA LIB: PRIMI.

Incipit ab illis verbis Facturus operæ pretium, hic est præfatio in qua causas assignat quare velit historiam Romanæ urbis describere. Prima est causa ut se amoveret à conspectu malorū quæ sua ætas vidit. Secunda causa est ut ostenderet quæ vita, qui mores pri:

scorum

regnorum Romanorum fuerint, quomodo et quibus viris suum Imperium propagaverint.
In 2da parte Præfationis Originem Gentis Venetorum describit. Post excidium Troianum quomodo advenerit Æneas in Italiam: et natalitia Romuli et Remi describit.
De Origine Venetorum sic ait Autor. Euganeos ibi habitasse ubi modo sunt Veneti. Post excidium Troianum cum ceteri Proceres Regni illius dierint, solus Æneas cum Antenore eo pervenit: et Antenor quidem pulsis Euganeis Venetos ad sinum Adriaticum collocavit. Æneas vero capta familiaritate cum Rege Aboriginum cuius filiam Laviniam in matrimonium duxit, non sine bello cum Rutulorum Rege suscepto.
deinceps multitudinem in certâ existimatione facti
ad concionẽ vocari iussit, et Meliũ iure caesũ esse pro:

nunciauit: cujus rei mentionē Cic: habet Catilinaria pri:
ma et pro Milone in principio.

2dum MEMBRUM Incipit ab illis verbis. In ho:
rum Magistratu fide ne Colonia Rna etc.

In hoc membro pugna Rnorum aduersus Veientes, Fidena:
tes, Faliscos et Hetruscos describitur qui se Tolumnio La:
erti Veientiū Regi adiunxerant: nobis modū causā extitisse
cognouisse sat erit.

Causa fuit duplex. Prima Legati Rnorum iussu Tolumnii
interfecti: altera remota defectio Fidenatū ad eundem
Tolumniū: Modus ex altera parte diligens praeparatio: ex altera
confusio et dissensio. Rnī namq tanti belli mole reformi:
dantes, Dictatorē creauerunt Mamertiū Aemiliū qui me:
liore ordinem et disciplinā militarē. Dictator quamuis
supremā potestatē se habere nosset: tamen Consulē
et praefectos quoq belli socios habere voluit. Veientes
contra non satis cum Fidenatibus conueniebant, alii namq
statim ad pugnā descendere, alii moras trahere volue:
runt, ob eamq causā Rnis animi accessere et illi signū
pugnā dandi esse: ita in hostē iuerunt ut Veientes in
fugam

fugā se converterent.

Exitus pugnæ. Caedes Tolumnii Vientis qui ab Aulo Cornelio (et Lucio Papirio Crasso) Tribuno militū ut alii videtur Consule (ut Livio) occisus est, et hac sententia nobilitior esse videtur quæ opima spolia quæ Cossus Ioui Feretrio dedicavit. Nulla enim spolia opima dicebantur, nisi quæ Dux interfecto Duce hostiū ceperit.

Cornelio Cosso

3TIUM MEMBRUM. Incipit ab illis verbis: M: Cornelio et Lucio Papirio Crasso Consulibus etc.

In eo Veientes et Fidenates item a Romanis victi describuntur: ea tamen pertinacitate ut nequaquam se ad quietem componere vellent, sed quacunque tunc poterant, terrore in populum Romanum iniciebant. Quam de causâ Dictator M. Æmilius Mamercus creatus est ut formidine illâ populum liberaret. Verum cum negotium foris haberet, nullum Veientibus se moradum mentibus parietes continentibus ad urbanam rei curam animum convertit, atque inter cætera Censoriam imperia quinquennii spatio nimium longa esse ratus, ad unius anni et semestris intervallum redegit, docuitque perpetuos in

repub:

repub. magistratus esse n̄ debere: maximā siquidem eius custodiam esse: si magna imperia diuturna nō essent et temporis modus imponeretur quibus iuris imponi n̄ posset. Quā de causâ à Censoribus Tribu est remotus: id tamen iniuriā magno animo pertulit: causā potius ignominiæ quā ignominiā considerans. Volsci item à Spurio Po: stumio sunt deuicti: in quo bello hoc maximè in Dicta: tore obseruandū est, quod omne quod vel alius Impera: tor prudens et impiger in tali re præciperet ordine ageret, illud exēplū consilii animiq specimen, ut ne dignū vulgaris laudis, quod vero ad propugnanda castra Seruiū, Geganiū Consulem unâ cum delectis Seruilius mirent, qui postquam intentos hostes in euentu periculi alienos nostræ incautos cognouit, neglectis vigiliis stationibusq eos est adortus, et minus penè cepit ca: stra, quā oppugnari hostes satis sciuerint.

PARS TERTIA

Diuiditur in duo membra.

MEMBRUM PRIMUM. Incipit ab illis verbis

Magnis bellis. 8. In eo primu̅ fundamenta belli olim negotiosissimi Carthaginensiu̅ breuiter commemorat, qd videlicet in Sicilia tunc primu̅ anno vrbis conditae 324 Consulibus Quinctio Cincinnato. Caio Julio Mentone traiecerint. Sed re infoeliciter gesta bellu̅ in Sardiniā transtulerunt vt ex Justini historia constat. Postmodu̅ clade et superstitionem in Repub: Rnā itide̅ breuiter percurrit: Vbi hoc potissimu̅ memorabile qd crescente in vrbe superstitione, Aedilibus negotiu̅ datu̅ vt animaduerterent, ne qui nisi Rni Dii, n quo alio modo, quā patrio colerentur. Vnde informato de prohibendis in repub: nouitatibus, quae primâ fronte videntur esse plausibiles, postmodu̅ magnis cladibus Rempub: afficiunt, Tande̅ qd praecipuu̅ 8 bellu̅ Veientiu̅ describitur: in quo Tribunis plebis Rempub: administrantibus: Veientes de Rnis victoriā magnā retulerunt. Dictatore paulo post negotiu̅ belli moderante deuicti sunt, et Fidenatiu̅ vrbs, quod iteru̅ rebellauit direpta. Eloquentiā hic plurimu̅ valuisse constat ex duplicis Orationibus Mamercii Aemilii Dictatoris, quam alterā habuit in vrbe alterā inter pugnādum

Eloquentia valet et in bello.

dum, utraq; populum adversus hostes animando, quos toties victor metiendo ut oportebat: sed potissimum in oppugnatione urbis Fidenarum, quando hostes Amplificationi rostra, cum facibus ardentibus in Romanas acies erumperent, et ordinem Romanum militiae admissi sunt, hoc videns Dictator fumone victi inquit velut agmen apium loco vestro exacti, inermi cedetis hosti, non ferro extinguetis ignes, non faces has ipsas ereptas illos inferetis, agite nominis Romani, ac virtutem patrum memores, vertite hoc incendium in hoste etc. Quâ oratione inflammati milites, terrorem periculumq in hoste con:verterunt, victoriaeq insignibus ornati, triumphantium ritu, in urbe redierunt.

MEMBRUM 2dum. Est in illis verbis Annum insequente, neque foris bello, neque domi seditione insigne etc. In hoc membro primum infert, turbulentas et seditiosas Tribunorum plebis conciones, quibus populum ad Consularis dignitatis participationem stimulabant, in quibus nihil lau:dabilius et memoratu dignius illâ sententia. Eo labo:rem periculumq impendi, unde praemium et honos speretur,

nihil non aggrediuntur homines, si magna conantibus, magna præ:
Sententia mira perpulchra — mia proponantur. Similis huic illa: Nusquam enim neque e:molumentum sine impensâ operâ, neque impensa operâ sine e:molumento esse potest. Reliqua in Oratione plana sunt, et ea fere ad interturbanda comitia consularia, excogi:tata. Sed Tribuni militum captato tempore Consularia ha:buerunt. In quibus creati sunt C. Sempronius, Atratinus, Q. Fabius, Vibulanus: finita seditione domi exortum est bellum foris cum vicinis hostibus Volscis. Ad hoc bel:lum gerendum deputatus erat Ca: Sempronius Consul homo temerarius, qui plus fortunæ quam virtuti confidit. Ita temere (inquit Autor) et negligenter egit, adeo di:sciplinæ Romanæ plus in Volsco exercitu quam in Romano esset. Ergo fortuna ut sæpe alias virtute est secuta: primo conflictu qui incaute inconsulteque à Ca: Sempronio co:missus est, non subsidiis firmata acie, non Equite a:pte locato, male infeliciterque concursum est, postmodum eo tandem res devenit: nisi Sextus Tempanius humeris suis omnem belli tempestatem sustinuisset, ingenti strage

Romanæ

Rna res conversa fuisset. Verum ubi Tempanius hostem pre:
ualere animaduertit, subito conuersus ad milites, nisi haec
inquit armata cohors impetum hostium sustineat, actum est de Im:
perio: sequimini pro vexillo cuspidem meam, ostendite Rnis
Volscisq neq Equites vobis Equitibus, neq pedites pediti:
bus esse pares. His verbis reuocauit a fuga milites. In
progressu deinde belli cum incendium serperet latius, et ab
utraq parte castra deserta essent: solum Tempanius bono
quodam fato Reipub: natus milite continebat. Digressus
inde cum paucis speculatum, cum a saucijs hostium comperisset
castra Volscorum deserta esse: saucios suos conuocat, et in
castra Rnorum penetrat, ubi cum vasta desertaq omnia inue:
nisset, incertum Volscos cognitus error reduxisset, ad ea
saucijs secum ductis, ignarus qua regione petiissent, pro:
ximis itineribus in urbem Romam venit, ubi cum a Tribunis ple:
bis de Consule Sempronio rogaretur: ita respondit. Quan: Responsio arguta
ta prudentia rei bellicae in Caio Sempronio esset, non
militis de Imperatore existimationem esse sed populi
Rni fuisse qui eum comitiis Consulem legeret. Is prius

ciuitate ex illo metu recreauit, et Consule postemo:
du in iudicio unâ cu ceteris militibus iuuit, ne Tribu:
noru im portunitate turbaretur.

VLTIMA PARS LIB 4.ti

Consumitur hæc tota pe in magnis domesticis altercatio:
nibus, Tribuni etenim plebis multitudinê stig animabat
contra patres, variasq inuidiæ causas hinc inde colligebant,
veru hæ contentiones, nulla ex se graue tempestate emi:
serunt, intra modicum ambitu oia sunt composita. Externa
bella leuiora nec tanti momenti ut in illis considerandis
multu tpus absumeretur.

In tota ista parte hæc potissimu sunt memoratu digna.
Primu qd Rni insignem ab Æquis clade acceperint, et
qd inter se Duces Rnorum variis contentionibus, magis
qm contra hostes gladiis praeliarentur. Tres erant Tribuni
quibus negotiu belli mandatu fuit. Sed contentio effecit
ut Seruilius rei bellicæ expertentissimus domi remaneret.
Duo seditiosi missi deuenerent ut alternis diebus impera:
rent: hostes obseruata alterius qui Lucii nomine voca:
batur

batur negligentiâ, signu conflictus dederint, vicerunt, ca:
stris fugere coegerint: donec Q. Ser: Priscus, qui Româ ma:
neve concitus fuit ad Dictaturâ fastigiu provehereteur, bono
suo fato quia victore hoste deuicit. Ostendit etiâ in contem: Sententia
ptu Militiâ dexteritatis virtute inveniri posse. 2dum de
eâde Marci Posthumii Regilensis Tribuni itide militu, qui
à suis militibus, intercedente suâmet perfidiâ lapidibus ob:
rutus est. 2do quide in oppugnatione Volanus oppidi,
prdâ illis ante laboré promisit, excepto deinde oppido capto
tyrannicâ arte fidem mutavit. Hic annus pestilens
et famâ infirmis: hic arcis Capitolinâ ab hostibus occu:
patio, et à Valerio Consule recuperato perveniebatur. Hoc
memoratu dignu stipendiu militibus ex publico é assignatu,
eo tpe cum ante id tpus de suo quisq functus eo munere
esset. Nihil acceptu unqm à plebe tanta lætitiâ tradiq
et Tribuni plebis per illas perpetuas seditiones, nulla esse
lætitiâ caterâ ipsorum iactabant. Pater contra bene ced:
ptu rê perseveranter tueri, conferre ipsi primo facultates
pro aerario publico cæperunt nihilominus. Et quia non:

dû

du erat argentu signatu, et graue quidē plaustris ad æ:
rariu conuehentes, speciosa etiā collatione faciebant.
Senatus summâ fide ex consensu conferebat, Primores
plebis nobiliu amici ex composito conferre incipiunt. Quid
cu et laudari à patribus et à militari ætate conspici vul:
gus miraretur. Repente spreto Tribunitio auxilio conferendi
certamen est ortu

LIBER V.

T. LIVII. PATAVINI HI: STORIA ROMANÆ.

Hac tenus quasi in humiliore in vado morati sumus
minutiora cu finitimis bellis et domesticis Rnonem velita:
tiones consideravimus, nunc à libro quinto, perinde ac in altu
euecti res et varietate insignes et magnitudine belloru
excellentes ad contemplandu venimus. Non em iam hic
cu Æquis aut Crustuminis vnius diei conflictu ægre su:
stinentibus, sed cu populis, decennale obsidione Troia:

nerum instar, pertinaci virtute fere valentibus bella et velita:
tiones habebantur. Quin etiã Galli et Senones gens illa bellicosa
et Rnõ militi plurimum formidabilis, magnitudine animi ela:
ta iniiũ mortalibus iter per Alpes in Italiã transiit et popu:
lũ Rnũm urbemq ipsã maximã clade affecit.
Additur insuper res non minimũ huic operi claritatis, quia in:
cidit in annũ mundi 3690 urbis conditæ 357 quo tpe
apud Persas regnauit Artaxerxes, apud Syracusanos Diony:
sius iunior et Dione pulsus, de quibus apud Plutarchũ sub ˣa Dione
titulis eorundem. Hoc tpe vixisse constat Xenophonte
illũ milite, Historicũ Philosophũ celeberrimũ, per eundem Cyri
Iunioris qui frẽ Artaxerxis erat ab illo perscriptes rerũ.
Diuiditur porro hic liber in tres partes. In primâ parte con:
tentiones domesticæ et bella varia sed præcipue cũ Vejis e:
narrantur. In 2da cũ Faliscis. In tertia cũ Gallis.

PARS PRIMA LIB: QUINTI.

Diuiditur in tria membra.
Primũ procedit ab illis illis verbis. In quo primo refertur Con:
tentio Tribunorũ cũ Appio Claudio: causa altercatiõi præb:
buit obsidio Veiorum diuturna quã quia tunc primũ Romã

audita fuit, idcirco Tribunorum animos vehementer offendit, ut fanaticorum id est furiosorum ritu in concione prosilirent vociferarentur hoc illud esse, quod aera militibus essent constituta nec se fefellisset veneno illitum fere venisse libertatem plebis remota in perpetua et ablegata ab urbe et repub: iuventute, hoc neque Reges, neque Consules, nec ipsius Dictatoris imperium fecit ut perenne militiam facerent. Contra quas accusationes Apius Claudius grauiter et satis prolixe respondit eorum concitando inuidiam Tribunis plebis et ipsorum dicta refutando. Senatorum vero decreta in omnibus approbando et iusta esse afferendo. Has contentiones excepit summa inter partes concordia, eo quod nuncius allatus esset munimenta Romanorum quae ad oppugnationem urbis Veientinae fecerant, incendio Veientium absumpta esse, statim illi quibus Equi publici non erant consilio, inter se habito consilium ineunt facta dicendi potestate, Equis se suis stipendia facturos promittunt. Unde tanta laetitia urbem impleuit, ut beatam urbem Romam et inuictam et aeternam illa concordia foret. omnes fere praedicarent.

2dum MEMBRUM. Incipit ab illis verbis. Insequens

annuis Tribunos militu esse &. In eo Sergius cu Virginio Tribuni militu ob dissensiones infoelicites pugnant, adversus Capenates et Faliscos. Maioribus castris praeerat Virginius minoribus Sergius. Itaq cu impressio facta esset in castra Sergii, et auxiliu ferendu esse vociferarentur. Respondit Virginius Collegā ad se missuru si forte opus fuerit auxilio. Sed arrogantia Virginii aequabat pertinacia Sergii qui ne quā ope ab inimico periisse videretur ab hoste vinci maluit. Hi postmodu ob suas dissensiones denis millibus aeris ob suas graviter damnati st.

3TIUM MEMBRUM. Abillis verbis Prodigia in: terim multa nunciarent &. In eo describitur urbis Veientum à Rnis occupāo, quā n secus atq olim Troia per decen: niu expectabatur. Potens nimiru erat opibus et viris, sed pro Rnorum parte et Camillus dux praestantissimus et fatu praevalebat. Fati ratio ita se habet. Erat lacus in ne: more Albano, qui sine ullis caelestibus aquis ita excrevit ut ripis aggeribusq suis teneri n posset. De quo cu senex quidā Veientu, audiente milite Rno fortissimè dissereret

dissereret nunquam potituros Romanos Veis priusquam ex lacu *Albano emissa fuerit aqua. Hic à Romanis correptus primum in castra postea in Senatum delatus idem affirmauit. Idem postmodum et Apollo Delphicus quamobrem Romani aquâ emissâ Veis potiti sunt, praeda inter Cives diuiserunt relicta decima parte pro Delphico Apolline: sic Veiorum occasus fuit urbis opulentissimae.

PARS 2DA LIB. IIIII.

Incipit ab illis verbis. Inter haec pontificatus Legati à Vejsis venerunt. In ea *primum quidem Contentio inter plebem et patres ne agrorum excitatur, sed eam compescit Camillus religione iniecta voti Apollini Delphico persoluendi. Ex religione obstrauit eam ingratam voluntatem quod priusquam Vejis potirentur decimam partem praedae pollicerentur. Captâ vero urbe praedarentur nihil, itaque numina si propitia habere volunt persoluant, votum quod totius. Intercedit, facile in religionis animis Oratio. Pecunia ex aerario prompta ut aurum pro eâ coemeretur. Cetorum cum auri tanta copia non esset

matronae

*Albano
*primo

T. LIVII PATAVINI HISTORIARUM LIBER OCTAVUS.

Titi Livii Pat: histo: riarū lib: 8.

Pernobile hoc lib: historiā et variâ amœnitate, amœnâq varieta-
te distinctā consideraturi sumus, non ob rem saltim magnarū quæ
in eo passim occurrunt tractatione, verū etiam ob virorū patriâ di-
sciplināq veteris amantiū claritatem.
Adiungitur non minima jucunditatis accessio, quia eius lib: hi-
storia incidit in annū mundi 3785, urbis conditæ 413, iuxta
supput: Auli Gelii, lib: 17 cap: ultimo et Gilberti Genebrardi
lib 2, quo tempus quasi ad æternitatis spectaculū propositū viris
ducibus, ingeniis, disciplinisq magnam sui celebritatem ad posteri-
tatis memoriā transmisit: hoc siquidem tpre vixit ALEXAN-
DER Magnus, Orientis Monarcha potentissimus, qui prius
Rex quam vir, prius triumphator quam militaris ætatis possessor,
Illyriis et Thracibus superatis, victā Græciā, subversis Thebis,
occupatā Asiâ, profligato Dario, Indiâ suæ potestati
subiectâ: trigesimū anno, cum haberet ætatis suæ, Babylone
veneno extinctus est, Ille bellator, ille victor, ille Macedo-
nū gloria, non ab hoste, non á gladio, non inter furibundi Mar-
tis incendia,: sed inter delicias inimicis suis ob luxuriā et

crudelitatem

crudelitatem toxico sublatus est. Dignus si in officio perseverasset, qui oium Regum et Monarcharu saecula aetatesq superasset, ille etenim est qui bonos et literatos viros, magno amore, et benevolentia prosequebatur, ille est qui viginti millia puerorum honestissimis disciplinis erudiri curavit, ille est qui Iliadem Homeri aureâ cistulâ inclusam, nunquam à se removeri permisit, ille est qui univer: si orbis multitudinem sub unius legis potestatem subiicere cu: piens, quos verbis non poterat, armis compellens, oes undiq gentes ad communitatem adigebat, et quasi in cratere commiscens vitas mores nuptias, vestes, rationes coniungere satagebat, ut omnes to: tius orbis machinam pro communi patriâ, castra pro civitate, bonos pro cognatis, malos pro peregrinis agnosceret. Inter Graecum et bar: barum non chlamyde, non peltâ, non candiâ, non acinace, dis: tingueret: sed virtute Graecum, vitiositate barbarum existimaret. Ille denique est qui Jaddum Pontificem Maximum, amictu summi sacerdotis vestitum, Rationale in pectore, nomen DEI in capi: te gestantem honore prevenit, equo delapsus in genua pro: cidit, Maiestatem DEI in personâ Sacerdotis adoravit, eiq 20 boves cum deauratis cornibus in victimam donavit. Quidquid insuper ab ipso Jaddus postulavit, hoc totum munificè magnificèque concessit.

Eo tempore et oculus Philosophorum Arist: floruit: ille ingen

Aristoteles qui cum Alex: Magnus, Herculeâ quâdam audaciâ totum terrarum orbem esset aggressus, nouumque imperium et nouam Monarchiam comparare et acquirere constituisset, eodem impetu excitatus omnia veterum antiquissima monumenta, sibi acquirenda et comparanda putauit: et vt discipulus eius Asiam totumque Orientem, opibus gemmis, auro, argentoque, incredibili in Rege cupiditate, ita ipse Magister eundem antiquissimis doctrinarum monumentis, in explebili in Asiam desiderio spoliandum properauit, ille ferro et flammis hic calamo et libris superauit, Felix discipulus, felicior Magister Alexandri, namque iurisdictio illius pridem extincta est, cuius imperium in animos discentium cessauit vnquam.

Diuiditur hic Liber. In tres partes.
In primâ parte bellum Romanorum aduersus Latinos cum ortus adiunctisque describit. In secundâ minutiora cum diuersis hostibus bella, pestes, veneficia matronarum exemque plura enarrantur. In tertiâ demum bellum aduersus Samnites, itidem cum iis quae vel antecesserunt vel secuta sunt.

PARS 1ma

PARS PRIMA LIB. OCTAVI.

Incipit ab illis verbis. Iam Consules erant Plancius. Ista pars commodius intelligetur si per membra diuidatur, vt enim nec numera:

ta in agmine, nec uniones in cumulo dignosci bene possunt: ita
profecto nec historicae narrationes sine certa distinctione. Quamvis
haec in plura membra dispesci posset, tamen ut compendium pro con-
suetudine nostra teneamus, septenario numero complectemur.

PRIMVM MEMBRVM. Est a primis verbis et continet duo
puncta. Primum habet conflictationem[+] Romanorum contra Privernates
et Volscos, quorum praeliationes tales erant. Primo certamine Romani am-
biguo nihil referri in posterum diem dimicationem parant. Volscis reputan-
tibus quot viros in conflictu amisissent, haud quaquam idem animus ad
periculum fuit, nocte profecti, Antium trepido agmine abierunt, armo-
rum magna vis et inter caetera corpora hostium caesorum in castris inventa
est, (quae) Matri Luae, hoc est, Deae vindictae dare se Consul dixit,
finesque hostium usque ad oram maritimam est depopulatus.

Secundum punctum. Cum Samnitibus foedus initum, eo quod Sa-
mnites saepius Romanorum vires et in rebus bellicis dexteritatem ex-
perti amplius sese resistere posse desperassent. Et primo qui-
dem supplices Consulem adierunt, qui intellecta Senatus volun-
tate de foedere responsum dare iussit. Nec quominus per-
petua cum eis amicitia esset per populum Romanum stetisse, nec con-
tradici, quia quoniam ipsos belli culpa sua contracti poeni-
tuit, amicitia de integro reconciliatur.

SECVNDVM MEMBRVM. Incipit ab illis ver-

bis Foedere

+ conflictum acrem

his Fœdere icto etc &c: cu domu reuertissent, in eo, prædia dispositiones, causas, Latini belli præmissas. Prima causa Si: dicinos dedisse dicit, qui vexati á Samnitibus reiectiq á Rnis ad Latinos se contulebunt, et ia pridē bellū Rnorum moliente concitarunt. Secunda causa primores Latinoru ipsos qui per speciē belli contra Samnites parandi crebra consilia, iudicantes bellū Rnum coquebant, sed potissimu Luciu Anniu Setinu, qui cu multa et contra Rnos domi superbē et in ipso capitolio contumaciter dixisset, tandē furibundus per gradus descendens, lapsus imo impactus est saxo vt sopiretur.

MEMBRUM TERTIUM. Incipit ab illis verbis. Consensit et Senatus bellū consulesq. Ind: hoc consensu, vniuersō, cuius Rnā ad bellū Latinis inferendu inferendu breuiter exponit Autor: deinde somniu qd vtriq Consuli nocte contigit enarrat, spectru videlicet viri maioris augustiorisq, qm pro humano habitū dicentis. Ex alterâ parte Imperatorem, ex alterâ exercitū Diis manibus matriq terrā deberi vtrius exercitus Imperator, intra legiones hostiū se deuouisset, eius populi partisq victoriā fore. Hæc vbi nocturna phantasmata, consules ad inuicem retulerunt, placuit vt alterutr se pro patriā salute deuoueret, cæterū vt ambiguitas eis tolleretur, conferret qui

Consulu̅ facta

Consulum facta implere deberet, ita conuenit ab vtraque parte eo: de Romanus exercitus cepisset, inde se Consul pro populo Romano, Quiritibusque offerret. Conclusione eiusmodi funesta vel funestior exitus est et infelicius Manlii factum subsecutum. Nam cum Titus Manlius edicto graui vetuisset, ne quis iniussu suo, aduersus hostem pugnare auderet, filius ipsius à Geminio Metio Latinio, in singulare certamen euocatus pugnauit. Et quamuis hoste superbiliore se iactante interemisset, tamen quia contra edictum fecit, ne quid in posterum simile inter milites contingeret, securi illum percuti mandauit. Infelix quocunque ferent ea fata minores. Licet enim mihi hanc felicitatem seuero imperiosoque Manlio adscribere, quam olim Virg: lib 6 Aenei: Bruto adscripsit. Potissimum quando in Oratore lib: ad Q. Fratrem gratia debit. Si ferò parentes suos diligunt, quanta nos indulgentia nos in liberos suos esse debemus. Quamobrem multò laudabilius consilium Zaleuci, qui cum legem rogasset, vt quicunque in flagitio libidinoso deprehenderetur, vtrumque oculum amitteret. Et suus filius primus ciuium aduersus eam legem deliquisset, ne quid legibus à se latis derogatum esse videretur, simulque ei ingenita charitas erga liberos effunderetur, alterum sibi, alterum filio oculum leui curauit. Et Agesilaus alioquin seuerus in animaduersionibus esset, desertoresque pugnae grauis

Exemplum de Manlio

De Zaleuco.

rimo pœnæ gravi multare soleret, et media parte barbæ abrasa per publicum incedere, tamen cum milites certo tempore adversus leges deliquissent, pro hac vice leges debere silere asserens pœna illis dimisit ut tanto alacriores sibique propensiores redderet: quanto æquius Titi Manlii hoc tempore leges siluisse debebant, quando filius suus immortale decus familiæ Manlianæ peperit, quamvis enim contra edictum pugnaverit, tamen animadvertendum erat quia Manlius is fuit, quia victor, quia Manlii Imperatoris filius, quia hostem interfecit.

QVARTVM MEMBRVM. Incipit ab illis. Examinati omnes etc. Hæc tam severa animadversio quamvis in stuporem assistentium animos rapuisset, ita ut unde Manliana imperia non in præsenti modo horrenda, verum etiam in posterum tristis exempli vocarentur, tamen ad hoc non mediocriter profuit, ut atrocitate pœnæ obedientiores Duci milites redderentur, quod tum maximè necessarium fuerat, quando adversus Latinos bellum imminebat, qui lingua moribus, armorum genere, institutis ante omnia militaribus, congruebant milites militibus, centuriones centurionibus, tribuni tribunis compares, quæ similitudo effecit ut Romani maiore curam et castra munirent et aciem instruerent. Cuius instruendæ

rnem satis prolixè sed non satis clarè explicat Autor, nisi em inter ordines et vexilla distinctione faciamus, nihil penitus de hoc loco intelligere poterimus, sunt enim ea obscura et quasi Cimeriis tenebris circumsepta.

Ego quantum intelligere potui dupliciter ut ordines itare: Vexilli nomen accipiendum esse puto, sic ut ordo unus sit minor alter maior, minor continebat milites 60 Centuriones 2 Vexillarium unum, quemadmodum expresse ipse Liu: posuit.

Maior ordo constabat ex 3 vexillis, hoc est, qui 9. superioris seationis ordines continebat: praeterea vexillum minus aliud, quod nos Scriptores Labari nomine appellatur. Illud vero maius et de minoribus unum fuit, in uno ordine minori, de maioribus unum continebat 3 ordines. Et sic difficultatem remouendam esse censeo: reliqua descriptio est per se nota et habetur apud Rosinum in libro de re militari.

A descriptione aciei transit ad ipsum conflictum et dicit primo utrisque viribus eodem animorum feruore gesta fuisse, deinde cum in laeuo cornu hastati impetum ferre non possent. Decius in trepidatione mili=

tu vocato ad se Valerio Pontifice seipsum devovit. Pon:
tifex eum togam praetextam sumere iussit, et velato capite ma:
nu super togam tegmenti exerta super telum subiectus, pedibus[t] ad mentum.
stante sic dicere iussit Jane Jupiter, Mars, Pater Qui Nomina Deorum antiquorum.
rine Bellona, Lares Novensiles, Divi Indigetes, Divi
quorum est potestas nostrorum hostiumque Diique Manes vos pre:
cor veneror que veniam peto oroque uti Populo Romano Quiritium
vim victoriamque prosperetis hostesque Populi Romani Quiri: Decius se Diis pro patria devovit.
tium terrore, formidine morteque afficiatis, sicut verbis nun:
cupavi, ita pro repub: Quiritium exercitu, legionibus, auxi:
liis Populi Romani, Quiritium legiones, auxiliaque hostium, mecum
Diis Manibus Tellurique devoveo.
Haec ubi precatus, incinctus cinctu Gabino armatus in equum insi
luit, et se in medios hostes immisit, et quacunque pervexit, lin:
geri eum quasi caelo missa tempestas sequebatur, quod obvios
quosque prosternebat, inde pavor, inde maxima trepidatio, hic vi:
de citato cursu fugientium inde victoriam Romani insigni potiti sunt.
QUINTUM MEMBRUM. Ab illis verbis In conci:
liis Flaminius etc. In eo futilitas Flaminii deridetur
qui ut temeritatem suam magnanimitatis palliolo contegeret, seque

apud

apud imperitã multitudinã virũ bellicosũ venditaret, vtraq acie pari strãde deformata esse in concilio dixit, victoriæ nomen penes tantũ apud Rnos esset, cæterũ pro vicãs fortunã et illos gerere. Funesta duorũ Consulũ euenta, alterũ parricidio filii, alterũ Consulis deuoti cæde trucidatũ oem exercitũ, cæsos hastatos principesq, stragem et ante signa et post signa factã, triarios postea rẽ restituisse. Latinorũ etsi pariter res afflictæ, tamen facilius militẽ colligere Latinos quã Rnos posse, vt pote qui Volscos, Campanos, cæterosq amicos haberent, suo ductu auspicioq facilè Rnos post conflictũ iã securos opprimi posse. Quã rẽ simpliciter turba dementata in bellũ iterãdũ vltro suscipiendũ consensit: infœlix quæ ex alienâ persuasione non ex suâ conscientiâ vires metiebatur. Genus brutũ seruile abiecta mancipia, inglorium pecus, qd semper ex alieno arbitrio pendet, nunquã suo consilio utitur, nõ quod magnorũ virorũ consilia repudianda esse censeã, sed ex alieno nutu dependere pessimã seruitutẽ esse iudicem. Formauit em DEUS hoĩem liberũ, industriũ, sagacem, plenũ mẽtis et consilii, qd prius suo discursu cognitione verũ indagare debet, vbi vero difficultas causæ vires consilii superat, tũ demum ad graues et sapientes viros confugiendũ.

Sextũ membrum

SEXTUM MEMBRU. Ab illis verbis. Anno insigni victoria. De tot ac tā potentibus populis.

SEPTIMUM Incipit ab illis. Anno insequente Lucio Furio Camillo Consulibus, in utroq̄ bono conflictus victoriaq̄ de Latinis Romanorum referuntur. Insuper est consultaō de singulis illorum urbibus et oppidis instituitur, tū quid pœnæ aut veniæ alicui imponendū sit decernere, quæ etiā per se clara sunt.

PARS LIB. 2DA

Pars lib. 2da.

Dividitur hæc pars in 5 membra, sed eorū duo postrema non adeo sunt illustria quemadmodū patebit.

PRIMUM Ab illis verbis Latius Antiates etc. In eo subjectim aliquot memorabiles historiæ percurruntur. Prima de Rostris. Unde Rostra locus ille concionibus in foro destinatus, habet appellaōnem nimirū qa in eo loco suggestū ex rostris navium Latino bello captarū ad memoriā illius victoriæ exstructū fuit. 2da de Minutiā Vestali quæ viva sub terra defossa est, qd admonita de splendidiore cultu n̄ paruerit et sustinuerit in prōpro conditione suā defendante libere:

Tertia

Prodter ex ple:
be primus creator fuit Pi
lo.

Elrietatis causa cu vi:
no sepultis ia cerent fuso:
ner, vrbe ca:
pit Corvinus.

Veneficia et venenat tunc primum inventa.

Responsu magnanimu emeratiu,

berta. 3tia de P. Philone qd ille primus de plebe Prae:
tor creatus fuerit Senatu cu iis summis Magistratibus resi:
stere nequiuisset, minus intendente. 4ta de Auronu, qui se cu
Sidicinis coniunxerat, vrbe a Valerio Corvino capta ebrietas
blandu mortalibus malu, quo multas vrbes Regesq periere
et iis postem nent periculosi: na cum illi conuiuia exercerent,
somnoq ac vino sepulti iacerent tunc Fabius captiuus per muros
elapsus Corvinu ad vrbe occupanda inuitauit.

SECUNDUM. Ab illis verbis Foedus insequens annus.
In eo nefarium 170 matronarum facinus repertum, quod conspi:
ratione facta, multos praeclaros in ciuitate viros, ac ciuitatem ve:
neficiis sustulerunt. Quod illarum cu salubria medicamenta
esse contenderent iussae libere epoto medicamento, suamet
fraude periere, quod ex eo primu Romae audita prodigii loco
fuit.

TERTIUM MEMBRUM. Ab illis verbis Eodem an:
no bellu initu. In eo magnanimitas refertur, Legati Pri:
in Rno Senatu, ut cu victoria ex illis relata
consultatio haberetur, quid cu illis esset faciendu et
Legatus interrogaretur qm poena mereri eos Priver:

nates

nates censeret, eam inquit, quam merentur, qui se liberta-
te dignos censent: cuius feroci responso cum infestiores vide-
ret factos, Consul eos qui ante Privernatium causam impugna-
bant ut ipse benigna interrogatione mitius responsum eliceret
quid si paenam, inquit, remittemus vobis, qualem nos pacem vobis-
cum habituros speremus: Resp: Legatus. Si bonam inquit
dederitis et fidam perpetuam habebitis, si malam, haud
diuturnam. Quare sponsi magnanimitate prudentiores
delectati Privernates civitate donarunt.

QUARTUM. Ab illis verbis Secutus est annus, Nul-
la re domi bellive illustris. In eo Alexandriam urbem in Aegi-
pto celeberrimam iussu Alexandri Magni conditam esse ait, et
Alexandrum Epirotam Regem eiusdem Magni consanguineum
ab exule Lucano interfectum ad fluvium Acherusium.

Alexandria iussu Alexandri Magni condita est.

QUINTUM. Ab illis verbis. Romae deinde Consules iussu
populi etc. In eo Lucanos in amicitiam Romanorum venisse dicit,
quorum tamen amicitia non diuturna fuit.

ULTIMA PARS

Incipit

Incipit ab illis verbis. Eodē anno cū per se ipsū Samnitiū belli
In eo magna tragœdia, inter Q. Fabiū Magistrum Equitem et
Papiriū Dictatore, ob prœliū eo inuito commissū in Samnio
repræsentat, oīa dicta gesta, litigationes, prouocationes: per hypo-
typosin ita ante oculos subiiciens, vt non verbis narrari sed re
ipsa geri totū negotiū esse videatur.
Occasione huius tā inusitatæ contentionis, incerta auspicia de-
disse dicuntur, propter quod deducto exercitu in Samniū. Dictator
facto edicto graui, ne Magister Equitū in absentia sui, quid
quā rei gereret, ipse Romā regressus est. Interim dū Romæ
Dictator moratur Samnites, perinde ac si nemo Rnus in sua ter-
ra esset, in contemptū ludibriumq Magistri Equitū, insolenter
excursiones faciebant, quā temeritatē animaduertens Fabiusq siue
indignitate rei motus qd exercitus Rnus in absentia Dicta-
toris Samnitibus derisui haberetur, siue occasione bene
gerendæ rei inductus, instructā acie conflixit, ea fortuna pu-
gna vt nihil relictū sit qd si affuisset Dictator res melius
geri potuerat, non dux militi, non miles duci defuit: peracto
feliciter certamine confutataq superbia hostium de re prosperè
gesta non ad Dictatore sed ad Senatū dedit. Quod ita
tulit

velit Papirius; vt cedens ceteris, ipse solus disciplinam vacun:
diamq. praestaret. Inde veniens in castra Dictator, inde Romam quo:
que quantum in se fuit laborabat, vt contemptu illum edicti sui vlci:
sceretur, sed in castris milites, in vrbe patres, quominus optatis suis
potiretur obtinuerunt. Postremo deniq. populus precibus interpositis, Fabium
liberauit.

Sub finem libri singulare exemplum religionis Samnitium refert,
qui cum animaduerterent se cladem accepisse, propterea quod ille:
gitime bellum aduersus Romanos mouerent, vniuersas res, quas in a:
gris Romanis ceperant, per feciales reddiderunt.

T. LIVII PATAVINI DECADIS PRIMAE.
LIBER NONUS

Historia huius libri maxime est illustris cum Alexandri Magni e:
pocham pro aetate accipitur, cum varietate rerum magnarum, non admi:
ratione modo, verum etiam imitatione et possessione dignarum, quibus
liber hic non secus atq. hortulus aliquis, pulcherrima florum
amoenitate et amoenissimam pulchritudine resplendet. Hic

diceemur nihil temerè nihil inconsideratè agendū, utriusq po:
puli exemplis. Hic senū consilia magno in pretio et veneratione
esse debere, hinc nihil pro salute patriæ refugiendū, et intolera:
bile esse putandū, exemplo Lentuli et Posthumii.
In hoc libro apparet humanitas Campanorū erga Rnos, in hoc
via pulcherrima a Claudio Apio strata, quæ postmodū eius
nominis cognomento appellata fuit. In hoc quid de Alexdri
Mag: virtute et successu si bellū in Italia promovisset sen:
tiendū.
Dividitur autē hic liber in 3 partes. Prima parte enar:
rat modū progressū exitumq prioris belli Samnitici, et disper:
situr in duo membra. In priore id qd dictū est, hoc est,
modū progressū describit, In posteriore de Alexdro. In 2do
Insplendat Tibicinū Rnorum cōmū intercedente ebrietate re:
stitutione a Tiburtibus: bella praeterea adversus Samnites
Hetruscorumq.

PARS PRIMA LIB. IX.

In duo ut dictū est paulo superius dividitur membra

In primo. Bellum adversus Samnites infeliciter per Ti-
tum Veturium et Spurium Postumium susceptum, insidiis enim Romani
ad furcas Caudinas recepti, nobilissimi ademptis armis, tu-
nicaque superioribus sub iugum missi sunt. Ubi potissimum ex
parte Samnitium duo consideranda. Primo consilium Pontii
Herennii senis. 2do sententias eius filii.

Quantum ad primum. Rogante filio quid cum clauso hoste, un-
dique faciendum censeret, servandum an delendum, censuit ut
quamprimum inviolatos dimittendos: deinde cum ea responsio
ridicula videretur, internecione delendum iudicavit, quod
ubi discordia velut ex ancipiti oraculo, responsa data
sunt plaustro quamprimum adveheri iubetur: advectus roga
tur causa longe dissentientis consilii. Resp: Priore se con-
silio in multas aetates differre bellum, ut amissis exerci-
tibus duobus non facile iterum collectura res Romana foret. Ter-
tium nullum consilium esse. Respondet filius. Quod si inci-
dia teneamur nec deleamur omnino, nec simpliciter dimitta-
mur. Resp: pater. Ista quidem sententia nec amicos
parat nec inimicos tollit.

Quantu ad 2dum. Temeritas insignis Herennii Filii describitur, qui contempta patris sententia Rnos sub iugu missos incolumes dimisit, albos ut ipse postmodu cu 7 millibus militu ignominiosissimè mitteretur.

In 2do Membro. Quod consurgit ab illis verbis. Haud dubio illa ætate qua nulla ferocior virtutu fuit.

Discursu facit de Alexdro Magno qualis na videlicet exitus illius belli futurus esset, si qu Rnis bellandi provinciā suscepisset et potiss iis quibus victoriæ parari solent sircuitibus scilicet Imperatoru, copia militu fortuna) ostendit Alexandru Mag: nequaqu ex Rnis victoriā referre potuisse. Ita si dux duci miles militi fortuna fortunæ compararetur, facile apparebit Rnos istis ducibus multo plus Alex: Magno potuisse.

PARS SECUNDA

Procedit ab illis verbis. Insequenter Consules Mar: Valer: Pub: Decius. Variis rerū gestaru narrationibus velut picturā aliquā multiplici colorū gnre ita ps est distincta

sed tria potissimum eminent. Bellum Hetruscum. Bellum Samniticum et Contentio Tribunorum plebis cum Appio Censore.
Contra bellum Hetruscum quod maximum Romanis illa aetate videbatur, electus Dictator Caius Junius bubulcus, res mira ad bellum longe eius formidolosissimum bubulcum esse deputatum utique ita non ratio modo sed natura ipsa procedere videtur ut rebus magnis maiores, minoribus minores opponantur. Sed nimirum veteres Romani existimabant bellum non splendore nominis sed virtutis adminiculo potissimum temperantiae et innocentiae faeliciter administrari: Levant enim bene exercitus primum esse interitui quem antecedit iniuria, contra quem procedit innocentia eum comitari solere victoria: quia is frugalitatis opinione maxima valuit, idcirco hoc sibi muneris delatum est. Quamquam eius belli gloria non penes Junium sed penes Q. Fabium permansit. Quandoquidem hoc anno quo Junius in Dictatore electus est Hetrusci quieverunt: ita ut in bello nihil memorabile gereretur.
Domi aliquot memoratu digna. Primum de via Appia quam Appius Claudius magno sumptu instaurat, eiusque viae memoria usque ad nostra tempora celebris est

2dum de Familia Pinariorum de qua in sacerdotium Herculis legebantur 30 puberes vnà cum stirpe intra vnius anni spacium extincti sunt, eo quod per seruos sacrificiorum celebritatem peragerent et Apius Ipse qui prior eius rei auctor extitit luminibus orbatus est.

3tium. de Tibicinibus. Qui negata sibi facultate epulandi in + domo Iouis Tibur se receperunt, vbi post modum ita vino grauati, reuecti sunt, vt non prius euigilarent quam in foro Romano ex plaustris deponerentur, vnde concessa facultas vt ciuium quot annis ornati cum cantu per vrbem vagarentur, restitutumque in aede vescendi ius iis qui sacris interessent.

+ aede

In bello Samnitico primo quidem Romanus insidiis conceptis postea viginti millia Samnitium caesa quia Romani intrepidum habuerant Imperatorem, in contentione Appii cum Tribunicia potestate frustra laborauit Sempronius Apius namque Censuram solus contra leges vltra legitimum tempus retinuit cum summa inuidia.

In Hetrusco bello foelici successu Romani pugnauerunt, nam 60 millia Hetruscorum occisa sunt et Fabius cum triumpho in vrbem rediit: sed non ita temere vt Posthumius iter fecit nam syluam transgressurus, non prius se itineri commisit, quam

securitate didicisset

TERTIA PARS LIB. XONI

Infertur ista pars cum illis verbis. In Samnio quoque quia dis= cesserat inde Fabius.

Quatuor potissimum in hac parte consideratu digna occurrunt. Bellum Samniticum. Bellum Aequicum. 3. Divulgatio myste= rium iuris per Flavium. Inde Fabius nomen +magni adeptus. +maximi

Quantum ad primum. Magnum amorem testati sunt erga patriam sua et solum illud in quo primum spiritum hauserunt Samnites, qui toties victi, toties in hostem ierunt, toties exercitu nudati, toties collegerunt: dicat aliquis extrinsecus rem iudicando obstinationem rne carentem. Ego certe et amorem in patriam vehementer probo et animi magnitudinem admiror, nam profecto si tanta difficultate mo= les in pusillanimem aliquem populum incidisset, citra dubium iam ani= mum pugnandi pridem abiecisset, sed quia viri erant quos tanta tempestas obruere conabatur, propterea duobus se quasi muris, amo= re patriae et constantia in resistendo muniendos esse censuerunt, quamobrem non Romanos tantum in vincendo, verum etiam Samnites in resi= stendo considerandos esse censuerim. Resistenter enim videntur sola virtute vim a se et cervicibus suis propulsare, victores beneficio

fortunae

fortunae prospera reportare. Eleganter Cic: pro Marcello Maxima vero parte quasi iure suo fortuna sibi vendicat, et quidquid prospere est gestum, id totum dicit suum.

Jam ad unum belli quod attinet. Primo quidem illi Martium Consulem Romanum obtruncabant, sed ubi alter Consul vociferatione hostium excitatus auxilio venit, ad 30 millia caesi sunt, quis non miretur cum paulo ante 60 millia deleta esse audiverit, tantique ea victoria Romani aestimarunt, ut eius nomine Junius bubulcus aedem salutis Romae extruxerat.

Quantum ad 2dum. Longe dispar ratio civium actionumque in militum Aequorum tumultuariae quae similis sine ducibus cervi, sine imperio ordirebat, et dum alii prodeundum in aciem, alii castra tuenda censeret, inter se quam diu sententiis digladiarentur, donec quasi aversis a proposito mentibus, fuga extra castra ejecisset et quasi exercuisset Romani castris promouendo per vicina quoque bello 40 oppida caesi sunt: en verendum illud quam crudeliter discordia in diversos ridenter populos sæviat.

Quantum ad 3tium. Eodem anno Cn. Flavius Cn. filius scriba patre libertino, tenui fortunâ ortus, caeterum calli:

dus ius civile repositu in penetralibus pontificu ppr con:
tempti evulgavit, fastosq circa foru in albo proposuit, ut q̄do
lege agi liceret, scirent. Cicero in Orone p Murenâ et Epla
prima lib: 6 ad Atticu.

Quanti ad vltimum. Fabius Maximi nomen adeptus est
ppr sublata ex urbe discordia, cui fores aperuerat importuna
Appii Claudii dominandi libido, qui in Censura contiectus
multis patriciis in Senatu mortuis libertinos in eoru loca sur:
rogavit: inde maxima inter ptes dissensio et Fabius collectis
illis et in quatuor tribus distinctis, oem seditionis materia su:
stulit, qd adeò populo Rno gratu fuit, ut Maximi cogno:
mentu in compensatione rei c̄e deferret.

T. LIVII PATAVINI HISTORIA: RVM DECADIS PRIMAE.

LIBER VLTIMVS.

Historia Lib: decimi Incipit ab eo tpe quo Ptolomaeus
Lagi Egiptioru regnu tenuit, hoc est, anno mundi condi:
ti 3791. Vrbis conditae 426 et terminatur ad principiu

Ptolomaei Philadelphi illius rei literariae promotoris ser
ventissimi de quo nobis in fine lib: aliquid dicendum erit.
Quod autem Regulam Epochem ab Egiptiis potissimum accipiam
id me excitavit, quia ante exitum vestrum humanis Alex: Magno
in Graecia nulla certa Monarchiae species fuerat, sed quaevis
Alex: Magni Aulicorum inter se contentiones, nullaque tum erat
apud Graecos tanta, quanta apud Egiptios potestas. Quin
etiam Mercurius ipse Trismegistus Epocham observator di
ligentissimus, qui tum in Egipto floruisse dicitur, iure meo vi:
dicare videor, ut ab Egiptiis nostro Epochem deducatur. De sa:
pientiae eius magnitudine interim verba facere otium non est
sed non obscure docet eius Pimander: hoc est, liber de Deo
conscriptus, quem ille Pimandrum quasi pastorem virorum appel:
lat. Testantur et dies Planetarum nominibus ab eo primum
insigniti cum ante illius aeva nusquam apud scriptores eorum vesti:
gia appareant. Horarum denique ratio quia ille primus apud gen:
tiles observasse dicitur, ut intelligere licet ex Virg: Polydoro
de Invent: rerum lib: imo cap. 12.

Dividitur hic liber in tres partes. In prima parte Damnitiad
Heriscorumque bella refert, alias minutiores narratiunculas

de vmbris, Equis, Gradis, ac etiā contentione inter Apiū Clau:
diū et Pub: Dec: Murem ex parte sacerdotii, vtrū illud com:
municari debeat plebeiis nec ne. In 2da parte de bello He:
truscorū et Samnitū. In tertia de bello Samnitico.

PRIMA PARS LIB. IOMI.

Quamuis in hac parte maximè notabilis esse videatur
contentio de sacerdotiis, siue propter orationem Pub: Decii Muris
siue propter illius Autoris sollicitudinē quam in descriptione eius
contentionis adhibet, tamen contemnenda esse non videntur
quæ in principio de Vmbris et Cleonimo afferuntur contentiones,
Veteŕnim non sunt nouæ quamuis etiamen dicitur à lib: 2 usque ad
hunc locū. At vero illud est paucis audirī quod Vmbronī latrunculi
quidā effossa sibi speluncā et ingentia damna in agris Rus soliti
essent facere, adeò vt Rui nouos contra illos exercitus conscri:
bere non dubitarent et primo quidē incuntes cū signis in eā
speluncā multis vulneribus affecti recessserunt: postea verò de:
prehensis ex vtraque parte faucibus, congestis vndique lignis arı:ˣ
dis incendio latrocinium illud absumpserunt. Tum et illud non
minimū ad eruditionē conducit: vnde more Veneti et Patauini.

habent quotannis solennes ludos in mari agere, nempè in memoriā
victoriæ ex Cleonimo Lacedemonio relatæ qui instructā classe in
regiones Patauinorū Venetorumq populabundus venerat, quo supe:
rato Patauini celebritatē hanc instituerent, quæ ad hæc usq
tempora peruenit.

Quantū ad bella Hetruscorū et Samnitiū. Utriusq
exitus fœlicior Rnis qm hostibus fuit. Et Hetrusci primo ferè:
de Rnos per insidias adoriri moliebantur, sed hi Posthumia:
næ cladis memores, quā ad Furcas Caudinas acceperint, ita cau:
tè se gesserant ut et insidias declinarent et victoriā potiti ẽẽt.

PARS 2DA.

Incipit ab illis verbis. Dū ea in Samnio quicunq dictæ auspi:
cioq gererentur etc. Bellū longè maximū et difficillimū Ro:
manorū cū Samnitibus, Hetruscis, Umbris, Gallis, uno confœdera:
tionis vinculo constrictis enarrat. Nec externus modo terror ani:
mos turbarat, verū internæ etiā contentiones Rnis exercitibus au:
daciā minuebant. Primū inter Apiū et Volumniū Consules
maxima est excitata contentio, qd Volumnius relicto Samnio
in Hetruriā Apio Claudio auxiliū laturus venerat. Indigne
enī ferebat Apius tā exiguā reputationem habere de suā
in rebus bellicis dexteritate. Volumnius contra se non am:

litione sed l(itter)is provocatum venisse ad auxilium rebus desperatis
ferendum. Hoc incendium diu maior Cons: ardet et Volumnius iter
iam in Samnium apparat, milites Appiani undique orantes
circumsistunt, ne Imparo cum collega certamine Rempub: pro:
dat, si quam cladem infelix castris attulerit desertori magis
quam deserto noxam fore, tanta deinde vociferatio militum subse:
cuta est ut bosses arreptis redire in aciem progrederentur, et ea
quidem victoria penes Romanos mansit. Cuius gloria possessio
maiori ex parte ad Volumnium devenit, sive favore militum
qui multo magis Volumnium quam Appium diligebant, sive quod
Volumnius tum in Hetruria tamen ubi erat in Samnio rem
feliciter gessent et captivos eam inde in Samnio detentos ita
liberavit, ut eorum opera Egnatium Ducem Samnitium totius belli
Hetrusci Samnitisque Auctorem acquisiverint: qua de causa
supplicationes eius Nomine decretae fuere. Caeterum ea victoria nec
bello nec dissensionibus attulit finem tantum enim aberat, ut He:
trusci Samnitesque quieverint, ut etiam multo maiore apparatu
bellum instaurarint Romamque maximo terrore impleverint. Cuius
belli magnitudine Romani moti Q. Fabium qui in caeteris Duci:
bus antecedebat, maxime Consulem elegerint, atque hic sibi Pub:

Deciu Collegā dari postulauit. Electi Consules multo grauius inter se certamen excitarunt, q̄m di inter Volumniu et Apiu exarserat. Eo qd multo maiora negotia, maiori cu laude per Fabiu et Deciu gesta sint Romae q̄m per illos superiores. Dedit aut occasione contentionis Hetruriae bellu, cui cu Fabius maximus extra sorte praeficeretur. Decius indignè ferens oēm lapidem mouebat, vt haec à sorte discederetur, hinc altercāo maxima, hinc Fabius dicebat indignu esse q̄m ipse arbore plantasset de illa quempiā alterū fructū legere. Sed aperuisse Ciminia silua. viamq per deuios saltus Rno bello fecisse. Decius contra se habere tantū industriae vt quē Mutū ignem reliquerit in Hetruriā Fabius, nec extinxerit, se illū extinguere posse. Deinde se Collegae praemia honoresq concessurū. Conclusū tamen vnanimiter vt Fabius aduersus Hetruscos extra sorte iret, quanq̄m postea ipse Fabius Auctor in senatu fuit vt Decius sibi Collega ad eius belli mole sustinenda decerneret. Decernetur, datur, approbatur et ipse se parentis exemplū imitatus p patria legionibusq Rnis deuouit. Fabius autē de quatuor potentissimis populis

tandem

gloriosè triumphauit.

VLTIMA PARS LIB. IOMI.

Supersunt etiā nunc Samnitiū bella.

Extrema huius libri parte enarrat historicus bella per a=
liquot Consules aduersus Samnites gesta. Sed longè cele=
berrimū fuisse illud quod Opera Papirii gestū fert, nunquā
enim alio tpre tanto apparatu et copia militū Samnites bel=
lū adornabant: namque per Attiliū Posthumiumque gesta
st. Hoc tamē vel maximè illustre et memorandū habet
quod Samnites castra Romanorum inuadere ausi, quaestoriū cō
fregissent, Quaestoremque ipsū obtruncassent. Sed postmodū n̄
maximo negotio victi sunt et Consulibus materiem triūm=
phandi non magnopere amplā dederunt. Eo verò tpre quo
Papirius exercitū duxit delectū per oēs Samnio habitū no=
uas etiā leges et sacrificiā addenda putarent, ut qui=
cunque militū iniussu Imperatoris ex acie abiisset, eius ca=
put Joui sacratū esset, hoc est, amputatū. Et cū exer=
citus oēs Aquiloniā est indictus ad 40 millia mi=

linu qd Aboni in Samnio fuerat convenerunt. Ibi medio fere castris locus erat consceptus cratibus, pluteis et linteis contectus, ubi ex lib: quodam vetere sacrificia peracta sunt Ovio sacerdote quodam sene Magno natu qui se id sacrum affere dicebat ex vetusta Samnitum religione, quâ quondam eorum maiores eorum fuissent. Cum adimendis Hetruscis, accepissent consiliu. Sacrificio perfecto per viatore imperatores acciri iubebat, nobilissimum quemque genere factisque. Singuli introducebantur: ubi in loco circa ei conspecto ara in medio victimaque circa caesa et circumstantes centuriones, strictis gladiis admovebatur altaribus miles magis ut victima quam ut sacri particeps adigebaturque iure iurando ut quae visa auditaque in eo loco essent nemini revelaret. Deinde iurare cogebatur diro quodam carmine in exsecrationem capitis familiaeque et stirpis nisi isset in proelium quo imperatores duxissent, aut si ipse ab acie fugisset, aut si quem fugientem vidisset, non extemplo occidisset.
Id primo iuratores abnuentes quidam obtruncati sunt circa altaria, iacentes deinde inter stragem documento ceteris fuere, ne abnuerent, hoc praestito iuramento ad 30 selecti

contectus (margin)

millia lectissimi quiq et robustissimi sua operã ad oia discrimina subeunda obtulerunt: quod Rno exercitui nunciata magnã fecerant trepidatiorem militibus. Sed Papirius videns consternatione, multa de vanitate illius apparatus et ostentationis disseruit, non cristas inquiens vulnera facere et perpicta atq aurata scuta transire Rnum pilum, genus telli et candere tunicarum fulgente acie, ubi res ferro geratur cruentari, aurea olim atq argentea Samnitum acie apparente suo oculos, ornaq elius honestiora victori hosti quam ipsis arma fuisse. Fero deinde prelium subsecutum in quo 30 millia et 340 Samnitum cecidere: victores ambo Consules triumphantes in urbe rediere, atq hoc obtinuerant ut illis primis vincere Gradionem palmas in manus darentur, et coronati in spectaculis sederent. Hoc loco dicendum erat aliquid de Ptolomeo Philadelpho qui istis temporibus vixit, propter eius singularem amorem in rem literariam qui libros ex toto orbe in bibliothecam Alexandrinam conquirebat: quemadmodum refert Aulus Gellius lib 6 cap ultimo, imo etiam 70 viros sapientissimos ex Iudaea propositis amplissimis praemiis, sed interpre-

tationem

tationem Sacrorum Bibliorum imitauit, ut refert Josephus in libris Antiquitatum Judaicarum.

Et hoc ad laudem DEI Op: Maximi Impera:
toris omnium Imperatorum augustissimi: Victoris
ferocissimarum gentium Aceli, gloriosissimi: qui
sedet in thronis: dominatur in dominantibus
ut Maiestas referantur. Auditor be:
nevole vale, cum tu prosperita:
te in annos quam plurimos
mos vivere et
fruere.

+ post thronis in verendum est. Vit & quitas

Finis Notarum in Libros Tit: Livii Patavini De:
cadis primae.

Sub Excellentissimo D. D. M. Nicolao Falikowski
Professore Dialectices vigilantissimo.

Anno á partu Virginis Salutifero 1639.
Commutatione Hyemali.

HISTORIARUM TITI LIVII PATAVINI DECADIS SECUNDA

PRAEFATIO.

Memorabiles rerum gestarum Decade tertia Historia conti:
netur, gravia bella et formidolosa Romani populi et Carthagi:
nensium explicantur: nam neque validiores populi opibus, nec viri:
bus potentiores unquam arma contra se sumpserunt, quam cum Romani
cum Carthaginensibus dimicarent. Nos in hac Historia
cum plurima et maximè laudabilia occurrant, eminet eruditio:
nis et Eloquentiae dignitas, et veluti in amoenissimo horto
flosculi purioris dictionis herbescunt, ne varietate obruamur
contenti Historiarum cognitione, antiquitatis gemmas venabimur.

Quo tempore haec gesta sunt quae Decade
tertia descripta sunt.

Anno mundi 3714, Ante CHRistum natu annis 249.
Ab urbe condita, secundu computaonem Flori 535
Dicitur Decas, id est, certa pars operis quæ continet decem
libros.

LIBER PRIMUS

In Italia belli Punici secundi acta narrantur, et Hanniba:
lis Pœnoru Ducis contra fœdus per Iberu amnem transitus
qui annos 9 natus hostem se populo Rno iure iurando obstrin:
xit. Habet hic liber partes decem quælibet autem ps habet sua
Membra.

PARS PRIMA

Ingeniu et indoles Hannibalis describitur, imperandi o:
blata potestas, et quomodo Saguntum cæperit.

MEMBRUM PRIMUM.

+Annibalis Post morte Amilcaris qui erat parens +Hamilcaris. Hasdru:
bal octo annis imperiu Carthaginense rexit, qui plura consi:
lio qm potentia gerens, amicitia Principu eu novis genti:
bus Vnendaute bello aut armis rem Carthaginensem auxit. Hic

Hic occisus est

occisus est à barbaro milite, in cuius locū successit Hannibal annū agens ætatis suæ 26, cui ingeniū nunqm idem ad res diversissimas parendū atq imperandū habilius fuit, cui plurimum audaciæ ad pericula capessenda plurimū optimi consilii, inter ipsa pericula, nullo labore corpus eius fatigari aut enervari frangi poterat, caloris et frigoris patiens, par cibi potionis, naturali desiderio non voluntate modus finitur,: has tamen tantas virtuter æquabat ingentia vitia, inhumana crudelitas, perfidia plus quā Punica, nihil veri, nihil sancti, nullus Dei metus nullū ius iurandū, nulla religio in eo fuit. Hannibal prudens sed et perfidus. calliditas p.

MEMBRUM 2DUM. Incipit ab illis verbis Vere primo in Vaccaeos motum bellum.

Vaccaei populi invictā aciem habebant et æquo campo dimicare credebant: sed Hannibal contra tantā multitudinē exercitus quorū 100 millia fuere stratagemate tali usus est. Castris sub ripam Tagi fluminis positis, cū prima quies silentiūq fuit exercitū suum vado traiicit, valloq ita producto ut hostes locū ad transgrediendū haberent, invadere eos transeuntes statuit Equitibus præcepit, ut cū ingressos aquā viderent, statim Stratagema primū.

adorirentur

adoriventur, Peditum agmen cum 40 Elephantis in ripa disposuit, Vaccaei et Carpetani, multitudine freti, credebant Hannibalem cessisse per metum, putantes id morari victoriam, quod vis obstrictum impediret flumen, clamore sublato, tanquam certi de victoria sine ullius imperio temerarii fluvio consilium non expiscando in amnem prosiliere. Ex utraque parte ex insidiis ab Hannibale circumventi in adverso alveis submersi sunt, quique enatare potuissent ab Elephantis protriti sunt.

Ducis consilium expectandum.

MEMBRUM TERTIUM. Periculum imminebat Saguntinis ex obsidione Hannibalis, miserunt Legatos Romam ad avertendum tantum bellum, introducti in Senatum Romanum statum Saguntinorum exposuerunt. Senatus misit Legatos ad Carthaginenses ut denunciarent Hannibali ne Saguntinos tanquam socios populi Romani infestaret. Talia cum fiunt Romae magna vi Saguntini oppugnabantur, quorum urbs erat florentissima opibus ... maritimis et terrestribus abundantissima et multitudinis incremento, et sanctitate

Mora et consultatio lenta nocet.

disciplinae

disciplinâ qua quidē sociale fidem usq ad perniciē coluerint.

In quâ oppugnatione haud fermè plures Saguntini qm Pœni cadebant ut Hannibal ipse dū muro incautius subit adversus femur tragula graviter ictus ceciderit tanta fuga atq trepidao fuit, ut non multū abesset quin machinas bellicas desererentur. Cessatū est paulisper ab oppugnatione dū vulnus Ducis curabatur. Interim Rnos à Rnis missos nunciatū est, quibus obviā missi ad mare ab Hannibale, qui dicerent, nec tuto eos adituros inter tot tam effrænatarū gentiū arma, nec Hannibali in tanto discrimine rerum operæ esse legationes audire: protinus Legati Carthaginē iverunt, apud quos est responsū bellum ortū à Saguntinis non ab Hannibale esse, populū Rnum injuste facere, si Saguntinos vetustissimæ societati Carthaginensium præponant.

In hoc membro duo memoratu occurrunt. Primum Hannibal cū suis militibus paucorū dierum quietē dedit quorū erat numerus 150 millia. Alterum quidē

Fortiter defendunt se Saguntini

Non consultandū et n̄ (?) [illegible] in discrimine.

Hannibal du: rus. et ferus. | Saguntinus Civis mecis aliis Civibus, noctu transiit ad Hannibalem putans aliquid precibus apud ipsum se moturum posse nihil lachrymas movissent, conditionesq asper

Orator pro ci: more transfu: ga. | quas ab irato victore ferebantur: transfuga factus ex O: ratore apud Hostem mansit. Conditiones autem pacis Han: nibal has dedit ut tradito cum auro et argento egressi cum binis vestimentis ubi habitarent, ubi Poenus iussis: set. Idem Memoratu dignum. Alorcus Quidam

Virtus in hoste et amicitia. | miles Hannibalis qui Saguntinis erat amicus atq ho: spes, tradito telo custodibus, transgressus munimenta ad Praetorem Saguntinorum est deducitur, copiosa et eloquenti Ore has conditiones Saguntinis exposuit. Auditis his conditionibus Saguntini Optimates se:

Fides insignis Saguntinorum in inviolata conser: vanda Romanis. | cessione facta, priusquam responsum daretur, aurum argen: tumq omne ex publico et privato in forum collatum in ignem conicerent, eodemq plerique semetipsos prae: cipitarent. Constanter Saguntini in fide Romano populo semel data permanserunt: quorum memoria nun: quam oblivione delebitur ut Poeta cecinit

At vos Sydereæ quas nulla æquaverit ætas
Ite decus terrarū animæ venerabile vulgus
Elisiū et castas sedes decorate piorum.

SECVNDA PARS LIB:

Incipit ab illis verbis. Sub idē fere tpus. Describitur trepidao in urbe Rna, expedito Legatorū Carthaginē pronunctaoē publicone an privato consilio expugnavenit Hannibal Saguntū. Et quo aīo fuerit Hannibal ubi Rnos trepidantes cognoverat.

MEMBRUM PRIMUM. Ubi Legati Romani redierant Carthagine Saguntinū excidiū nunciavenunt, mox mæror, misericordia, peremptorū sociorū Rnos aīos invasit, et pudor n̄ latis auxilii, ira in Carthaginenses et metus de summa reru eos cæpit, velutī si ia iam hostis ad muros esset, trepidabāt magis quām consulebant. In tantā trepidaone per sortem eligunt Duces et Imperatores contra bellū tam recentissimū et formidolosū. Cornelio Hispaniā committunt

Solliciti post damnū Rni. ut dicitur sero sapiunt Phryges.

In mœrore et trepidaoē, n̄ bene consultaaur.

Duces eligunt prudentes.

Sempronio vixit pellicoris Africa et Siciliam deman:
dant defendendam.

Conscriptio Co: piarum Romanorum. Hoc memoratu dignum est in hoc Membro quod conscri:
ptio fuerit militum prima expeditione contra Hannibalem
peditum Romanorum 20 millia Equites erat 800 Socio:
rum pedites erant 44 millia et Equites 4 millia. Na:
ues 220, 5 remes et celoces 26 ad graue bellum ap:
parauerant.

2dum MEMBRUM. Habet. Legati Romanorum ubi
venerat Carthaginem interrogauerunt Senatores publi:

+ Saguntum cone, consilio *Saguntinum expugnaret necne Hannibal.
Unus ex Carthaginensibus respondit. Vana Roma inquit

Deluduntur legati Romanorum + Saguntum. et maior legatio fuit cum Hannibale tanquam suo consi:
lio Saguntinum oppugnante deportebatur. Legati sicut
eis Roma imperatum erat indicto prius bello Carthagi:
nensibus in Hispanias iuerunt, ut pellicerent Civitates
in sua societatem contra hostem ferocem. A plurimis

Romani ludibrio habentur propter tractas suos Saguntos. non benigne excepti a nonnullis ludibrio habiti. Ut
à Volcianis cum exprobratione in publico responsum est

eis Saguntinos perdidistis nolumus postponere veram amicitiam Carthaginensium. In Galliam convenerunt se Legati Romanorum et sicut a Volcianis exsibilati: ita in Gallia cum fremitu risus sunt eiecti.

non defendebas capiti discrimine alienum.

MEMBRUM TERTIUM. Hannibal ubi cognovit quanta trepidatio fuerit in urbe Roma et Carthagini, quod nil decretum de Sagunto capto se non solum Ducem vocavit: sed etiam Autorem et Antesignanum belli: praedam divisit inter milites ut incitaret eos ad maiora facienda. Discessit Gades vota Herculi persolvit novisque sese obligavit votis si cetera prospera evenissent: et tanquam Dux providus et prudens dum teneret iter esse per Hispaniam Gallias in Italiam peteret, Africam firmavit praesidio, Hispaniam fratri suo Asdrubali tuendam commisit. His peractis ad quietem sese composuit, fama est, visum ab eo iuvenem divina specie qui se a Iove diceret Ducem in Italiam missum monenteque eum audiisse nusquam circumspicientem aut respicientem se sequeretur. Cum sollicito

Milites cum bene et fortiter egerint in acie ditandi et ad maiora faciunda quomodo incitandi.

Cum bene nobis aliquid cesserit Deo gratiis prius persolvendis.

Compositis rebus quiescendum paulisper.

Iuvenum prodigium.

Hannibal agitaret et cura ingenii humani velleret quid
nã id esset quod respicere prohibebatur, ex curiositate tem:
perare oculis nequivisset sibi: tũ vidit post se serpentem mi:
ra magnitudine, cũ ingenti arborũ ac virgultorũ strage ferri
ac post insequi cũ fragore nimbũ. Adveniente die iubet
accersiri Chaldeos coniectores quid ea moles, quidve pro:
digii esset vult scire unanimi consensu responsũ dederunt
vastitatẽ Italiæ futuram, monuerentq eũ Chaldei ne ul:
tra inquireret, et sineret fata in occultis esse. Sed Hanni:
bal hoc prodigio exercitũ suum per Iberũ flumen tradu:
cit 90 millia peditum 12 millia Equitum, nonnullos
præmittit primosque Gallorũ animos ad societatẽ suã do:
nis pertraherent et Alpium transitus specularentur.
Hoc est memorare dignum. Milites Hannibalis ex
Carpentanis cũ cognovissent Hannibalẽ moturũ bellum
contra Romanos timore mortis ex longinquitate itineris insupe:
rabilis Alpiũ transitus sequi eũ noluerunt. Hannibal
cum nec vi eos retinere nec revocare precibus poterat, tali

Sedes ex visio: ne Hannibal.

Nullus pa: tiar labores et miseriam libens.

-rus est consilio. Supra septem millia clonos remisit, quos grauis militia territ.

TERTIA PARS LIB: PRIMI.

Longior haec pars libri est, quia multam historiam tenet. Primo quomodo Hannibal superauit Pyrrhenaeum saltum, Gentes Gallicas partim donis ad se perduxit, partim bello. In transitu Alpium quomodo et ab hostibus et iniquitate locorum oppugnatus fuerit. Describitur etiam in hac parte quomodo Duces conuenerant Scipio Romanus et Hannibal Carthaginensis, clades Romanorum et alia plurima hic exprimuntur quod melius ex membris patebunt.

PRIMUM MEMBRUM. Hannibal ubi superauit Pyrrhenaeum saltum populi Gallici deficiunt a Romanis, quibus hae causas, quia noua Colonia in ea regione deducebam et quia uias hostes quibus Galli inflammati erant contra Romanos. Triumuiri Romani qui in eum locum venerant ad assignandum agrum Colonis, diffisi moenibus Placentiam Mutinam confugerant. Manlius qui in illa Re-

gione Praetor fuerat exercitum suum duxit ad Mutinam
ubi vicatim in insidias pervenerit. Ex quibus emerserat in a:
pertum campum non sine clade suorum. Nam 800 milites
amisit et sex signa sibi adimi passus est. His nemor ubi pri:
mum Romae perlatum est infelix, Punicum Gallico in super
bello accessum: Senatores mandauerunt ut Ca: Attilius
Praetor cum una legione Romanorum et quinque millibus socio:
rum delectu novo a Consule conscriptis auxilium ferret
Manlio.

ZDUM MEMBRUM Hannibalis traiectio per flu:
vium Rodanum describitur et imprimis quomodo Pub. Cor:
nelius Imperator Romanorum ad Rodanum pervenit cum
exercitu proprio et auxiliaribus copiis. Non credebat enim
Hannibalem tam cito Pyrenaeos saltus superasse, ubi
autem cognovit agitare consilia Hannibalem de transitu
Rhodani, dubius et anxius haerebat, quo loco ei occur:
reret, interim Hannibal accolas Rhodani qui illas
sedes tenuerat invitabat donis, ad naves undique contra:

hendas fabricandasq simul. Qui pro alacritate sua exer:
citu naui quamplurimu cupiebant ut leuare possent regio:
nem sua tanta hnium hrigente turba.
Nauibus comparatis ad traiiciendum timebat Hannibal
ne Cornelius Scipio ex aduerso ripam tenens cum exercitu
suo in se impetum faceret: mox tale consilium iniuit.
Hannonem Bomilcari filium cum parte copiarum ad:
uerso flumine ire iter vnius diei iubet, et occultissimè
traiecto amne circumducere agmen suum et si opus fa:
cto sit adoriri à tergo hostem. Mandata exequitur
miles, sine vlla fide, in vtres vestimentis et iniectis con:
iectis flumen tranatauit, a labore fessus quiete vnius
diei reficiebatur postera die illa loca transisse scauit
Hanno, ne opera eius deesset Hannibal dedit signu
ad traiiciendu.
De Elephantibus traducendis per amnem varia a:
nimo consilia agitabat, nonnulli ei suadebant fero:
cissimu unum à rectore suo irritari, qui fugiens per
aquas alii possint sequi nando. Sed hoc non pla:

cuit consilium. Melius inuentu id erat Ratem unã lon:
gam pedes 200 latam 50 a terra in amnem exten:
derent, quam ne secunda aqua raperetur pluribus re:
tinaculis validis parte superiore ripæ religarent ad ui:
tas ponti ut belluæ audacter tanquã per terram pro:
grederentur. Eo tpre Hannibal Equites Numidas 500
in castra Romanorum misit, qui specularentur, quantæ et quo
loco copiæ essent, milites Romanĩ occurrerunt: prœliũ atrox vul:
nera, cædes ex utraq parte fuere.

MEMBRUM TERTIUM. Postquã Hanni:
bal ab ripa Rhodani exercitum mouit, Publ. Cornelius
Consul in quatuor partes diviso agmine, ad castra ho:
stium tendebat, sed ubi aduertit, nullos progressus
se facturum, ad mare et naues rediit, quasi facilius Han:
nibali ab Alpibus descendenti obuiare posset. Fratrem au:
tem suum Scipionem in Hispaniam cũ parte copia:
rum mittit: contra fratrem Hannibalis Asdrubalem
ad tuendos ueteres socios, et ad conciliandos nouos

ipse defensurus Italiam ad Padum Fluvium castra lo:
cavit.
Hannibal ubi venit cum bona pace ad Alpium incolas
et Gallorum tecta informia, impositis in porta pecora iumen:
ta torrida, frigore homines intonsos, incultos, alia et inanima
omnia rigentia, gelu cetera visu quam dictu foediora vidit, et ter:
rore perculsus fuit. Oppugnabatur hoc in loco Hanni:
bal et ab iniquitate locorum et ab hostibus. Equi enim per:
niciem militibus inferebant qui clamoribus dissonis quos re:
percussio nemorum et vallium augebat, territi trepidabant
qui icti et vulnerati magnam stragem et hominum et sarcinarum
faciebant. Stetit parumper Hannibal ac suos continuit, ne
tumultum ad trepidationem adderet de superiori loco descen:
dit et cum impetu suo fudit hostem. Praecedebant post
Elephanti, Hannibal in medio peditum via circumspectans
lente incedebat, ubi ad angustiora loca pervenerunt, ex insi:
diis barbari, et a fronte, et a tergo cominus et eminus
eum petebant, saxa ingentia devolvebant, et sic 9 die

in iugum Alpium per inuia plerag et errores per:
uenit cum suis militibus.

Hic memoratu ē dignum militer cū essent fessi laboribus in vultu tristitiā ostendebant: Hannibal ex eminentiori loco ubi longè lateq prospectus fuerat Italiam illis monstra: bat et intra biduum non modo Italiā sed caput Italiæ Romam in manu sua se habiturū dicebat, militer animati his dictis procedere cœperunt quibus via erat præceps, an: gusta, lubrica, vt neq ubi re sustinere lapsu possent, nec si qui titubassent stare. Peruentū deinde est ad angustiorē rupem ubi substitit miles, causā moræ sciscitabat Han: nibal, inuia rupem ei nunciauerunt. Digressus ad locū videndū cū viā insuperabilē agnouit, collocatis in iugo Alpium castris egerrimè locū purgare cœpit, ne semper iumentaq fatigata perirent, rupem minuebat, ni: ues egerebat, saxa cædebat, arboribus circa immanibus deiectis fossas implebat, et strue lignorū facta lacunas

æquabat, cum vir venti ad excitandū ignem coorta esset demunctar arbores succendebat, ardentiaq saxa in:fuso aceto putrefaciebat, et adeo rarauerat viam vt non modo bres iumenta sed etiā Elephanti facili deduci possent. Vbi deuenerant in inferior colles ad infeniora vallis, iumenta ad pabulū mirenent, rereq triduo com:muniti valo, reficiebant.

MEMBRUM 4TUM. Incipit ab illis rebus De:cimo quinto die Alpibus superatur. Disputationem movet Autor, quantas copias Hannibal duxerit in Italiam cum quidā asserant centū millia Peditū et 20 millia Equitum, nonnulli dicunt quod 36 millia hnum ingentemq numerū Equorum et aliorū iu:mentorū amisisset, millia 20 Peditū et 6 Equitum duxisse explicant. Verisimile tn ē addidisse Gallis et Liguribus 80 millia Peditū, 10 millia Equi:tum in Italiā ducta.

Describitur hic quomodo convenerint Duces Scipio Romanus et Hannibal Carthaginensium. Hannibal in admiratione erat apud Romanos ex excidio Sagunti, Hannibali autem admirationem movebat Scipio, quod tantus vir contra se eligeretur Dux et Imperator à Romanis. Ambo inter se augebant opinionem Hannibal quod insuperabiles montes superaverit Alpium, Scipio vero quod videretur esse in Gallia citius fuisset in Italia [illegible] Hannibali. Scipio ad Ticinum amnem castra locavit, et priusquam milites educeret in aciem exhortatus est quam orationem per otium poteris legere.

MEMBRUM QUINTUM. Accensi animi militum ad certamen erant Romanorum ad Ticinum amnem pontem iungere coeperunt ad defensionem pontis castellum imposuerunt. Romani cum in exstruendo ponte immorarentur Hannibal Maharbalem cum 500 Equitibus ad depopulandos sociorum populi agros misit hac conditione

ut Gallis parcerent sed eorum Principes ad defectionem
sollicitarint. Mox exhortaturus suos milites ad pu:
gnam munera et praemia illis promittens se agros datu:
rum in Italia in Africa in Hispania, ubi quisque vellet
qui pecuniam quam agrum maluisset ei argento se satis:
facturum. Et ut rata forent victimas cedit, a:
gnum laeva manu tenens, silice percutiebat, si fal:
leret Jovem ita se et milites mactaret: quemadmo:
dum ipse agnum mactasset, et secundum precationem caput
pecudis saxo elisit. Tantis praemiis allecti milites
uno animo et una voce poscebant praelium.
Hic memorare dignum: Romanus miles non erat alacer.
ad pugnam terruerunt enim prodigia bello abstinere voluit
Lupus enim obviis spectantibus castra invaserat, discer:
ptis et laniatis obviis ipse intactus evasit, et examen
ἁpud in arbore in praetorio eminente consederat. Reg
fefellit prodigium Scipio enim cum expedito Equitatu

ad speculandā castra profectus est, quantæ copiæ forent, et eius Hannibalem salutē, conspexit ex utraque parte agmen prælio sese expediebant Rni cum ab Equitibus et Pedistribus Hannibalis cæderentur pauor occupauit aios eoru non minus cum Scipio Imperator eoru vulnus accepisset et ni filius suis protectione tegeretur malè actum esset, hic cum postea Hannibalem in Africā vicit et nomen Africani adeptus est.

Sextum MEMBRUM 2dum. Accepta clade Scipio quomodo proxima nocte in silentio colligere vasa iussit, et castra mouit à Ticino, festinauitque ad fluuium Padum ut posset facile copias traducere, ratibus nondum resolutis sine tumultu atque insectatione hostis, et ita cito peruenit Placentiā quā satis sciret Hannibal à Ticino profectum, nonnullos ex Rnor ceperit in Citeriore ripa ratem soluentes.

Quomodo Hannibal tranauerit fluuium Padum insequendo Scipionem non conueniunt Autores, Cælius refert, qd

per nepenora vada Pali cum exercitu traduxisset Elephantibus ad ordinem ad sustinendum impetum fluminis op: in positis, sed vix credibile est, vix enim periti illius amnis id fecissent. Equites enim salvis equis et armis tanta vi flu: minis superare non esse verisimile. Venisse eodem via quod per biduum moratus sit et rates iungebat ad traducen: dum exercitum, ipse quoque legationes Gallorum audiit, paucis post diebus, Hannibal sex millia passuum a placentia castra communivit, et postero die, in conspectu hostium acie directa potestatem pugnae fecit. In castris Romanis Galli qui in auxilium venerant eodem fecerunt, vigilibus trucidatis, et ad Hannibalem profugerunt, quos benignè excepit et muneribus affecit, misitque eos in civitates vici: nas ad solicitandos alios in defectionem. Scipio ad arma cuncta se ex defectione iturus cum perpenderet, quarta vigilia movit exercitum ad Trebiam flumen na:

+ Placentia

duxit. Sed Hannibal misit eo Numidas qui eos turba-
rent et ni auiditate praedae in vacua Romanorum castra di-
uertissent, vorris de manibus illorum dimissus non esset.

MEMBRUM SEPTIMUM. Incipit ab illis verbis
Jam si ambo Consules et quidquid virium Romanis Hannibali
oppositum est.

Aduentus Sempronii alterius Consulis qui terra marique res in
Sicilia praeclare gerrit describitur, in castra Scipionis, simul
et magna dissensio ac discordia Consulum, Unde illorum gaudio
elatus, quod ut feliciter gerrat terra marique certamen in-
ferendum censebat. Alter vulneratus et cunctus reficere
milites et animos confirmare volebat. Nec hanc lectis causa-
ra discordiis Hannibal enim qui inter Padum et Trebiam agrum
Galluere populari iussit, qui auxilia petierunt a Sempronio et
Cornelio, haec gens erat suspecta Scipioni quod infida multa
facinora, Sempronius contra tanquam socios fide Romanis data
defendendos censebat illos populos. Mox equitatum suum

mille Peditum

1000 peditū ad defendendos illorū agros, quos Trebia int:
hi in sparsos incompositosq milites Hannibalis et praeda onu:
ratos invaserunt, ex quo duello cū victoriā redierunt. Sempronius Clades Hanni:balis sed n⁹ admodū magna.
us in castra nea elatus et superbus venit, quod vicerat, à quo
alter Consul victus foret, itaq nec quicquā dissentiente Cor:
nelio parari ad propinquum certamen milites iussit. Hanni:
bal cū cognouisset temerè Consulem acturum, stratagemate
contra eos usus est. Erat locus utrinq clausus ripis, obsitus
palustribus herbis, et quibus inculta ferme vestiuntur, virgul:
tis vepribusq ad tegendos Equites locū latebrosū ipse per:
lustrauit, quem commisit Magoni fratri suo cū exercitu servan:
dū. Sequenti die summo mane Hannibal Numidas obequi:
tare Trebiā flumen iussit, provocando ad praeliū Sempronium
ipsiq insultando. Mox Sempronius sine consilio avidus
certaminis ad locū destinatū eduxit exercitū. Erat tunc
brumae non capto ullo cibo non ope ulla ad arcendum fri:
gus se muniverat, illius miles. Afflabat frigoris acuas

us, vixerat terendorum armorum ei potentia, imo et fame deficiebat. Hannibalis contra exercitus ignibus ante tentoria factis cibo per omnium castra et oleo per artus misso ubi ingrediendum hostium agmen flumen salacer animo corpo: ribus arma cepit. A balearibus vero est bellum fortiter cum pleris integris signis obviti sunt. Insuper velut nube iacu: lorum a balearibus coniecta, ad hoc elephantibus nunquam antea visis et odore insolito territi in fugam longe lateque se verterunt. Unde magna clades Romanis fuit victis

Clades Romana.

Qui Placentiam pervenerunt, et qui flumen deserent a gurgitibus abrumpi sunt, aut inter moras ingrediendi ab hostibus opprimi.

In hoc memoria hoc memoratu dignum tantus terror ex hac clade perlatus est Romam ut crederent infestis signis hoste venturum, nec quicquam spei aut auxilii esse quo portis vim arcerent, cum alter Consulum ad Ticinum victus, alter quoque ex Sicilia evocatus duobus Consulibus, duobus Consula:

nibus exercitibus victis, quorum Duces quas legiones esse e:
ligendas dubitabant. Comitia habuerunt Senatores, in quibus creati
Consules Ca: Flamminius et Caius Servilius.
Sed Hannibal cum exercitu suo non otiabatur, erat prope Placen:
tiam castellum praesidio munitum opere valido et magno. Hanni:
bal eius Castelli oppugnandi spe cum Equitibus et levi armatura
profectus per insidias nocturno tempore adiri voluit, vigilibus cu:
stodes spes fefellit, repente enim tantus clamor exortus est ut Pla:
centiae audiretur. Sempronius sub lucem cum Equitatu adfuit, ubi
proelium Equestre commissum ex quo Hannibal saucius ad sua
castra rediit. Iterum reassumptis viribus collectis copiis oppu:
gnavit Castellum. Postero die deditione facta praesidium in:
tra moenia accipere iussis arma tradere. Cum dicto paruis:
sent, signum repente victor Hannibal cum suis praesidibus Ro:
manis dedit, ut urbs tanquam bello capta diriperetur, ubi ma:
xima clades nullis sine scribentis autoritate memorabilis esse
fuit, omni libidinis crudelitatisque inhumanae superbiae in mise

ior Cruer edidit immanissimus Hannibal exemplum.

VLTIMUM MEMBRUM. Hannibal duxit exercitum suum in Hetruriam, ut ea voluntate posset sibi adiungere populum Ligures, Gallos et alias quasdam gentes. Difficile damnum per Apenninum montem habuit ubi nondum Hyemis superaret feritatem. Frigus intensum affligebat corpora illorum ventus mixtus nubi ferebatur in ventrem eorum: ita ut arma illis

tono omittenda essent: concipebat ingenti sono caelum, et ingentes horrendos fragores micabant ignes ut capti auribus et oculis metu omnes torperent. biduo tanta calamitate in eo loco manentes periere multi homines multa iumenta Elephanti quoque qui ex pugna ad Trebiam habitam superfuerant septem absumpti. Digressus ex Apennino castra movit ad Placentiam. Sequenti die in aciem exercitum instructum deduxit 12 millia peditum et 5 Equitum. Sempronius qui Roma ex comitiis redierat non detrectavit certamen. Primo die non erat commissum pro:

liu posteri die ingentibus animis vario eventu pugnatum est
primo conflictu adeo res Romana erat superior ut non acie vince-
bant solum sed pulsos hostes in castra persequerentur, mox
ipsa castra oppugnabant. Romani ferme hora diei im frustra
oppugnassent, cum nulla spes potiundi esset illa, propter defa-
tigatum militem signum receptui dedere, quo scito Hannibal acce-
pta laxata pugna et recessum a castris emisit ex suis castris
cum Equitibus Romani cladem acceperunt, nam Tribuni militum quinque
socium praefecti tres et decem millia sunt interfecta.

Haec sunt gesta in Italia.

Cornelius Scipio in Hispaniam cum exercitu missus propter
renovandam societatem civitatum quasdam nova instituendas usque
ad Iberum flumen Romanae dicioni fecit, apud quos non modo so-
cietatem conciliavit, sed etiam armorum societatem validasque ali-
quot auxiliorum cohortes conscripsit. Hanno qui ab Hanniba-
le ad tuendam Hispaniam derelictus erat, cis Iberum mora-
batur qui contra Scipionem milites in aciem eduxit, nec ma-
gni certaminis ea dimicatio fuit. 6 millia Hannonis ce-
caesa 2 in servitutem abducta, castra diruta ac expu-

graver. Channo ipse dux à Scipione capitur. Hasdrubal qui ei in auxilium veniebat, ubi accepit rem perditam, amissaque castra, iter ad mare convertit et agros sociorum Romanorum vexabat.

Portentum e[st] sub fine huius libri, Romae circa urbem eadem hieme multa prodigia fuisse. Infans semestris in foro olitorio Io triumphe clamavit. Et bos in foro boario in tertiam contignationem sua sponte conscendit, atque inde tumultu habitatorum territus sese deiecit. Species navium in coelo fulsit, Corvus in aede Junonis devolavit, atque in ipso pulvinario consedit. In Piceno monte lapidibus pluebat. In Gallia lupus vigili militi gladium ex vagina abripuit, et effugit. Ob hec prodigia consulebant libros Sybillinos Romani et novendiale sacrum instituerant, et alia sacrificia erant procurata.

Hoc sciendum. Flaminius Consul cum magistratum iniisset immolabat vitulum qui ex manibus ictus iam securi sese proripuit, et circumstantes cruore cruentaverit, quod in omen magni terroris acceptum erat.

FINIS LIB. PRIMI.

Liber 2dus Decadis Ter tiae Historia Liuiana

LIBER 2. DECADIS 3 T. LIVII PATAVINI HISTO: RIAE.

Celebris historia in hoc libro continetur cum ad eruditionem tum etiam
ad doctrinam. Hannibal quomodo venerit in Hetruriam per periculosas pa:
ludes, ubi privatur oculo. Flaminius Romanorum Consul temerarius
ab eodem victus ad Trasimenum lacum, mater in urbe Roma quae duos filios
ex illa clade salvos recepissent mortuae sunt. Et aliam pulcherrima
eruditio in hoc libro tractatur.

Dividitur hic liber in quatuor partes quaelibet autem partes tria mem
bra habet.

PARS PRIMA.

MEMBRUM PRIMUM. In prima parte huius
libri describitur quomodo Hannibal fuerit invisus Gallis ex eo quod
suam terram viderent nemi belli sequentibus, proterea hiberna mo:
vit unde novis Consulibus Ca: Flaminio non mediocrem metum incussit
ceterum prodigia multo quae in Sicilia et in Sardinia evenerant.
In Sicilia militibus aliquot spicula arserunt. In Sardinia autem
cum equites circuiret vigilias in manu arsit scipio, dixo multis

ceti fulmine ceciderunt, pugnā Sol cū Luna in cælo exer-
cere visus ē, in agro Atri cū messores meterent cruentā arristā in cor-
bē inueberant: et plurima alia prodigia quæ religiose curata sunt, lo-
gius celebantur. supplicationes biduo fiebant, Decemviri moniti ex
libris Sybillinis tale decretū ediderunt ut Ioui fulmen quadra-
ginta pondo aureū fieret, Iunoni Minervæ ex argento darentur
dona, Matronæ collata pecunia quantū cuiq commodū esset
donū Iunoni Reginæ in Auentinum ferrent. Sic Consules urbe
Roma placando Deos morabantur. Hannibal per paludes in He-
truriā tanquā per viā propiorē petebat, ubi exercitus eū seque-
batur. Galli maximo tædio premebantur, quod per quatriduū
et tres noctes vigilias toleraverant, quod eos maxime conficiebat
nec tantæ voragines aquarū profundæ. Ipse Hannibal elephanto
insidens qui unus superfuerat, vehebatur, vigiliis nocturnis et
humore palustri gravante caput, quia nec locus nec tempus erat me-
dendi uno oculo privatus erat. Tandē ex paludibus cū eva-
sisset multis iumentis et mulis amissis in loco ubi primū potuit
castra locavit, præmissis exploratoribus ubi Consul cū exercitu
foret. SECUNDUM MEMBRUM. Seneriens

decipitur Flaminii Consulis, qui non tantum legum et patrum auto:
ritate movebatur sed nec Deorum timore cum ei consilium darent salutare
potius quam speciosum non esse committendum proelium cum Hannibale sed ex
pectandum alterum Consulem ut coniunctis exercitibus communi animo et con:
silio rem gererent. Contempsit hoc consilium et pro se omnia agere coepit.
Mox signum tolli et pugnam proponi iussit. Verum increpantem ipse cum in equum
insiliisset, equus repente corruit, Consulemque lapsum super caput effudit. Nun:
ciatur ei signum et vi moliente signifero convelli nequire, Conversus
ad nuncium num literas inquit a Senatu affers quae me rem gerere vetent
abi nuncia, signum effodiant, si ad convellendum manus prae metu ob:
torpuerint. Miles cum procedebat ad pugnam magis terrentibus prodigiis quam
animatus robur et fortitudine sui Imperatoris.

MEMBRUM. Hannibal stratagema struit contra Flaminium

erat lacus Trasimenus ubi via erat perangusta velut de industria ad
interim Romanorum spatium selectum. Ex altera parte campus ex altera colles
assurgebant in aperto locavit castra Hannibal in quibus cum Afris et
Hispanis considebat, alios autem milites in insidiis post montes Vtrimque
instruit. Equites in ipsis faucibus saltus, quos tumuli apte tegebant
locavit. Flaminius cum ubi ad eadem loca pridie solis occasu pervenit q
temeritate sua non expectata tota die agmen ducere coepit in paten:
tiorem campum quidem adverso erat. Aspexit hostes a tergo nihil

spectam sed insidias patefactas sentit. Atrox prœlium fuit in quo adhortabatur Flaminius in tanto periculo non votis et imploratione Deo:rum sed vi et virtute evadendum esse. Sed miles eius prae strepitu ac tumultu, nec consilium nec imperium audire poterat, ut nebula maximam caliginem maiorem aurium quam oculorum haberet. Tam angusto loco pugnandum erat pariter tribus horis, sub quo tempore motus terrae fuit quem prae fervore animorum intenti milites ad pugnam non senserunt. Mul:tas urbes Italiae prostravit et avertit cursu rapido amnes, movebant montes ingenti lapsu. Flaminius Imperator Romanus in ipsa transfixus est in hoc bello. Obitu eius Imperatoris milites Romani in fugam se verte:runt quorum nonnulli deficientibus animis absorbebantur gurgitibus, er:rantes et vagantes ab hostium Equitibus trucidabantur. Caesa sunt Roma:norum quindecim in acie, 10 millia sparsa fuga per omnem He:truriam. In Hannibalis exercitu desiderabantur 1000 et 500 ex vulneribus autem multi perierunt.

Atrox et immanis Romanorum clades.

Ipse Imperator Romanus occubuit.

Clades Romanorum, seu numerus caesorum.

Hic memoratu dignum, quod ostendit humanum Hannibalem, qui captivi erant nominis Latini eos sine pretio dimisit, Romanos autem in vincula coniecit, corpora coacervavit, et suorum et hostium sepeliri iussit, Flaminii corpus cum diligentia quaesitum non invenit.

Humanitas Hannibalis.

4TUM MEMBRUM. Magnus terror in

urbe Rna ex clade suorum exortus erat, referebant enim quaedam: tiber quidem regna euasserunt Consule cum magna parte copiarum caesum esse, superesse paucos plurimos per Venusiam spatior fuga ab hoste ena relictos capros.

Hic obseruandum est diligenter cum Matronis quam ad portas maior multitudo fiat quae virorum exspectarent aduentum, vel maritum vel filiorum suorum, expectarent a praedeuntibus, qd certa una il: lam in porta sospite filio repente oblato in conspectum eius exanima: uit. Altera quam cum accepisset falso filium esse mortuum moesta sedens domi ad primum conspectum redeuntis filii gaudio nimio exanimata est. In tanta trepidatione Rni consternati Se: natus per aliquot dies consultabant cum praetoribus, quomodo obuiandum esset tantis periculis quorum Duce aut quibus copiis resistendum esset victori Hannibali.

SECUNDA PARS LIB.

2da pr libri

Rni destituti auxiliis boni ad Deorum tutelam confu: giunt vota persoluunt, cum enim sciebant quomodo Quin: Fa: bius Hannibalem cunctando vicerit et quid perculerit a Ma: gistro suo Equitum, sed hoc melius ex mensuris diuisis par

tehent.

MEMBRUM PRIMUM. Dictatorē Rm̄ n̄ poterant eligi

tere per absentiā Cosu: à quo uno dici videbatur nec poterat nuncium haberi aut literis
Et mitti ob occupatā Italiā Punicis armis, inde creari Dictator
non poterat quod unquā apud Rnōs ante hanc diē factū e:
rat. Cū autē in summo discrimine periclitaretur urbs Rna,
populus Pro Dictatorē creavit, Quintū Fabiū Maximū,
et Magistrū Equitū Marcū Minutiū Rufū quem
muneribat curā firmare mœnia urbis, turres, corrobare prae:
sidia disponere, quā loca apta ad id viderentur, pontes re:
scindere fluminū pro urbe dimicare siquidē Italiā nulli
defendere n̄ possent. Q. Fabius Prodictator quo die magistratū
iniuit vocato Senatu exorsus et docuit patres plura negligentia
caeremoniarū auspiciorumq quā temeritate et inscitia peccatū à Caio
Flaminio Consule eē, hac Orne pervicit quod Sibylli libros Sybil:
linos adire iuberentur, ex quibus didicerunt quod eius belli causa
votū Marti foret non rite factum de integro atq amplius faciun:
dumq: Deinde in ludos Magnos Veneri Erycinā vovendam esse aedes.

MEMBRUM 2DUM.

Rebus dicitur peractis consilium iniuit cum Senatoribus Fabius quo pacto et quibus militibus victori hosti obviam iturus esset.

Sancitum est ab eis ut a C. Servilio Consule reciperet exercitum, praeterea eligeret ex Civibus sociisque quantum ipsi videretur. Duas legiones ad Servilianum exercitum adiungere sibi placere dixit, quibus Tiburi ad conveniendum per literas edixit, ipse vero Flaminia via discessit. Cumque ei obviam cum exercitu Consul veniret, misit nuncium ut sine lictoribus tanquam maioris auctoritatis Dictatorem adiret. Cui paruit Consul et speciem Dictaturae iam prope oblitam eius imperii est admiratus. Posuit circa castra Fabius. Atque in conspectu hostium Hannibal sine mora provocabat ad duellum, eduxit in aciem milites, sed ubi pacata quietaque omnia advertit in castris Romanis, non tumultuari eos non clamores excitari nullam de Fabio concepit existimationem, et non tam eius potentiam et robur timebat quam prudentiam.

Varia arte conabatur Hannibal cum Fabio congredi, iam movebat exercitum castra, iam populabatur omnes agros, iam citato gradu abibat, modo in insidiis certa occultabat ut posset aliquo modo ad planiciem deducere et pugnam inire. Fabius cunctabatur, per loca alta agmen ducebat, et quidem modico intervallo ab hoste, ut neque amitteret exercitum neque cum hoste congrederetur.

Prudentia vera Hannibalis seu potius astutia.

Fabii quoque prudentia seu cunctatio.

MEMBRUM 3TIUM.

Insolentia Magistri Equitum Minutii describitur qui Fabium primo inter

Nequā Minutius. — paucor mox in publico no cunctatione segnem, no cauto timidū, Epis aivrectibus annexa ēē vitia affirmabat. Hannibal variis artibus provocabat ad pugnā Fabiū, videns incendebat ut tanta indignicate et calamitate bellū semi inset. Praeterea per Capanos Equites quos in captivitate habebat ex clade ad Trasimenū lacū domos affecit et liberos dimisit ut conciliarent suos viciniis dum in Capaniā exercitū admoveret. Hac cunctão Fabii q modo in castris breui erā in urbe Rōa infamis erat, milites oēs Minutiū ex audacia eius Fabio praeferebāt.

Assensus Hannibalis.

Constantia et prudentia Fabii. — Fabius prudens non minus in hostes quā in suos intentus invictū animū praestabat. Hannibal desperatus spe appetiti certaminis ad Sylbeosna milites deduxit in illā regionē quā erat prudentis comitis non perperā, ad amaenitatē potius illa regio erat quā ad victū habis.

TERTIA PARS LIB:

Varia habet hac pars inprimis Dictatoris Rōni consiliū explicat de intercludendo Hannibale. Quomodo fuerit revocatus Romā Fabius sacrorū causa. Sed hac intelligentur melius ex membris.

MEMBRUM PRIMUM.

Hannibal cū movisset exercitū suū ad Hyberna Fabius misit exploratores
Equites 400 cū Duce Hostilio Marciano: Hic cū vidisset Numidas ex par:
te Hannibalis per campos oberrare frenet audaciā multos cecidit, et pugnā inchoat Numidæ Hannibalis multi cæsi.
præceptorū á Fabio sibi commissorū erat oblitus. Sed luit suā inobedientiā et ter
meritas pœnas, nā cū celeris Equitibus hostiū multi accisi resistere ñ posset Male cessit inobedientia et temeritas Marciano.
nec spem effugiendi haberet occisus est. ex militibus qui superaverant ex pugnā
ad Dictatorē refugerunt. Eo opere Magister Equitū suas copias [illegible]
Fabii et aliis intercluderent Hannibali ne exire posset in agro Ro:
manū. Pugna fuit lenta ex Dictatoris voluntate ñ autem Hannibalis fu:
rore. Ex R[omanis] ceciderunt 200 ex Pœnis 800. Cū esset interclusus Clades Hannibalis.
Hannibal obsidione á Dictatore inter saxa Formiana et Lyaterni arenas.
Cū nullā viā fere elapsū speraret ex tā magnis angustiis: Comentus
ē ludibriū oculorū specie terribile ad frustrandū hostem. Principio Astutia et Fraus Hannibalis admiranda.
noctis furtim succedere ad montes constituit. Fallacis consilii talis ap:
paratio fuit. Faces ex aridis undiq; ex agris collegit fascesq; vir:
garū et arida sarmenta præligari cornibus boū iussit: quos domitos in
domitosq; multos inter ceterā prædā agebat ad duo millia fermè boū
effecit. Quod negotiū commisit Hasdrubali ut primis tenebris no:
ctis illud armentū accensis fidibus ad cornua alligatis ageret, maxime

autem

Timor Romanorum.

autem inter agros à Romanis occupatos. Mandata e[st] exequitur Hasdrubal, agebatque boves arte signa, ubi autem pervenerant ad radices montium et ipsas angustias signum dato erat ut accenderentur cornua. Mox metus ex relucente flamma in Romanos venit, et ubi calor ad ima cornuum penetraret, boves veluti stimulati furore discurrebant ut montes et sylvas accensas et omnia plane ardere viderentur. Romani qui ad intercludendum iter Hannibali erant collocati in fugam sese conciliarent. Et sic Hannibal obsidione effugit agmen suum secure traduxit multis Romanis oppressis.

Fuga Romanorum.

Clades Romanorum.

Luce ipsâ conflictus datus Hannibalis miles cum esset agilior et levior inter saxa superior cum velocitate corporis tum armorum habitu campestrem hostem gravem armis facile eluit. Hannibalis incolumes fere omnes, contra autem Romani multis amissis in castra se contulere. Hannibal omnia ferro et igne populabatur: Fabius autem inter medios hostes et ignes in urbem Romanam discedebat, nec abstinens nec congrediens cum hoste.

MEMBRUM 2dum.

Revocatur Fabius ~~in urbem~~ Romam sacrorum causa sed ut multis Imperator primo castra munivit in Larinati agro potius et imperio et consilio innixus et felicius egit cum Minucio Magistro Equitum ut pugnâ abstineret sese.

Sed accidit

Sed, accidit aliter post discessum eius immemor enim manda-
torum Minutius sortitus manum adoriebatur frumentatores ab Han- Clades Poenorum.
nibale missos et errantes per agros cum multa caede in castra
coniiciebat. Haec scribuntur ab Auctore quae gesta sunt
in Italia.

Quid Scipio gesserint in Hispania incipit describere. Romani
enim Duce Scipione, praeclara gesserunt in Hispania: nam in mari
et in terra, urbe Honosca vi ceperunt, captam diripuerunt, Car-
thaginem inde iter suum averterunt, tecta quae omnia agros depopulati
tecta coniuncta muro portasque incenderunt. Celtiberi Princi-
pes qui in foedus Romanorum venerant, datis illis obsidibus, arma ce-
perunt et Carthaginem urbem opulentissimam expugnare conati
sunt: tria oppida vi acceperunt et strenue cum Hasdrubale
pugnantes 15 millia Poenorum ceciderunt 4 millia Clades Poenorum non parva.
cum plurimis signis ceperunt.

MEMBRUM TERTIUM. Dum Carthagi-
nenses occupantur Celtiberico bello duo Scipiones consi-
lium ineunt de liberandis obsidibus qui tenebantur Sa:

iungi id em̄ unū piguer, inclinatos ad Rnam societatē
Sorum Hispaniæ populorū morabatur animos, ne sanguine libe:
rorū suorū culpa defectionis luerent. Consilio et sollertia
Cedicis oēs Hispaniæ obsides liberati re

Hic em̄ Hispanus fidus ante Poenis sed postea cū fortuna
mutauit fidem, vt ea plerum solet ingenia barbarorū facere
re coli nulla res illi facilius putauit fauorē Rnorum nisi perra:
ditione obsidū et amicitiā illorū re conciliaturū hoc facto ratus
Cū sua ope id efficere non posset. Bostarē Carthaginiensē mi:
litū aggressus et Orōne sua persuasit vt traderet Saguntū
et obsides Rnis. Acquieuit persuasioni clanculū noctu
ad Stationes Rnas discessit qui adducitur ad Scipionē quod
constituerat exponit. Ab eo acceptā datāq ac loco et tpre
constituto de tradendis obsidibus Saguntū redijt. Sequen:
ti nocte iuxta pactionē obsides Scipioni reddidit. Hispa:
ni vbi hoc cognouerunt, ingenti consensu oēs ad defectio:
nē à Poenis aspirabant, et ni hyems impediret arma contra
Poenos vertissent.

QUARTA PARS LIB: HUIUS.

Haec in Hispania quoque ista a fratre bella gesta quae ps in qua:
tuor membra secavit.

MEMBRUM PRIMUM. Fabii solers cunctatio quod nullam par:
te anni nullam cladem acceperit Italia explicat. Bellum enim
illud ratione non fortuna gerebatur quod felicitatem reddebat. Han:
nibalem variis technis et dolo usus est perfidus augere dictatori
invidiam quia cum in profugis monstratus esset ager dictato:
ris omnia cum in cinerem vertit et solo aequavit ab hoc ferrum ignemque
abstinuit ut occulti alicuius pacti merces vel cum dignamen vi:
deri posset. Altera causa erat invidiae augendae quod sine au:
toritate Senatus absque consilio pactum permutare captivorum au:
sus fuerit hac re ut quod ps plures recepisset ex et argenti
bini et selibras in milites pro praestaret facta hac commutatione
in capita reliqui Romanorum apud Hannibalem 240 fuerunt
argentum pro his debitum negavit Senatus mittere. Insuper
castigavit Fabium quod non recte neque ordine cives qui igna:
via sua hosti praedam fuerunt liberaret et ne publicam fi:
dem impendio privato exsolvit, filii agrum vendidit [illegible].

nū ab Hannibale.

Hannibal eo tempore stativa habuit ad mœnia Gerionis, ubi pau=
ca tecta reliquerat ex incendio, ex quo loco duas partes exercitus
frumentatum misit, tertiam in castris tenuit. Minutius Magis=
ter Equitum absente Dictatore immemor prioris mandatorum
ex alto monte castra movit in planum ut posset errantes frumen=
tatores levi armatura opprimere. Lætatus Hannibal mu=
tatam esse belli rationem ferocius quam consultius hostes rem admi=
nistrare propius castra movit. Non conveniunt hac in parte Auto=
res. Scribunt quidam collatis signis dimicatum esse, asserunt enim
Romanorum primis impetum stetisse et fusum esse usque ad castra.
Item inopinabile factum versum terrore in Romanos. Cum socii
Romanorum advenissent Numerii Decimi Samnites bellum
restaurarent ubi sex millia Pœnorum quinque Romanorum cæsa
sunt. Hannibal timens insidias Galli in castra suos rece=
pit. Perlatum est literis Romam vanissima fama victo=
riæ de quibus rebus sæpe actum est in concionibus et in Se=
natu cum omnes inde populi lætarentur cum Senatoribus solus

Dictator nec famā nec l[itte]ris credidit, dicens etsi vera oīa essent
secunda se magis quā adversa timere. Cū hæc dixisset Mar:
Metellus Tribunus plebis Minuciū extollere cœpit, Fabiū ap:
pellare non iā mollē et timidū sed proditorē patriæ. Fabius
autē minabatur se ex Mgro Equitū rationē accepturū. Metel:
lus autē quantū potuit obsecrabat populū ne paterent Di:
ctatori Minutiū ut qui in filium Manlius Torquatus exem:
plū ediderat qui victorē et laurea insignē securi percussit
perpetrari in Minutiū. Huius generis Oratione habita fu:
bet consul creatus est Mar: Attilius Regulus ne presens
Dictator de iure imperii dimicaret, pridie quā rogationes fer:
endæ dies adesset nocte ad exercitū abiit, luce orta concio
fuit plebis quom āios invidia tacita Dictatoris favorq
Mgri Equitū versabat. Unus erat repertus suasor legis
Cn: Terentius Varo ex sordido genere ortus natus, cuius
patrē lanium fuisse ferunt ipsū autē mercis institorem
Cū primo pro sordidis hominibus Causas adversus famā bonorū
proclamaret pervenit ad honores, Questurā, præturam
Aedilitatē tū ad Consulares attolleret spes animum

callidissimus aura favorabilis populi ex Dictatoriâ invi:
dia periit. Fabius non permisit abrogare Dictaturã sed æqua:
rius Dictatoris et Mgri Equitũ ius fet sic invicto à Civibus
hostibusq animo in exercitu sedens fuit. Minutius ex æqua:
tione imperii ut antea intollerabilis erat insolentior factus ẽ
secundis rebus et favore vulgi dividit de eo copias. Primã
et quartã legione accepit Dictator: secundã et tertiã posse:
it Minutius. Socioru pridie pari numero inter se secat
partici.

MEMBRUM TERTIUM. In hoc membro elatio
mentis describitur Minutii qui se iactare cœpit inicio in
terfugiunt contagionẽ, Computus Ecclesiasticus procul dubio ex:
tra oẽm invidiæ detractionis aleã positus esse censebitur: qui in:
ter ut primatũ obtineat suæ dignitate et excellentia nãq promeruit.
Quod enim inter metalla aurũ, inter lapides pretiosiores ada:
mas, inter sydera Phœbus, inter partes humani corporis oculus
hoc inter mathematicas speculationes computus Ecclesia:

sticus iudicari et haberi debet. Huius longiores laudes enu:
merare nec volo nec debeo, et ipsa DEO Duce aggredior, sed bre:
viter praemissis quae ad facultatem eius pertinent cognitionem. Et
primo quidem de Inscriptione 2. de Causis. 3. de definitione
seu divisione. 4. de dispositione agemus.

INSCRIPTIO LIBRI.

Duplici titulo insignitur hic liber. Primo Computus Eccle:
siasticus, qui non ideo dicitur Computus quod artem computandi in se
contineat, hoc enim proprium Arithmetices est: sed quia scientia haec
non possit aliter cognosci nisi per computationem horarum, dierum,
mensium, annorum, etc. 2do dicitur Kalendarium Gregorianum a Gre:
gorio 13 Summo Pontifice qui illud reformavit et correxit, inde
ab eo etiam vocatur annus Correctionis videlicet 1582 quo in:
clarissima haec correctio extitit.

DE CAUSIS.

Quandoquidem omnis cognitio nostra pendet a cognitione Causarum,
certe rem tunc nos scire dicimus cum causas eius non ignoramus docente Philo:
sopho: Unde non alienum videtur a proposito quatuor Computi
Causas adinvenire et imprimis Materialem ex qua scilicet

quoq scientiā cognoscitur iuxta illud axioma. Nobilitas sub: iecti arguit nobilitatē scientiā. Itaq Caā materialis seu obiectū huius scientiā ē opus in quantū scilicet causatur ex motu duorum luminarium Solis scilicet Lunā.

Obiicies. Passiones Entis natur pertinent ad considerationē Phisicā. Sed opus ē passio Entis naturalis. Ergo Tempus pertinet ad considerationē Physicā. Et per Consequens n̄ ē obiectū huius scien: tiā.

℞ ad minorē Tempus dupliciter sumi. Primo absolutè in quan: tū est Ens reale et ppria passio Entis natur. Et sic pertinet opus ad physicā considerationē. 2. sumitur quatenus causatur ex mo: tu duorū luminariū sci: Solis et Lunā et sic n̄ est ppria passio Entis natur quelicet hic consideratur, qā sic sumptū opus ad vsū Ecclesiā Catholicā refertur cui hoc Scientiā ptissimū in: seruit.

Quā est Caā Formalis Computi.

Caā Formalis cuiuslibet scientiā in ordine et methodo tractan: di consistit. Duplex autē ē ordo seu methodus Vna Compositiua quando à minimis partibus ad totū pgredimur videlicet pri: mo partes apprehendendo et postea ipsū opus. Sic in Logica primo considerantur predicabilia, predicamenta, enunciā:

tiones tanquã p̃tes deinde ad Syllogismũ sic caracteres tanquã coñ

2da Methodus Resolutiua. 2da modus quando à toto ad partes progredimur vt si quis primo apprehenderet totum postea partes sicut videatur hac in parte methodus Resolutiua.

Compositiua Methodus vocatur aliter Synthetica. In hac itaq scientia nos methodo Compositiua progrediemur dum à minimis partibus ad ipsũ totũ nã primo quid sit annus, quid mensis, quid dies docebimus postea festa mobilia et immobilia tanquã totũ inuestigabimus.

Quæ est Causa Efficiens?

Per Causã Efficientẽ intelligitur Autor seu inuentor huius scientiæ. Primarius ergo fuit Romulus qui condita Roma diu leges Ruis inderet fecerat quoq et distinctionẽ dierum ad instar Kalendarii. 2. fuit Numa Pompilius, fuerunt multi ex Græcis et Hebræis Kalendariorũ inuentores quibus memoriã omittimus. Sed nullus maiorẽ ac fideliorẽ operã hac in parte nauauit quã Gregorius 13 Pontifex Max: Vnde constat Computi Ecclesiastici autorẽ esse Gregoriũ 13 Pontificẽ Max:

Quæ est Causa Finalis?

Ea videlicet vt certã et benè ordinatã notitiã dierum in Ecclesia Christianã habeamus. Seu vt alii volunt Finis huius scien:

cio est desquisitio festorum mobilium et immobilium quae ex Cyclo aurei numeri, litera Martyrologii, Epactis et consimilibus vestigantur.

DE DIVISIONE COMPUTI.

Quandoquidem divisionem semper antecedit definitio ideo Computus sic re definitur. Est scientia distinguens tempora iuxta motum duorum luminarium scilicet Solis et Lunae, In qua genus est distinguens tempora: per ea enim Computus cum aliis convenit quae non tantum ipsi Computistae distinguunt tempora sed etiam et Astronomi. Differentiae vero dicet reliquas partes definitionis.

Dividitur autem Computus in Astronomicum et Ecclesiasticum. Astronomicus est scientia distinguens tempora secundum usum astronomorum, sub quatenus Astrologi ex motu aliorum coelestium Eclypses Oppositiones et.

Ecclesiasticus est scientia distinguens tempora secundum usum Ecclesiae qualis est cognitio aurei numeri, Epactarum et literae Dominicalis.

Quot sunt partes huius Tractationis?

Partes huius tractationis duas facientes. Prima continebit puncta septem. Primum de tempore et anno. 2. De mensibus. 3. de Kalendis. 4. de loco Solis in Zodiaco. 5. De Septimana 6 de die ac nocte 7. de hora.

Altera pars habet puncta novem. Primum de investigatione aurei

numeri per Cyclum decemnovenalem. 2 de Epactis et aetate Lunae Kalendarii et litera Martyrologii 3. de Cyclo Solari. 4 de litera dominicali. 5 de festis mobilibus. 6 de adventu domini 7 de indictione. 8. A quo die Hebdomadae quilibet dies mensis anno quovis proposito denominetur. 9. de loco Solis in Zodiaco.

Lunae

Pars prima.

Lineae punctum primum de tempore et anno

PARS PRIMA,

PUNCTUM PRIMUM. DE TEMPORE ET ANNO.

Quid est Tempus?

Princeps Peripateticorum Aristoteles lib. 4 Physicorum sic definit tempus: Est mensura motus secundum prius et posterius. Hoc est, est certa quaedam dimensio rerum sublunarium quam dimensionem ex motu caelesti colligimus. Sed haec definitio ad Physicos pertinet. Computistae aliter definiunt tempus: dicunt enim tempus esse effectum quendam causatum ex motu caelesti, qui rebus sublunaribus quantitates, dimensiones, numeros, et qualitatum alterationes tribuit. Dicitur ex quo quantitatis dimensione et numero noscimur: propterea ut sciamus motum Corporum caelestium Causam esse, cur dies vel Annus brevis et non alterius sit magnitudinis: dicitur qualitatis alterationem: ut sciamus motum caelestem Causam esse mutationis et vicissitudinis quorundam in his inferioribus etc.

Veris, hyemis autumni et Aestatis.

Quot sunt partes Temporis?

Apud Computistas partes temporis sunt duplicis generis. Alia enim sunt minores die: Alia vero maiores. Minores diei partes sunt sex. scilicet hora, quadrans, punctus, momentum, uncia et atomus. Maiores diei partes sunt septem. Septimana, Mensis, Annus, Lustrum, Indictio, Saeculum et Aevum. Sed de his alias dicetur.

Quid est Annus?

Est spatium temporis quo Sol proprio motu Zodiacum percurrit ab occa: sui vel tempus initio ab aliquo signo donec ad idem signum perveniat: lustrione annua venerantur.

QUAERES. Unde hoc nomen Annus desumatur?

R. varias esse hac de re opiniones. Alii enim dicunt quod a novitate venit nam adventum cuiuslibet anni, omnes fere res ad novitatem quandam restitui dispergere videntur. Vel ut Servius vult ab Annulo quod in se recurrat velut annulus. Unde Aegiptii ignoranter ad hoc signandum annum per serpentem propria caudam mordentem exprimebant.

Quotuplex est Annus?

Duplex. Unus Astronomicus seu Naturalis qui secundum observationes Astronomorum continet in se 365 dies et horas 6

Alter Politicus seu Civilis annus qui tantú 365 dielus con: stat, abiectis horis. Hunc posteriorem annú nonnulli subdiuidunt in Communem qui tantú 365 dies habet et vná literá Dominica: lē: Et in Bissextilē qui constat 366 dielus et in quo duá litera dominicales currunt. Vocatur Bissextilis quia tali anno subsequentes duolus dielus hæc verba (Bissexto Kalendas Martias) iterantur in Kalendariis: Et qd maius est idē Martyrologiū Ecclesia Christia: nā vtroq. die consueuit legere.

NOTA! Quod hic annus Bissextilis vocatur aliter Intercalaris à Græco verbo, Intercalo, qd sigt latinè interpono. Ita in Februario mense in ordin. Mensiū minimo semper quarto quolibet anno fit vnius diei interpositio. Hic autē dies non aliundē oritur nisi ex illis sex singulis horis anni Astronomici, quas Ciuilis seu Politicus an- nus negligit. Annus Vo Astronomicus quarto quolibet anno vnū diē ex illis conficit: nā dū horæ quater multiplicantur con: stituunt 24 horas quod sufficit ad confectionē vnius diei. Talis ergo annus qui habet confectū hunc diem bissextilis seu interca: laris dicitur.

QUÆRES. An dentur adhuc aliæ subdiuisiones Anni:

R. dari à nonnullis anni Ciuilis subdiuisionē in Annū Sola:

NOTA 3TIO Quod Romulus fuerit primus Mensium inventor
hic enim condita Roma annos et Menses distinxerat Romanis sed
tantum annum suum 10 mensibus constare volebat hoc est Martio Aprili & omis-
so Januario et Februario. Sed ubi in locum Romuli Numa Pompilius
successerit Imperator Romanorum, his decem mensibus a Romulo adinventis ad-
didit duos Januarium, Februarium.

Dicitur Januarius a Janua quod sit tanquam vestibulum et ianua anni vel
etiam dicitur a Jano bifronte eo quod Januarius respiciat et anni praeteriti
finem et futuri initium.

Februarius dicitur a Februo quod idem est purgo: quia hoc mense populus Romanus
a criminibus per annum commissis purgabatur et iudicabatur.

Martius vocatur a Romuli patre cui nomen erat Martius: unde quoque
Romulus in perpetuam memoriam patris sui anni exordium a Martio sumebat.

Aprilis dicitur ab aperiendo nam hoc mense ob vernam temperiem pori terrae
aperiuntur, herbaeque in pratis et folia in arboribus conspiciuntur.

Maius vocabatur in memoriam et honorem Mercurii Matris cui nomen erat
Maia nam eius festum hoc mense celebrabatur ab antiquis.

Junius dicitur a iungendo eo quod hoc mense Romani in dextris essent
coniuncti.

Julius a Julio Caesare qui hoc mense natus fuit.

Augustus a Caesare Augusto qui eodem hoc mense natus fuit.

September quasi Septimus a Martio.

October quia octavus. Idē de reliquis

Punctum tertium de Kalendis Nonis et Idibus.

PUNCTUM TERTIUM
DE KALEN: NONIS ET IDIBUS

Dicuntur autem Kalendæ quasi colendæ: nā primus dies cuiusq. mensis semper ab antiquis celebrabatur in honore Iunonis. Unde etiā antiqui primū diem cuiuslibet Mensis nōe Kalendarū insigniebāt hinc versus:

Prima dies Mensis cuiusq. est dicta Kalendæ.

Nonæ deducuntur à nundinis quia antiqui Græcis nonū diem nundinas celebrare solebāt. Vel etiā dicuntur à nona diē quia apud Ebraeos erat ne actiones forenses et iudicia peragerentur, similiter cōmercia, ludi ne exercerentur nisi nona die.

Idus dicuntur à vocabulo Iduo quod sīgat divido nā Idus dividūt Mensē in duas partes fere æquales.

QUÆRES QUONAM MODO. Sint investigandi dies cuiuslibet Mensis per Calendas, Nonas et Idus:

R. ad hoc sciendū duo esse præcognoscenda. Primo sciendi sunt 12. duo versus

Tradita, Quando, Refert, Sedulo, Respicito, Sodalē.
Rusticus, Tarde, Sedes, Respicit, Sodalicia, Tondet.

Ex his versiculis

In his versibus sunt duodecim dictiones quarum prima competit primo
mensi, secunda secundo, tertia tertio & in qualibet harum dictione semper pri:
ma litera primae syllabae ostendit numerum Kalendarum: secundae vero syllabae
prima litera ostendit numerum Nonarum ut patet ex his versibus.

Litera syllabae primae dat prima Kalendas

Litera dat Nonas syllabae prima secundae.

Quod attinet Idus certus esto quemlibet Mense octo Idus habere
Nonas vero partim sex partim quatuor ut ostendunt hi versus

Sex Nonas Maius October Julius et Mars

Quatuor at reliqui: dabit Idus quilibet octo.

Sciendum secundo in quolibet Mense numerari Kalendas sequentis
mensis et in Januario Kalendas Februarii in Februario Martii et sic de
reliquis.

Praeterea hic Kalendarum, Nonarum, et Iduum semper retro gradiendum
numerandi nec unquam in vestigatione Kalendarum, et Nonarum aut Iduum
ponendus est casus numeri Secundo Kalendas, Secundo Nonas aut
Idus sed loco huius pridie Nonarum et pridie Iduum.

His praecognitis facile quilibet cognoscet diem cuiuslibet Men:
sis qualiter sit efferendus per Kalendas Nonas et Idus V.g. Vis sci:
re qualiter sit efferenda dies 20 Julii in primis quaere dictio:
nem quae nam competat Julio ex illis duodecim. Tradita est. Convenit
ergo Julio dictio Rufus. huius dictionis primae syllabae prima
litera videlicet R designat tot esse Kalendas Julii quota

est in ordine Alphabeti litera R unde quia litera R est deci-
ma septima in ordine alphabeti ideo quoque Kalendis in Julio numera-
buntur septemdecim: Postrea ut scias numerum nonarum quære quota
sit in numero Alphabeti prima litera syllabæ secundæ. Unde quia
F est prima litera syllabæ secundæ in hac dictione Rufus, et nota quo-
tæ sit ordine alphabeti litera F tot numerabuntur Nonæ in Julio.
De investigatione Iduum non sis sollicitus quilibet enim mensis ha-
bet Idus octo. Quibus igitur inventis dies sic Julii numerabis: In-
primis prima dies Julii efferes sic. Primi Kalendis. Secunda die
sic 16 K. 15 K. Et sic de reliquis. Abductis nonis eode
modo numerabis Idus et Kalendas donec perveneris ad diem quem
intendis, quod omnia et singula luculenter patent ex hac tabula.

Tabula ex quâ facile cognosces
unâ quamque diem exprimere cuiuslibet
Mensis per Kalendas, Nonas et I-
dus.

Dies.

Dies.	Januarius 31.	Februarius 28.	Martius 31	Aprilis 30	Maius 31	Junius 30	Julius 31	Augustus 31	Septembris 30	October 31	November 30	December 31
1	Ipris Ca:	Ipris Calen:	Ipris Calen	Ipris Cal:	Ipris Cal	Ipris Cal:	Ipris Cal:	Ipris Cal:	Ipris Calen:	Ipris Calender:	Ipris Ca:	Ipris Ca:
2	4 No:	4 K.	6. K.	4 K.	6. K.	4. K.	6 K.	4 K.	4 No:	6. K.	4 K.	4 K.
3	3	3	5	3	5	3	5	3	3	5	3	3
4	Prid: Non:	Pr: K.	4	Pr: K	4	Pr. K	4	Pr:	Pr:	4	Pr:	Pr:
5	Ipris Non:	Ip: K.	3	Ip: K.	3	Ip: K.	3	Ip. K	Ip: K.	3	Ip K.	Ip. K
6	8 Id:	8 Id:	Pr:	8 Id:	Pr:	8 Id:	Pr:	8 Id:	8 Id:	Pr:	8 Id:	8 Id:
7	7	7	Ip: K.	7	Ip. K.	7	Ip: K.	7	7	Ip. K.	7	7
8	6	6	8 Id:	6	8 Id.	6	8. Id:	6	6	8 Id:	6	6
9	5	5	7	5	7	5	7	5	5	7	5	5
10	4	4	6	4	6	4	6	4	4	6	4	4
11	3	3	5	3	5	3	5	3	3	5	3	3
12	Pr:	Pr:	4	Pr:	4	Pr: Id:	4	Pr:	Pr.	4	Pr:	Pr:
13	Ip: Id:	Ip: Id:	3	Ip: Id:	3	Ip: Id:	3	Ip: Id:	Ip. Id.	3	Ip: Id	Ipid.
14	19. C.	16 Ca:	Pr:	18 Ca:	Pr:	18 Cal:	Pr:	19 Ca:	18 Ca.	Pr:	18 Ca:	19 C
15	18	15	Ip: Id:	17	Ip. Id.	17	Ip: Id:	18	17	Ip: Id	17	18
16	17	14	17 Cal:	16	17 Ca:	16	17 Ca:	17	16	17 Ca:	16	17
17	16	13	16	15	16	15	16	16	15	16	15	16
18	15	12	15	14	15	14	15	15	14	15	14	15
19	14	11	14	13	14	13	14	14	13	14	13	14
20	13	10	13	12	13	12	13	13	12	13	12	13
21	12	9	12	11	12	11	12	12	11	12	11	12
22	11	8	11	10	11	10	11	11	10	11	10	11
23	10	7	10	9	10	9	10	10	9	10	9	10
24	9	6	9	8	9	8	9	9	8	9	8	9
25	8	5	8	7	8	7	8	8	7	8	7	8
26	7	4	7	6	7	6	7	7	6	7	6	7
27	6	3	6	5	6	5	6	6	5	6	5	6
28	5	Pr: Ca:	5	4	5	4	5	5	4	5	4	5
29	4		4	3	4	3	4	4	3	4	3	4
30	3		3	Pr: Ca	3	Pr. Ca.	3	3	Pr Ca:	3	Pr Ca:	3
31	Pr. Calen.		Pr. Ca:		Pr. Ca:		Pr. Ca.	Pr Ca.		Pr Ca.		Pr: C

Alius modus inve
niendi memoriter Non-
nas, Idus Kalendas
per subtractionem.
V.g. Volo invenire
Idus Augusti, ergo
nô dempsi indicare
subtrato quatuor a
numero Nonarum qui
ê quinq, remanebit
unicus, ex quo ap-
paret quod quinque
dies incidant in ipsas
Nonas.
Per Idus.
Si vis scire quomodo
exprimendas 10 dies Au-
gusti per Idus Kalendas in-
nicar in quem diem nu-
mus Idum cadit et repe-
rio 13 quo inuento [illegible]
dempta a 10 [illegible]
9 de 13 et prodibit 4
Idus Augusti.
27 Augusti dies
investigetur per Kalen-
a 27 abiice unitatem
duas, et a numero die-
mensis subtrahe, quid
remanebit demonstrabit
diem exprimendam per
Kalendas.

Punctum 4um de Loco Solis in Zodiaco

PUNCTUM QUARTUM
De Loco Solis in Zodiaco.

Circa hoc punctum tria considera. Primum quid Zodiacus et quot signa habet. 2. Qualiter sit inveniendus locus Solis in Zodiaco. Quoad primum Zodiacus nihil aliud est nisi circulus magnus in cælo qui circulus intersecat æquinoctium et intersecatur ab eo, in quo sunt duodecim signa quæ sol singulis annis percurrit, cuius Zodiaci basis seu fundamentum est in primo mobili, centrum verò est in centro terræ.

Zodia

Dicitur autem Zodiacus à Græco verbo quod Latine signum quasi signa ferens unde Latine signifer dicitur. Continet signa duodecim hisce versibus inclusa.

Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo
Libraq, Scorpius, Arcitenens, Caper, Amphora, Pisces.

Hæc duodecim signa competunt mensibus duodecim respectu initio à Martio ita ut Martio conveniat Aries, Aprili Taurus et sic de reliquis.

Quoad secundum ut locum solis in Zodiaco quovis die proposito

deprehendas

deprehendas imprimis considera quodnam signum Zodiaci ex illis duodecim Aries &c. Inspiciendo ipsi Martio cui competit Aries quod singulum signum refertur ad eum mensem quo mense locum Solis in Zodiaco invenire contendis. 2do Considera hosce duos versus.

Dira, levant, vertos, intentat, Hipocrytes, Famon

Gravis, Grex, graviter, fraudat generator, sebescit.

Quorum versuum duodecim dictiones 12 mensibus correspondent sumpto initio à Januario ita ut prima vox versus correspondeat Januario. 2da Levant correspondeat Februario et sic de reliquis. In hisce dictionibus primam literam semper observa nam quota est in numero Alphabeti litera prima, si tot unitates addideris ad diem illam qua quaeris locum Solis in Zodiaco, et postea subtraxeris 30 unitates reliquus numerus ostendet tibi gradum quem Sol percurrit eo die. Res exemplo manifestior fiet. V.g. Volo scire in quo signo Zodiaci et in quo gradu Sol futurus sit 27 die Julii, imprimis scito quodnam signum Zodiaci ex illis duodecim Aries &c. referatur ad mensem Julium refertur ergo signum Leonis.

2do Sciat.

Zodiaci sexto. Quae dictio ex illis duodecim Iura sanando
competit Iulio, competit ergo dictio gratis in qua dictione pri:
ma litera observa cuius primae literae unitates (quota est
in numero Alphabeti) adde ad diem 27 Iulii, abiice igitur 30
unitates quotquot remanebunt post 30 tot gradus Sol absol:
uit in signo quod signum percurrit hoc Mense Iulio. Unde ad 27
Iulii diei adde 7 unitates erunt 34 subtrahe a 34, 30, remane:
bunt 4, quae 4 unitates ostendunt Solem die 27 Iulii esse in quar:
to gradu Leonis: quod si minor numerus collectus fuerit quam 30
talis numerus referatur ad signum antecedentis mensis, eo quod cum
tempus nondum pervenerit Sol ad signum primi Mensis: quod si summa
tantum fuerit 30 sciat quis tempus Solem tenere vel gradum tricesimum
antecedentis Mensis, vel primum gradum subsequentis inchoare. Exemplum
primi Dic scire in quo gradu fuerit Sol die 10 Iulii, adde 7 unita:
tes ad 10 erunt 17 qui numerus minor est quam 30: tali ergo tempore
nondum est Sol ingressus signum Leonis in Mense Iulio, sed versatur
in gradu 17 praecedentis Mensis scilicet Iunii, hoc est, in gradu 17 Can:
cri: Exemplum secundi patet superius.
Nota. Sub fine puncti quodlibet signum Zodiaci 30 gradus habe:
re, qui gradus non in uno tantum mense percurruntur a Sole: sed pos:
sunt in uno mense inchoari in altero perfici.

PUNCTUM QUINTUM
De Septimana.

Septimana dicitur a septem et mane: quia in septimana septem sunt matutina tempora. 2. dicitur Hebdomada a graeco Ἑπτὰ quod est septem et Δοας quod est dies, ac si diceretur septem habens dies. 3. dicitur Sabbathum et hoc nomen septimanae non nisi apud Iudaeos est in usu. Dicitur autem Sabbatum, Hebraica lingua, i.e. dies quietis, vel ideo quod Sabbatum est septima in hebdomada dies.

Graece ΕΠΤΑ.

Latini. Dies [illegible] Δοας.

Turcis prima dies septimanae fuit dies Veneris quae Turcae colunt in contumeliam Christi eo die crucifixi.

Potest autem definiri septimana. Est spatium septem dierum sibi vicissim succedentium. +

\+ Septimana

Quot autem sint dies in anno aut quot menses docent hi versus

Quinquaginta duas capit Hebdomadas die et unum
Bis senos menses, annus et omnis habet.

PUNCTUM SEXTUM
De Die et Nocte.

Dies sic definitur. Est spatium temporis quo Sol motu primi mobilis

peragrat orbē simul illustrat eundē complectendo simul diē et noctē.
Duplex autē dies est. Naturalis et Artificialis.
Naturalis est, revolutio primi mobilis quae fit 24 horis: seu est spatiū quo Sol movetur circa totā sphaerā ab oriente in occidentē et ta:lis dies incipit á mediá nocte.

Artificialis dies est spatiū temporis quo Sol movetur ab ortu in occa:sū supra hemisphaeriū nostrū et talis dies crescit et decrescit iuxta Solis ascensū et descensū. Partes habet septem. Diluculū, Aurorā, Mane, Meridiē, Seram, supremā tempestatem, et Crepusculū ve:spertinum.

Diluculū est cū incipit dies dignosci. Aurora ē diei clarescentis exordium. Mane est matutinū tempus cū iā dies clarus ē. Meri:dies est diei mediū seu mera dies. Sera est diei tempus occiduū. Suprema tempestas est diei novissima pars. Crepusculū vesper:tinū est dubia lux inter lucē et tenebras.

Sed cū diei opponatur nox privativē: ideirco aliqua de nocte dicenda restant.

Definitur nox sic. Est absentia luminis Solaris quae causatur ex umbrâ terrâ.

Dicitur autē nox á nocendo qd tale tēpus sit aptiss: ad nocendū.

Partes noctis sunt septem. Prima Crepusculū alter vesper et fax dicitur. 2. Conticiniū dū nos conferimus ad somnū. 3. Intempesta

nox

nox, hoc est, media nox quasi intempestiva, id est, inactuosa, eo quod tunc temporis nulli actus humani fiant. 4. Gallicinium est spatium temporis illud quo galli cantant. 5. Conticinium, hoc est, silentium post gallorum cantus. 6. Aurora. 7. Matutinum tempus quod ante solis exortum est.

galli minori in maiori sonti debet.

PUNCTUM SEPTIMUM.

De Hora.

Hora ita communiter à Computistis definitur. Est 24 pars diei naturalis. Horae autem sunt duplices apud eosdem Computistas. Aliae Aequales. Aliae Inaequales.

Aequalis hora est 24 pars diei naturalis. Inaequalis est 12 pars diei artificialis seu illius spatii quo Sol ab ortu ad occasum progreditur.

NOTA. Apud Iudaeos duplices fuisse horas, Simplices et Temporicas. Simplices erant numero 24. Temporicae vero: aliae vocabantur minores: aliae maiores. Horae minores temporicae 12 numerabantur, quarum quaelibet duas horas simplices continebat. Temporicae horae maiores quatuor numerabantur quarum quaelibet 3 horas minores temporicas in se comprehendebat: sed hae quatuor horae maiores, Temporicae nomine quadrantis appellabantur.

Partes horae sunt istae. Quadrans, Punctum, Momentum, Uncia et Atomus.

Quadrans nihil aliud est quam quarta pars diei naturalis, id est, 6 horarum integra comprehensio dies enim naturalis constat 24 horis, quod si in quadrantes hoc est in quatuor partes aequales dispertiantur, horae sex unicuique quadranti recte attribuuntur, et hoc secundum antiquos, apud nos quadrans, id est quarta

pars horae

pars hora. Punctus vero cum in Solari et Lunari computatione locum habeat, etiam aliam atque aliam inaequalitatem admittit: nam in Solari computatione est quarta pars unius horae in Lunari vero est quinta pars unius horae momentum est decima pars puncti solaris et lunaris. Uncia est pars 12 momenti. Atomus denique est 44 pars unciae.

Et haec de primâ parte.

Pars 2da.
Punctum primum.

PARS SECUNDA.

PUNCTUM PRIMUM.

De Cyclo Decemnovennali Aurei Numeri.

Quid est Aureus Numerus.

Est revolutio annorum solarium ab unitate ad 19 quâ revolutione peractâ iterum recurritur ad unitatem.

QUAERES PRIMO. Quae est utilitas aurei numeri in novo Calen.

R. Aureus Numerus nunc in novo Kalendario nihil confert ad investiganda festa mobilia: nihilominus ex ipsius maxima utilitas est quia plurimum conducit ad epactas inveniendas.

QUAERES 2DO. Quis fuit inventor primus huius Cycli.

R. Inventor huius Cycli primus fuit vir quidā Atheniensis nōe Methon, qui ex diligēti obseruatione asseruit, noui deo? in 19 annis solaribus menses lunares integros 235 contineri. Unde cum illud spatiū contineret in se 19 annos solares, annus magnus decennouenalis Metonicus appellabatur. Qui numerus annorū adeo placuerat antiquis ut etiā Aureus vocaretur: Et hoc duplici de causa. Primo ob summam eius utilitatē in inueniendis Nouiluniis, nā antea post singulos 19 annos, semper eodē die Nouilunia contingebant. 2. ideo dicitur Aureus numerus qz antiqui numerū 19 solebat aureis numeris in ciuitatū portis notare. Cur autē hi 19 anni nōe Cycli insigniantur: Rnō hoc est, qz Cyclus ex graeco verbo Circulū sonat: hi vero anni ab unitate ad 19 et rursus a 19 ad unitatē recurrentes videntur etiā Circulū quendā efficere.

QUAERES 3770. Quis modus est inueniendi Aureū Numerū.


R. Inueniendi aurei Numeri modos. Alii res assignant [illegible] ne malū sedis et operā suscipiamus duos faciliores et exactissimos modos proponemus. Primus est in hac tabula

6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5

Usus huius tabellae incipit

Est vero talis usus. Anno 1582 tribuatur numerus primus tabellae qui est 6. Anno 1583 tribuatur numerus secundus qui est 7 Anno 1584 tribuatur numerus tertius qui est octo. Et sic de aliis donec perveneris ad annum propositum 1619. Vel ad quem annum cuius quaeris aureum numerum redeundo etiam ad principium tabellae. Unde in qua cellula annus tibi propositus inciderit illa cellula indicabit tibi aureum numerum. Ut quia annus propositus 1619 incidit in cellula in qua est numerus 6. Ergo 6 erit pro aureo numero anni currentis 1619.

Secundus modus inveniendi aureum numerum est in hac manu.



Usus vero huius manus est talis. Ut invenire aureum numerum in anno currenti 1619 qui est hic annus expresse in manu descriptus sed est proxime minor 1600 in articulo mini digiti quinto, propter quod est aureus numerus quinque, quem aureum numerum accipe et reliquos annos 39 adde ad hunc aureum numerum quinque, qui numeri simul coniuncti erunt 44 abice hic 19 de his 44 remanebunt adhuc sex qui numerus residuus indicat aureum numerum anni currentis 1619 esse 6.

PUNCTUM SECUNDUM. Secundum dat.

De Epactis, Plenilunius, Aetate Lunae et Litera Martyrologii.

Epacta deducuntur ex Graeco verbo ἐπάγω quod verbum latine idem sonat atque induco, adscisco, addo seu intercipio, unde Epacta nihil aliud sunt nisi dies intercisi qui in fine cuiuslibet anni adiunguntur.

Definitio vero pro Epacta sic. Est numerus dierum quibus annus solaris communis annum lunarem communem superat.

NOTA. Usus Epactarum non alius est nisi ut cognoscantur Novilunia

cui dicti mensis Epacta anni competit hac die [illegible] scias esse Novilunium.

Effectus igitur Epactarum est ut quaecunque sint fuerint illo die ea esse Ecclesia Novilunia indicent.

Modus inveniendi Epactas habetur in hac tabula.

Aureus Numerus	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	1	2	3	4	5
Epacta	XXVI	VII	XVIII	XXIX	X	XXI	II	XIII	XXIV	V	XVI	XXVII	VIII	XIX	I	XII	XXIII	IV	XV

Cuius tabulae usus est talis. Si tibi quocunque anno proposito Epacta invenienda est, quaere in primis aureum numerum istius anni, mox enim sub aureo numero in inferiori ordine tabellae reperietur Epacta anni propositi. Exemplum sit in anno currenti 1619 cuius anni aureus numerus est sex qui numerus aureus scribitur primo loco sub quo Epacta scripta est 26 quae Epacta est illius anni cuius annus est aureus numerus.

Quomodo inveniuntur Novilunia per Epactas?

Priusquam accedes ad investiganda Novilunia per Epactas Observa primo Quaenam sint Epactae in principiis Mensium

seu in primâ die cuiuslibet mensis. Januarius itaq habet in principio
Epactâ 30 seu hoc signû stellâ * Februarius habet 29. Martius
30 seu hoc signû stellâ * Aprilis 29. Maius 28. Junius 27
Julius 26 Augustus duas habet 25 et 24 in principio mensis
Septêber 23 October 22 November 21 Decembr 20.
Hoc prænotato dico non esse faciliorê modû inveniendi Novilunia
per Epactas quâ si Epactâ anni auferas ab epacta primæ diei Mensis,
residuo adde unitatê, numerus igitur residuus dabit diê Novilunii
ut in Julio Epacta ablata anni 26 ab Epacta primæ diei huius
Mensis quæ ê 26 nihil remanet, addita unitate venit 1 Igitur pri-
mâ die Julii fuit Novilunium.

Quomodo Ætas Lunæ cognoscitur.

Ætas Lunæ vocatur distantia graduû, seu distantia dierû ætatis
Lunæ â Novilunio. Cognito igitur die Novilunii facilê ætatê lunæ quoz Novilunio
uis die deprehendes, si â die primæ elapsi novilunii numerabis inclusivê
sequentes dies usq ad diê Vaporitû. Cognoscitur vero ætas lunæ ex
hoc exemplo. V.g. Si desideras ætatê lunæ scire 28 die Julii,
quoniam igitur Novilunium antecedens factû est die prima Julii, ideo
numera dies reliquos Julii inclusivê â die primâ Julii ad 28 Julii
pernumera dies 28. Erit igitur die 28 Julii ætas Lunæ 28 gradiû,
seu ætas Lunæ â Novilunio distabit diebus 28.

DE LITERA MARTYROLOGII.

libellus

Martyrologiū est libellū continēs diem certum diversus in vita Martyrū. Literā autē Martyrologii sunt 30 Epactis 30 correspondentes: quarū duplex classis est, in quarū primā continentur literā minusculā, in altera Maiusculā. Literā minusculā sunt hā:

Minusculā literā.

A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, P, Q, R, S, T, V,

quibus in computatione elapsi requiruntur aliā Maiusculā hā.

Maiusculā

A. B. C. D. E. F. G. H. M. N. P.

Si igitur literā Martyrologii scire volueris quovis anno proposito inprimis Epactā anni propositi cognoscere debes quot enim unitates ea Epacta continet tot literā numerandā erunt ab A progrediendo per B. C. &c. donec deveneris ad eā in ordine literā quā locū Epactā anni propositi occupat. Ut quoniā anni currentis 1639 Epacta est 26 ideo G Maiuscula accipienda est pro literā Martyrologii anni praesentis quia G est in ordine 26 litera. Et sic de reliquis, servato modo numerandi scilicet à literis Minusculis ad literas Maiusculas progrediendo.

Punctum 3ium de Cyclo Solari.

PUNCTUM TERTIUM.

De Cyclo Solari.

Cyclus Solaris

Cyclus Solaris est revolutio sive spatium 28 annorum ab uno progrediendo usque ad 28, quia revolutione peracta iterum recurritur ad 28.

Usus vero seu utilitas Cycli Solaris nulla alia est, quia per illum litera Dominicalis cuiusque anni perpetuo investigatur.

Invenitur autem Cyclus Solaris per tabellam ut aureo numero per similem non et hic solares Cyclus solaris incipit ab anno correctionis 1582 ut ostendit haec tabella:

23	24	25	26	27	28	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22

In qua sic noteles anno Correctionis 1582 tribue primum numerum qui est in prima cellula hoc est numerum 23 anno correctionis 1583 tribue secundum numerum cellulae secundae qui est 24. Anno 1584 tribue tertium numerum qui est 25 & Et sic de reliquis donec perveniat ad annum propositum, toties tabellam quoties opus est percurrendo. Unde in quem numerum annus aliquis propositus inciderit ille numerus tenendus erit pro Cyclo Solari, nota videre quod in anno currenti 1639 qui incidit in numerum 24 ideoque anno hoc 1639 Cyclus Solaris est 24. Et sic de reliquis:

PUNCTUM QUARTUM.

De litera Dominicali

De litera Dominicali.

Litera Dominicalis est litera ostendens cuiusq anni diē dominicū
Sunt autē literæ dominicales numero 7 scilicet A, B, C, D, E, F, G,
quarū singulæ singulis annis solaribus cōmunibus denotant dies dominicos
Nota Tū dicitur annus cōmunis solaris vna tantū litera Dominicalis
serviens dū vō ē annus bissextilis duæ literæ dominicales serviunt, ex
quibus vna indicat diē dominicū ab initio anni ad festū S. Matthiæ,
Altera à festo S. Matthiæ ad finē anni.

Dicuntur autē literæ dominicales non ideo quod oēs simul diē domi-
nicū designent, sed quod successivis annis possint oēs diē dominicū desi-
gnare.

Modus inveniendi literā dominicalē est in viginti octo articulis 4 digi-
torū sinistræ manus in quibus disponuntur numeri Cycli solaris et Literæ Do-
minicales ordine inverso. Sed quarto quolibet articulo duæ serviunt lite-
ræ Dominicales qui annū bissextilem et videre est in hac manu scripta
et appositā.

Ecce vero

Est tertius huius manus articulus. In quo articulo inuenies Cyclu[m] anni praeteriti in eodem articulo inuenies literam Dominicalem eiusdem anni, ut autem facilius et melius has literas Dominicales dispenas 7 dictiones quae ab his literis incipiunt: hoc versiculo contentas memoriae imprimere debes

Crede, Bonis, Age, Gratis, Fraudibus, Ense, Dinor.

Si itaq[ue] vis scire quae sit litera dominicalis anno praesenti 1639 cognosce primo quotus sit Cyclus Solaris huius anni: Est autem Cyclus Solaris huius anni 24 Sub hoc igitur Cyclo seu sub hoc numero 24 in hac manu apposita, est una litera dominicalis anni praesentis scilicet B. Igitur B est litera Dominicalis anni currentis 1639

PUNCTUM QUINTUM.

De festis Mobilibus.

Punctum quintum de festis Mobilibus

Ecclesia Catholica festa sunt in duplici differentia. Alia Mobilia. Alia Fixa seu Immobilia.

Mobilia festa illa dicuntur quae semper secundum vel descensum lunationis celebrantur et nullum in Calendario habent certum et determinatum locum

Talia festa sunt duplicia. Minus principalia et Magis principalia.

Magis principalia sunt quinque scilicet Septuagesima, Dies Cinerum seu quadragesima, Dies Rogationum, Pascha et Pentecostes.

Minus principalia sunt haec. Ascensio domini, Festum sanctissimae Trinitatis festum Corporis Christi et festum Aduentus Domini.

Fixa autem seu

Fixa autem seu immobilia festa sunt quae certa et determinata habent loca in Kalendario ut festum Nativitatis Dni, Circumcisionis, Epiphaniarum B. V. MARIAE et aliorum SS. Sed quoniam in festis mobilibus maxima est difficultas circa festum Paschatis ideo illud loco primo considerabimus.

Sciendum itaq primo. Quod Pascha nihil aliud sit quam dies anniversarius Resurrectionis Christi Domini. Est autem Pascha vox Hebraica latine significans transitum, tunc enim Christus factus est transiens de mortalitate ad immortalitatem. Pentecoste vero est Graeca dictio quae latine sonat 50 dies, sunt enim 50 dies a festo Paschatis ad festum missionis Spiritus quod festum aliter Pentecoste dicitur.

Sciendum 2do. Qui sint dies Mensium quos vulgo vocant radices festorum mobilium, seu quos dies nunquam festa mobilia celebrari possunt in quibus tamen non nunquam celebrantur. Radix igitur Septuagesimae est dies 18 Januarii. Radix diei Cinerum est 4 Februarii. Radix Paschatis est dies 22 Martii. Radix Ascensionis Dni est 30 Aprilis dies. Radix Pentecostes est dies 10 Maii. Denique radix Corporis Christi est dies 21 Maii.

Sciendum 3tio. Quod eo tempore sit prima lunatio anni (inchoando annum a Martio) quo tempore festum Paschatis celebratur. Nihilominus ipsum festum Paschatis non potest celebrari nisi post lunam 14 quae cadit vel in diem Aequinoctii verni, vel post Aequinoctium dum Sol est in principio arietis, vel in aliquo eius gradu. Habet autem Ecclesia certam et determinatam diem Aequinoctii hoc est diem 22 Martii quam diem nonnunquam in lunam 14 observare solemus sed patius. Caeterum hoc tamen Judaeorum sequestrit Ecclesia nostra, quod Pascha non in ipsa luna 14 primi mensis lunaris celebrare solent, prout hoc observant Judaei juxta verum Kalendarium, sed in dominica quae lunam 14 primi mensis proxime consequitur

pascha celebrare solet propterea quod die dominico post Iudaeorum Pascha
Christus Dominus a mortuis surrexerit.
Sciendum quarto. In recta Paschae celebratione ex decretis SS. Pontificum vult Eccle-
sia Catholica observare. Primo Aequinoctium vernum quod fit 22 Martii. 2. Lunam
14 primi mensis, id est Martii. 3. Primum diem dominicum post lunam 14.
Sciendum quinto. Dies pro Pleniluniis Paschalibus nullos esse aptiores quam
eos qui inter octavum diem Martii inclusive et quintum Aprilis diem continentur.
In 10 pro ipso die Paschatis non sunt aptiores dies quam isti qui sunt a die 22
Martii ad diem 25 Aprilis, intra quos dies Pascha celebrari potest, nihilominus
at dies 21 Martii et 26 Aprilis sunt dies inepti ad celebrandum Pascha
Christianorum.
QUAERES Quomodo inveniatur Pascha alicuius anni?
R. Si vis invenire Pascha cuiuslibet anni imprimis quaere Epactam eiusdem
anni, deinde in illa ingredere dies qui continentur inter 8 Martii et 5 A-
prilis diem. In quam ergo diem Martii incidet Epacta anni propositi currentis,
ab hac die numeras inclusive dies 14 Lunae. Si igitur haec Luna 14 inciderit
in diem dominicum, tunc sequenti die dominico festum Paschatis celebrabitur. Si
vero dicta luna 14 dierum non inciderit in diem dominicum, tunc adhuc nu-
merabis dies ad diem proximum Dominicum et numeres a die Dominico proximo
ad sequentem diem dominicum; in hoc enim sequenti die Dominico festum Pa-
schatis celebrabitur. V.g. Volo scire quo die Pascha anno Domini currente futuro
1640 celebrabitur, invenio imprimis Epactam anni 1640 quae est 7
Quaero ergo istam Epactam 7 inter octavum Martii et 5 Aprilis diem et
invenio eam incidere in diem 14 Martii, a qua die numero item dies 14 lunae

inclusive, et invenio lunam 14 incidere in die 27 Martii: et quia luna decima quarta non incidit mihi in diem dominicum, sed in feriam tertiam post diem dominicum: ideo adhuc numero dies ad diem dominicum proximum et iterum ab hoc die dominico ad alterum diem dominicum proximum. Tertius igitur hic alter dies dominicus incidit mihi in octavam Aprilis diem: ideo 8 die Aprilis sacrum Pascha à Christi fidelibus celebrabitur anno 1640.

Quaestio 1 QUAERES Unde alia festa Mobilia inveniuntur.

R. Ex cognito die Paschae alia festa mobilia inveniuntur, nam si ante diem Paschae numerentur 6 dominicae celebrabitur dominica prima quadragesimae quam proximo die quarto antecedit dies Cinerum: et ante hunc diem Cinerum prima dominica Sexagesima celebrabitur quam praecedit dominica Septuagesima. Si vero post Dominicam Paschae numerentur 5 dominicae sequuntur statim quintam dominicam dies rogationum, et post tres dies rogationum feria 5 erit Ascensio domini. Septima vero Dominica post Pascha seu 11 dies post festum Ascensionis Domini inclusive festum Missionis S. Spiritus, seu festum Pentecostes celebrabitur, cui statim succedit festum Sanctae Trinitatis sequenti die Dominico, post quem diem Dominicum proximâ feria quinta celebrabitur festum SS.mi Corporis Christi.

Quaestio 2 Quomodo differt Pascha Christianorum à Paschate Judaeorum.

R. Pascha Christianorum à Paschate Judaeorum hoc differt, quod Iudaei Typica luna 14 mensis primi scilicet Martii pascha celebrare solent ut erat praeceptum eis a Deo in lege Veteris testamenti recepti: Mense

autē primo 14 die Mensis Pascha Domini. Et Exod. 12 Mensis iste vo:
bis principium Mensium.

Hispaniautē primo die dominico post lunā 14 primi Mensis autoritate
Christi et Ecclesiæ liberē Pascha celebrare solent, quo fit ut novilunia aā
et ista quæ ab 8 die Martij usq ad quintā Aprilis diē contingunt : sint Pas
chalia.

Utrum eodē die Pascha in omnibus mundi partibus celebrari debet. Quæstio 3

R. Quodā omnino videtur uno die per oēs mundi partes Pascha celebrari
Ratio, illud est nā ad quius Paschalis æquinoctiū vernū requiritur. Atqui
quo tpe apud nos est ver, eo tpe apud Antipodas Autumnus. Ergo
ut fit destinatū æquinoctiū vernū Paschali si ipsi quoq Antipodā iuxta
nostræ Ecclesiæ Pascha celebrare voluēt, non possunt eo tpe quo nos cele=
brare : sed in Septembri quo Mense apud illos æquinoctiū vernū cadit.

R. tn̄ ad hanc rationem. Antipodas uno eodemq die debere nobiscū
Pascha celebrare : Etenim licet apud illos tūc sit Autumnus ubi
apud nos Ver et proinde Ver in Septembrem incidit, tn̄ hac in parte
apud illos æquinoctii nō habenda est ratio. Et ratio ipsius est.
Quia nos Pascha celebramus in memoriā mortis et resurrectionis Christi
Dñi qui in Hemisphærio nro Boreali tpore æquinoctiū verni
et mori et resurgere dignatus est.

PUNCTUM SEXTUM. Puncto 6to.

De Adventu Domini et de Numero Dominicarum inter festum Pentecostes et Adven: Dni.

Quoniam puncto priori posuimus dued se pertinsa de adventu Domini. Alteram de numero Dominicarum inter festum Pentecostes et festum Adventus Dni: ideo primitus dicendum est de adventu Dni.

x Adventus ergo Dni nihil aliud est nisi tempus illud quo SS. patres per 500 millia annorum in limbo detenti adventum Dni expectabant, illarumque voces ingeminabant Rorate coeli de super et etc.

Ut autem inveniatur dies adventus Dni quolibet anno.

Observa primo. Quod Adventus Dni habeat certos et determinatos dies quibus debet celebrari scilicet diem 1. 2. 3. Decembris et 27. 28. 29. 30 Novembris. Utraque dies non progreditur.

Observa 2do. Quod sit littera Dominicalis ex his 7. A. B. C. D. E. F. G. eo anno quo anno debet inveniri dies Adventus Dni.

Observa 3tio. quod hae 7 litterae dominicales inveniant illos dies supra enumeratos quibus festum Adventus Dni celebratur: ita ut primae diei Decembris conveniat littera Dominicalis E. 2dae diei Decembris F. 3tiae diei Decembris conveniat littera Dominicalis A. 27 diei Novembris conveniat littera B. 28 diei Novembris conveniat littera dominicalis C. 29 diei Novembris conveniat D 30 diei Novembris conveniat littera Dominicalis E.

Quo cognito dies adventus Dni invenietur sic si primo litteram Dominicalem anni propositi inveneris, inventa littera Dominicali anni propositi. Vide cui diei ex illis diebus quibus adventus Dni celebratur, in qua diei inveniat illa

F est G principio quia litterae semper debent quaerit B G

litera Dominicalis anni. et cui diei inserviet litera ibidem Dominicalis anni
eadem die erit adventus Dni. V.g. si aliquo anno est litera Dominicalis F. tunc dies
Adventus Dni erit prima die Decembris quia huic diei competit litera ibidem F.
Praeterea si currit litera Dominicalis aliquo anno G tunc die 2 Decembris
erit festum Adventus Dni at quia in anno futuro 1640 curret litera Dominicalis
post festum S. Matthiae G. igitur Adventus Dni 1640 anno futuro celebrabitur
2 die Decembris: quia litera ibidem G competit diei 2dae Decembris.
Quantum ad secundum modum inveniendi numerum Dominicarum a festo Pentecostes
ad festum Adventus Dni

Numero igr in articulis digitorum a litera Dominicali anni praesentis 1 6 3 9 quae est B ad literam primae diei Mensis Augusti quae est C: litera igr haec C incidit mihi in articulum secundum. Dico igr quod feria secunda, hoc est, die Lunae erit principium Mensis Augusti.

Punctum nonum. De 1

PUNCTUM NONUM.

De Loco Lunae in Zodiaco.

Quicunq vult cognoscere in quo gradu signi alicuius exstat Luna, imprimis sciat aetatem Lunae in Kalendario inveniendam addita insuper unitate duplicet, hoc est, per duo multiplicet; deinde productum illius multiplicationis dividat per quinq quotiens ostendet quot signis integris Luna a Sole, secundum successionem signorum distet. Quod si post divisionem aliquid superfuerit unitates quinta parte minus signi monstrabunt quibus Luna a Sole abest ultra signa integra: ita ut pro singulis unitatibus illis indivisis 6 gradus assignantur V.g. anno currente 1 6 3 9 Volo scire in quo signo Luna exstat die 6 Augusti imprimis debeo invenire aetatem Lunae 6 Aug: Est igr aetas Lunae 6 Augusti 8 graduum addita unitate erunt 9. Multiplico igr istam 9 per 2 erunt 18, productum istius multiplicationis scilicet 18 divido per quinq, quotiens erit 3 et 3 unitates indivisae relictae, qui quotiens scilicet 3 ostendit Lunam a Sole 6 Augusti 3 signis distare, hoc est Libra, Scorpione et Sagittario et gradibus

quot

signi quarti

signi quarti scilicet Capricorni 18, id est illa, per ostendunt unitates integri sunt relictae unaquaque unitate pro 6 gradibus numerando.

Hinc nota. Lunam in primo aspectu quadrato cum Sole circiter 7 dierum cum semisse abesse a Sole tribus signis. In plenilunio vero cum habet dies 15 abesse a Sole 6 signis. In secundo denique quadrato aspectu cum fere est dierum 22 recessisse Lunam a Sole 9 signis.

Quot autem horis noctu Luna luceat Computistae ita colligunt. Aetate Lunae inventa, additaque unitate, si minor non sit quam 15 vel etiam si maior fuerit quam 15 multiplicant per 4, numerum productum dividunt per 5, quotiens indicabit horas inaequales, id est, horas in medio horologio, et reliquae unitates si quae fuerint quintas partes unius horae monstrabunt quibus Luna lucet. Sed tales horae numerandae sunt post occasum Solis quando Plenilunium nondum advenit: post Plenilunium vero eaedem horae numerandae sunt ante Solis exortum. Verbi gratia 6 Augusti est aetas Lunae 8 dierum et addita unitate erunt 9. Multiplico ista 9 per 4 erunt 36: numerum hunc productum qui est 36 divido per 5, ex qua divisione fit quotiens 7 et cum una quinta. Tot igitur horis inaequalibus, hoc est, 7 horis in medio horologio et una quinta unius partis horae Luna die 6 Augusti lucebit post Solis occasum.

Ex hac doctrina NOTA PRIMO Lunam in Plenilunio lucere 12 horis, id est, tota nocte. Similiter et noviinus dierum ante plenilunium vel post Plenilunium. Secundo vero in utroque quadrato aspectu 6 horis lucebit, hoc est,

dimidia nocte

dimidiā nocte. Cū verò est Luna dierū 5 vel 25 tunc lucebit horis 4, i.e., tertia parte noctis. Deniq. cū Luna est quatuor aut 26 dierum horis ferme tribus lucet ante Solis ortum, quasi parte noctis quarta.


Sed hæc oīa intelligenda sūt vel ante vel post pleniluniū. Si ante Pleniluniū tunc fulgebit Luna de Vespere, si vero post plenilunium tunc fulgebit ante Solis ortum.

Lott. 280. Horas hic inæquales dicit quæ in medio Horologio peraguntur, hoc est, horas 12 hæ enim horæ dicuntur inæquales ideo quod diei naturalis qui est 24 horarum non adæquentur. Horæ verò æquales dicuntur 24 quia adæquant totum spatium diei et noctis.

Ad Computi Ecclesiastici complementum duo nobis restant dicenda. Primo de Horologio Manuali. 2. de Baculo Iacobi mensorio.

Primo. Quantum ad primum. Metiuntur horæ non solum per Clepsydram et horologium solare sed etiam per horologium manuale quod sic conficitur. Accipe Gnomonem seu virgulam quæ mensuretur a radice indicis [illegible] lineam nodi ergo ad extremitatem eiusdem digiti et hæc erit longitudo Gnomonis: deinde hanc virgulam pone ad radicem indicis [illegible] tunc manum versus solem et move manum huc vel illuc donec [illegible] umbra fecerit unam lineam [illegible], quo facto quemcunque articulum digiti [illegible] attingent umbra gnomonis hæc erit hora diei sicut patet ex hac figura.

conficitur Horologium manuale, hoc *conspicitur.



In ista manu horas meridianas indicant digiti sinistrae manus versus dextram attendendo. Itaque terminus Indicis notat horam quintam: terminus medii horam 6 terminus annularis horam 7 auricularis 2do cum suis articulis 8 9 10 11. Radix 2do auricularis digiti notat horam 12. Horas pomeridianas indicant eiusdem digiti sinistrae manus a dextra versus sinistram procedendo. Ibi in auricularis radice significatur hora prima pomeridiana in 2do eius articulo hora 2da: in tertio tertia in extremitate 2do eius quarta, in extremitate annularis hora 5 in extremitate medii 6 in extremitate denique Indicis hora 7

Quantum ad 2dum. Modus metiendi etsi magis spectat ad Geometras tamen et a nobis brevissime explicatur.

Sciendum itaque est magnitudines altitudines et rotunditates rerum posse variis instrumentis metiri partim annulo sphaerico, partim baculo quem vulgo vocant Jacobi, partim aliis modis de quibus ex professo tractant Geometrae

Baculus itaque Jacobi sic conficitur. Accipiatur baculus rectus quadratus qui sit iustae magnitudinis 3 vel 4 cubitorum eumque in partes ad

minimū divide per partes aequales

deinde aliū baculū fac minorē qui nec maior nec minor sit quā ma-
gnitudo minutiarum partium in maiori baculo, hoc autē cū feceris perfora
minorē baculū in medio ita ut per baculū maiorē currere quomodocunq
volueris moveatur, atq sic mensurandi instrumentū habebis, quo tā longitudi-
nes quā latitudines et etiā rotunditates mensurare poteris.

Quomodo ergo longitudo mensuratur.

Longitudo sic mensuratur. ponatur baculus minor ad aliqd signū seu fo-
ramen baculi maioris per modū Crucis et verte baculū cū suis extremita-
tibus sursū et deorsū. Deinde aspice per utrasq extremitates eius et dum
illae extremitates baculi cū rei mensurandae partibus extremis conveniant
